Notes du mont Royal

www.notesdumontroyal.com

Cette œuvre est hébergée sur « *Notes du mont Royal* » dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES

Google Livres

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ
ΙΕΡΟΣΟΛΥΜΙΤΟΥ ΙΕΡΕΩΣ
ΤΑ ΕΥΡΙΣΚΟΜΕΝΑ.

FLAVII JOSEPHI
HIEROSOLYMITANI
SACERDOTIS
Opera qvæ extant omnia,

Nempe

ANTIQVITATUM JUDAICARUM LIBRI XX. Sigismundo Gelenio interprete.

DE BELLO JUDAICO LIBRI VII. interprete, Rufino Aqvilejenſi.

LIBER DE VITA SUA cum interpretatione Gelenii.

ADVERSUS APIONEM LIBRI II. cum verſione antiqva à Gelenio emendata, &

DE MACCABÆIS, ſeu de Imperio rationis LIBER cum paraphraſi Eraſmi Roterodami.

ACCEDIT INDEX LOCUPLETISSIMUS.

Juxta editionem Græco-Latinam Genevenſem ad manuſcriptos Palatinæ bibliothecæ Codices caſtigatam, qvæ nunc à pluribus mendis expurgata, & præterea

PROLEGOMENIS
&
APPENDICE
auctior redditur.



COLONIÆ,
Sumptibus MAURITII GEORGII WEIDMANNI.
ANNO M. DC. XCI.

PATRIBUS REIPUBLICÆ LIPSIENSIS VIRIS

Magnificis, Nobilisſimis, Amplisſimis, Conſultiſſimis, Prudentiſſimis,

PATRONIS SUMMIS.

EX qvo jure civitatis Veſtræ gaudeo, qvo me octo ab hinc annis donatum memini, poſt Dei cultum nil magis curæ mihi cordiqve fuit VIRI MAGNIFICI ATQVE NOBILISSIMI, PATRONI MAXIMI,

qvam

qvam ut libraria mea officina bono publico prodeſſem. Qva in re neqve gravibus impenſis unqvam, neqve indefeſſis laboribus peperci. Teſtari id poterunt Euſebii Cæſarienſis volumina de præparatione & demonſtratione evangelica, Sancti Athanaſii Epiſcopi Alexandrini, Gregorii Nazianzeni, & Dionyſii Halicarnaſſenſis opera, Abarbanelis Judæi in Prophetas majores commentarius, aliiqve Scriptores, qvos cum raritate ſua ſe commendare, & ab eruditis deſiderari intelligerem, ut novis typis impreſſi publicam lucem denuo adſpicerent, curavi, qvamvis ob triſtiſſima belli tempora, & commerciorum qvæ indies in pejus ruunt decrementum inter tot miſerabiles regionum & urbium ruinas, qvibus & dulciſſimam patriam meam antiqvam Nemetum urbem Spiram oppreſſam & pœne ſepultam expertus ſum, tantorum ſumtuum periculum facere minus oportunum videretur. Nunc in eo ſum, ut Imperatoris Juliani opera a doctiſſimo Jeſuita Dionyſio Petavio qvondam Græce & Latine edita cum novis obſervationibus Viri celeberrimi Ezechielis Spanhemii, qvas Literato Orbi gratiſſimas futuras haud temere confido, e bibliopolio meo propediem emittam. Et impoſterum qvoqve, ſi Divina Gratia permittat, optimis qvibusqve libris evulgandis curas meas & facultates impen-

impendere non desistam, certa spe animatus, fore, ut Vos PATRES REIPUBLICÆ OPTIMI, PATRONI MAXIMI, qvod hactenus feciſtis, hos Civis Vestri conatus, & bonas literas juvandi studium summa Vestra benevolentia fovere non cessetis. Hanc fiduciam in me excitarunt magna illa, qvæ in me ab eo tempore, qvo domicilium in Urbe Vestra fixi, contuliſtis beneficia, & singularis affectus, qvo Magnifici Consules WAGNERUS, BORNIUS, STEGERUS, Nobilisſimi Proconsules, alter BORNIUS & FALCKNERUS, Consultisſimus Prætor PLAZIUS, nec non CARP. ZOVIUS, GRÆVIUS, PINCKERUS, BAUDISIUS aliiqve Senatorii Vestri Ordinis Proceres, omnes doctrina & meritis incomparabiles & qvovis elogio majores, tenuitatem meam prosecuti sunt. Vos, Venerandi Justitiæ Sacerdotes, præsidio & patrocinio Vestro rebus meis & fortunis nunqvam defuiſtis, Vos celeberrimi literarum, qvibus ad miraculum excellitis, Fautores officinam meam qvalemcunqve haud raro præsentia Vestra illustrem reddere, & libraria mea supellectile cum privatas Vestras bibliothecas, tum publicam illam locupletare dignati estis, qvæ paucis ab hinc annis a Vobis instituta, & inæstimabili rarisſimorum librorum aliorumqve cimeliorum apparatu subinde aucta inter splen-

didisſima Urbis hujus ornamenta jure ſuo numeratur. Et hanc ipſam bibliothecam Veſtram impræſentiarum Joſephus meus ambit, qvem, ut qvalecunq; gratæmentis monumentum exiſtat, Magnificis Veſtris & Nobiliſſimis Dignitatibus humillime offerre audeo. Vix ediderat ſcripta ſua Flavius Joſephus, cum ea Romani publicæ bibliothecæ honore dignati ſunt. Concedite qvæſo Patroni Summi & novæ huic Joſephi editioni hunc honorem, ut in publica Veſtra Bibliotheca reponatur. Non timebit Joſephus armamentarium, cui Bibliotheca Veſtra incumbit, cum armis non minus qvam literis ſtrenuus fuerit. Deus autem Inclytum Veſtrum Collegium, cum ſplendidiſſimis Familiis & tota Republica ſub Umbra SERENISSIMI AC POTENTISSIMI ELECTORIS noſtri omnibus bonorum incrementis in pace florere jubeat.

Magnificarum, Nobiliſſimarum Ampliſſimarumqve Dignitatum Veſtrarum

Cultor devotiſſimus

MAURITIUS GEORGIUS WEIDMANNUS.

THOMÆ ITTIGII
S. T. L.
ad novam hanc Joſephi editionem
PROLEGOMENA.

UM a pluribus annis multa excellentia ingenia novam Operum Flavii Joſephi editionem parturiverint, neſcio qvo fato factum ſit, ut fœtum animo conceptum & ſæpe jam partui maturum eniti non potuerint. Omnibus enim, qvi utiliſſimo huic labori manum admoverunt, vel morte, anteqvam abſolverent, præventis, vel ob alias cauſas a cœpto revocatis, literatus orbis diuturna exſpectatione ſuſpenſus, & novi Joſephi deſiderio pæne contabeſcens ſpes tandem ſuas & vota per integrum ſeculum deluſa ſenſit. Annus agebatur ſuperioris ſeculi octavus & octogeſimus, cum BONAVENTURA CORNELIUS BERTRAMUS lucubrationes ſuas Franckthalenſes a loco, ubi Geneva relicta tum agebat, ſic appellatas ederet, in qvibus profitebatur, (1.) ſe jam pridem in omnes Joſephi libros notas meditatum, & aliqvando, ſi Deus permitteret, editurum eſſe. Verum doctiſſimo hoc Viro poſt Sexennium Lauſani, qvo a Bernatum republica evocatus fuerat, mortuo, ſimul etiam promiſſæ in Joſephum notæ expirarunt. Hanc jacturam JOSEPHUS JUSTUS SCALIGER abunde reſarturus videbatur. Vix enim admirandum illud opus, qvod theſaurum temporum inſcripſit, in lucem publicam emiſerat,

Multorum curæ in Joſephū fruſtra hactenus promiſſæ & expectatæ.

Bertrami.

Scaligeri.

(1.) Cap. 3. p. 59.

cum pleriqve eruditorum, Casaubono teste, (2.) non dubitarent, qvin Scriptorem sibi cognominem, a pluribus, qvibus hactenus obscuratus fuerat, mendis expurgaturus, doctisqve suis animadversionibus illustraturus esset. Qvos opinio sua minime fefellit, siqvidem Phœnix ille Criticorum, cum jampridem infinita, qvæ a nemine intelligi possent, loca in vulgata Josephi editione animadvertisset, & subinde nonnullis eruendis & restituendis ingenii sui vires impendisset, de hoc etiam nobilissimo Scriptore, Josepho inqvam, dummodo Amicorum ope varias manuscriptorum Codicum Lectiones nanciscipossetse bene meriturum Carolo Labbeo per literas Nonis Februarii A. C. cIↃ IↃc VII. (3.) scriptas indicabat, & morti jam vicinus (4.) ad exeqvendum hoc propositum ætati suæ triennii spatium a supremo rerum humanarum Arbitro superaddi exoptabat. Et profecto non parum lucis & ornamenti Josephi scriptis conciliari potuisset, si illustri Scaligero, qvod animo gestiebat, perficere licuisset. Qvod obscurum nemini esse potest, qvi ejus notas ad fragmenta selecta veterum Græcorum apud Josephum & Eusebium servata, & ejusdem animadversiones ad Eusebii Chronicon legerit. Verum istam Josephi editionem immatura Viri Divini mors rei literariæ invidit, ut Casaubonus alicubi (5.) qveritur, qvem una cum Carolo Labbeo vetustissima Regiæ, qvæ Parisiis est, Bibliothecæ exemplaria ad vulgatam Josephi editionem conferre non piguerat, ut, qvi Scaligero Josephi a librariorum corruptelis vindicandi consilium dederat, pulcherrimos illos conatus etiam qvalicunqve auxilio juvaret. Post Scaligeri mortem parum aberat, qvin ISAACUS CASAUBONUS modo nominatus & nunqvam sine veneratione nominandus palmam in medio relictam occuparet, a qvo sane non pœnitendam Josephi editionem sperare poterant Musarum sacris operantes, cum incomparabilem ejus doctrinam jamdudum in plurimis aliis, qvos ediderat, Scriptoribus Græcis pariter & Latinis ad miraculum usqve probatam

Casaubon.

(2.) Epistol. 496. edit. Græv. (3.) libr. 4. ep. 353. (4.) Conf. Patin. epist. 67. p. 186. edit. Paris.
(5.) Exercit. I. ad Baron. c. 34. n. 99.

tam cognoviſſent. Verum cum neqve ætas, qvæ jam provectior erat, tantæ molis oneri ferendo ſatis valida, neqve loci, ubi extrema vitæ tempora ducebat, conditio peragendo huic negotio ſatis commoda videretur, ut ipſe (6.) *in* epiſtola proximo ante mortem ſuam anno Londini ſcripta judicavit, nihil de Joſepho certa fide promittere auſus eſt. Neqve tamen defuerunt alii, qvi Joſephum edendum & illuſtrandum in ſe ſuſciperent. PETRUS enim CUNÆUS in literis ad Franconem Duyckium, ſeu præfatione libri 3. de Republica Hebræorum commentarios in univerſa Flavii Joſephi Opera polliceri minime dubitavit. Qvem cunctantem & moras excuſantem eloqventiſſimus Buchnerus [7.] & alii Familiares ſerio urgebant, ut ſpem de Joſepho factam qvamprimum expleret, morasqve omnes rumperet, & qvicqvid vinculorum pulcherrimis *iſtis* commentationibus necteretur, prorſus abſcinderet, ne dilata abſolutiſſimi illius operis editione docti multas magnasqve res diutius ignorare cogerentur. Verum ante vivis exceſſit Cunæus, qvam fidem liberaret. Idem SAMUELI PETITO accidit Nemauſenſis eccleſiæ Miniſtro & Theologiæ Profeſſori, Viro neqvaqvam Exiguo, ſed, ut Reineſii judicium noſtrum faciamus, inter Gallorum literatorum maximos numerando, [8.] qvem in nova Joſephi interpretatione, notisqve ad eundem Scriptorem edendis occupatum cum fama paſſim ſpargeret, non mediocriter eo nomine gaudebant, qvotqvot Joſephi ſcriptis bene cupiebant. Nec deerant, qvi laudabile hoc inſtitutum collatis ſuis operis egregie juvarent, in qvorum numero Nicolaus Fabricius Peireſcius, qvi per Lucam Holſtenium variorum locorum collationem cum tribus Codicibus Vaticanis manuſcriptis Petito impetravit [9.] Hugo autem Grotius, qvi hactenus de ea Joſephi parte, qvæ legis præcepta continet, & interpretanda & notis ſuis illuſtranda cogitaverat, cum totius Joſephi editionem a Petito parari intelligeret, ſe qvicqvid poſſet ad eam prompte

Cunæi. Petiti.

(6.) Epiſt. 717. (7.) Part. 1. epiſtol. 176. (8.) Libr. 1. Var. Lect. c. 25. (9.) Conf. Gaſſend. in vit. Peireſc. p. 195.

collaturum datis ad Peireſcium literis ſpopondit. [10.] Qvibus promiſſis an Grotius ſteterit, ignoro. Id tantum ſcio, qvod dum Petiti in Joſephum lucubrationes, qvæ, ut ex Riveti ad Voſſium epiſtola [11.] liqvet, maximo cum ſumtu & labore collectæ ferebantur, multi hiarent, imperfectas nec ad umbilicum perductas moriens reliqverit, & neqve Samuel Sorberius, ad qvem cognationis jure id negotii ſpectare videbatur (erat enim Petiti e ſorore nepos) neqve alius qvisqvam poſthumum illum Petiti fœtum in lucem hactenus produxerit, & omnis de Petiti Joſepho ſpes decollaverit. Poſt Petitum in Joſepho occupatus fuit EMERICUS BIGOTIUS, cui ne idem eveniret, qvod Petito acciderat, Patinus exoptabat. [12.] Nec dubito qvin etiam apud alios & egregia de Bigotio exiſtimatio, & amor boni publici ejusmodi vota expreſſerit. Verum Bigotius telam, quam exorſus fuerat, aliis pertexendam poſtea relinqvere maluit. Dicendum hic etiam foret de JOHANNE HENRICO BOECLERO, inſigni qvondam Argentoratenſis Academiæ ornamento, & Præceptore meo æternum venerando, ſi Godofredi, Spanhemii, Forſtneri, aliorumqve amicorum monitis, qvibus ad Joſephum Autorem ſibi perqvam familiarem illuſtrandum ſolicitabatur, locum aliqvem concedere voluiſſet [13.] ſed multis aliis negotiis diſtractus de toto Joſepho edendo deſperavit, & tantum priora ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας capita peculiari diſſertatione illuſtravit. Progredior ergo ad CHRISTIANUM NOLDIUM, qvi in præfatione hiſtoriæ ſuæ Idumææ non ſolum aliorum, qvi de Joſepho emendando cogitarunt, & in his GERHARDI JOHANNIS VOSSII qvoqve meminit, & præterea poſt Scaligeri, Voſſii & Petiti mortem JOHANNEM COCCEJUM & CHRISTIANUM SCHOTANUM in hunc laborem ſucceſſuros ſperare jubet, ſed ſibimet etiam ipſi ad arduum hoc opus aggrediendum animos non deeſſe ſignificat. At Noldium & ſpes de Coccejo & Schotano fefellit, niſi Schotani bibliothecam hiſtoriæ ſacræ Veteris Teſtamenti ob nonnul-

Bigotii. Boecleri. Noldii. Voſſii. Cocceji. Schotani.

la

(10.) Epiſtol. 1564. (11.) Epiſtol. 362. (12.) Epiſt. 67. (13.) Conf. Wagenſeil. epiſtol. ad Arnold.

la Josephi loca illustrata referre huc velimus, & ipse qvoq; orbi Literato ereptus est, anteqvam, quod pridem animo molitus fuerat, effectum dare posset. Omnes autem, quorum insigne de Josepho bene merendi studium hactenus laudavimus, apparatus copia superavit JOHANNES ANDREAS BOSIUS Lipsiensis, Historices in inclyta Jenensi Academia Professor celeberrimus, cui tam felici esse licuit, ut Augustissimo Imperatore Leopoldo clementissime indulgente ex bibliotheca Vindobonensi insignes qvosdam Josephi codices MSS. emendandis Josephi operibus haud parum profuturos impetraret. Qua de re peculiaris Petri Lambecii ad Serenissimum Augustum, Brunsvicensium & Luneburgensium Principem, qvi publici boni causa apud Imperatorem pro Bosio interceserat, epistola Vindobonæ A. C. cIↃ IↃc LXVI. excusa legitur, in qva Codices illi manuscripti ad Principem Augustum indeqve ad Bosium transmissi breviter delineantur. Erant autem codices illi numero septem, & in his qvatuor Græci, tres reliqui Latini. Primus, ut a Græcis ordiamur, continebat Judaicarum antiquitatum libros 20. abbreviatos & passim interpolatos, & a principio mutilos, qvem codicem Augerius Busbeckius Ferdinandi I. ad Solimanum Turcarum Tyrannum Legatus Constantinopoli sibi comparaverat. Secundus qvem itidem Busbeckius Constantinopoli nactus fuerat, exhibebat historiam belli Judaici a verbis: τρεπόμενοι δ' ἅπαντας διώκει, quæ libro 1. cap. 13. leguntur usq; ad verba: τῷ Καίσαρι θαυμασιώτερον ἔτι τοῖς quæ libri 7. cap. 7. extant. Tertius codex complectebatur antiqvitatum Judaicarum libros 10. priores, & præmissos singulis libris capitum indices, etsi in ipso contextu nullum divisionis librorum in capita indicium compareret, ex qvo divisionis hujus in capita autorem non esse Flavium Josephum, sed singulos libros continenti scriptura primum cohæsisse Lambecius colligebat, qvi primi libri indicem ab his verbis incipere docet: Bosii.

Τάδε ἔνεσιν ἐν τῇ πρώτῃ τῶν Ἰωσήπου ἱστοριῶν τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Προοίμιον περὶ τῆς ὅλης πραγματείας.
α΄ ἡ τοῦ κόσμου σύστασις, καὶ ἡ διάταξις τῶν στοιχείων.
β΄ περὶ τοῦ γένους Ἀδάμ &c.

Pertinuit olim hic codex ad monaſterium qvoddam urbis Conſtantinopolitanæ, qvod dicitur S. Georgii in Manganis, ſeu loco, ubi μάγγανα h.e. machinæ bellicæ cum materiis mechanicis variisqve inſtrumentis ad urbium oppugnationes idoneis aſſervari ſolebant [14.] Deinde venit in manus Dionyſii cujusdam Zazynthii, cujus Pater eum Conſtantinopoli ſibi acqviſiverat. Poſtea eum emtionis jure ſibi vendicavit Johannes Sambucus Maximiliani II. & Rudolphi II. Conſiliarius, a qvo ad Sebaſtianum Tenckna-gelium auguſtiſſimæ bibliothecæ qvondam Præfectum tranſiit, poſt cujus obitum tandem in Cæſaream bibliothecam translatus fuit. Qvartus Codex comprehendebat Joſephi de Maccabæis librum ſub hoc titulo: Μαρτύριον τῶν ἁγίων μακκαβαίων ἐκ τῆς ἰωσήπου ἱστορίας. Eadem de Græcis iſtis Joſephi Codicibus Lambecius (15.) in ſuis de bibliotheca Vindobonenſi commentariis iteravit. Qvintus Codex, ut ad Latinos progrediamur, continebat Antiqvitatum Judaicarum libros 20. & libros 7. de Bello Judaico ex verſione antiqva, qvæ Rufino Aqvilejenſis eccleſiæ Presbytero vulgo tribuitur. Sextus exhibebat librum de Maccabæis ex verſione antiqva hominis cujusdam Chriſtiani, qvi eam paſſim interpolavit. Titulus eſt hujusmodi: Paſſio S. Machabæorum ſecundum Flavium Joſephum. Ipſe autem tractatus ſic incipit: Principium meum Philoſophico qvidem Sermone, ſed Chriſtiano explicabitur ſenſu. Neceſſe eſt enim &c. De Autore verſionis nondum ſibi liqvere ait Lambecius, etſi certo conſtet, qvod perantiqva ſit, & ad indagandam Græci textus ſinceritatem plurimum juvare poſſit. Septimus deniqve Codex epitomen antiqvitatum Judaicarum Flavii Joſephi com-

(14.) Conf. Cang. Conſtantinop. Chriſt. libr. 2. p. 155. & libr. 4. p. 124.
(15.) Tom. VIII. p. 2. 4. 43. & 101.

complectebatur ſub hoc titulo: Incipit liber antiqvitatis Flavii Joſephi Hiſtoriographi. Ipſa epitome hujusmodi habet initium: In principio creavit Deus cœlum & terram, ſed dum terra in adſpectum non veniret, & profunditate tenebrarum celaretur, & ſpiritus Dei deſuper ferebatur, Deus fieri lumen juſſit, qvo facto &c. Uſus vero præterea eſt Boſius duobus Codicibus manuſcriptis bibliothecæ noſtræ Academicæ Paulinæ uno Græco & altero Latino, nec non membranis perantiqvis & emendatiſſimis Gymnaſii Portenſis, & manuſcripto Schleuſingenſi, cujus uſum illuſtri Seckendorffio Heroi de re literaria plurimisqve literatis immortaliter merito acceptum retulit. Acceſſerunt Variæ Lectiones ab Emerico Bigotio ex Regio Pariſienſi Codice & duobus Florentinis excerptæ, qvas Voſſii, Heinſii, Gronovii & Græviimaximorum Belgii Luminum ope feliciter impetravit, item variæ Lectiones ex duobus manuſcriptis bibliothecæ Noribergenſis, qvas Vir venerandæ memoriæ Chriſtophorus Arnoldus ipſi procuravit. Qvid igitur de Joſepho ſperari non poterat, cum ad hæc aliaqve ſubſidia ingenium ſuum & immenſam eruditionem & indefeſſas vigilias afferret clariſſimus ille Polyhiſtor? Verum vitæ ſumma brevis ſpes, qvas inchoaverat, longas intervertit, & Joſepho ad vitam revocando dum incubuit Vir doctiſſimus, vitam ipſe perdidit. Qvo mortuo STEPHANUS LE MOYNE ſeu MONACHIUS ſupererat, leMoyne qvi edendi Joſephi curam in ſe ſuſciperet. Pridem id Vir clariſſimus jam animo ſuo agitaverat, Boſioqve per literas ſignificaverat (16.) Incitabant etſi currentem Samuel Bochartus & alii, optimeqve de eventu paſſim ominabantur eruditi. Audiamus nobiliſſimum Wagenſeilium, qvi in præfatione ad ignea Satanæ tela (17.) cum in cauſam inqviſiviſſet, cur Joſephus eximius & utiliſſimus ſcriptor tam-

(16.) Conf. Boſ. in exercit. ad perioch. Joſeph. c. 1. theſ. 10. (17.) p. 69.

tamdiu desertus jacuerit, nec commentatorem invenerit, etsi publica vota id sæpe flagitarent, & interim alii minoris momenti libri annotationibus, observationibus, castigationibus & commentariis onerarentur, ejus rei hanc causam esse dicit, qvod qvi in Josepho exponendo periculum fecerunt, ad ejus scripta explicanda animum Græcorum Latinorumqve Scriptorum lectione subactum non sufficere, sed alia insuper præsidia & imprimis non mediocrem Talmudicarum Pandectarum cognitionem afferri oportere deprehenderint, qvalia præsidia cum Petito non defuerint, ejus in Josephum commentarios, si extarent, se in precio habiturum asserit, & tandem ista subjicit: Nunc spes & exspectationes nostræ in Stephanum le Moyne conversæ sunt, qvem nihil doctrinæ profundioris latet, qviqve iis adminiculis, qvibus ad Josephum emaculandum, illustrandumqve opus est, abundat, proindeqve huic operi pridem feliciter manum admovit. Qvanta autem fuerit in Monachio Josephi edendi cupiditas, ipse in Prolegomenis suis ad varia sacra satis indicat, ubi refert, qvod, cum ex Rotomagensi ecclesia ad Lugdunensem Academiam vocatus fuisset, plenus Josepho in Belgium venerit, & successus non pœnitendos speraverit, nec infaustis ominibus operis ab aliis toties frustra tentati deterritus fuerit. Meliora ipsi augurabantur explorati lacerti, & humeri pondus ferre non recusantes, & codicum Florentinorum, Parisiensium, Londinensium, Oxoniensium & virorum doctorum variis lectionibus & emendationibus munitæ instructæqve vires oneri graviſſimo non impares videbantur. Recurrebat, ut ipse loqvitur, singulis diebus Josephi memoria, magna semper oculis obversabatur imago, vota, consilia, promissa identidem officium repræsentabant, animus impatiens labo-

res

res peroptabat, & ad carceres ſtans illosqve mordens mapparium ac mappam anhelabat, & admitti, pergere, ſtadium licet longum & difficile decurrere & ſuperare geſtiebat. Verum, dum ſic totus in Ioſephum intentus eſſet, rumor de Ioſepho in Anglia edendo aures ejus perculit, qvem etſi ut falſum contemneret, cum paulo ante in Anglia verſatus nihil plane de Ioſepho typis imprimendo inaudiviſſet, poſtea tamen & freqventibus amicorum literis, & ipſo ſpecimine Anglicanæ editionis oculis oblato certior ea de re factus, amores ſuos, qvos tanto ardore deperibat, e medio ſinu raptos, ut ingenue fatetur, haud levius doluit, qvam ſi *coſtam a latere* avulſam ſentiret. Qvid faceret? Non *in*videndum videbatur Ioſepho, qvod e theatro Scheldoniano cum magno ſplendoris augmento emittendus eſſet. Animum igitur ad alia abduxit, Joſepho tantiſper ſepoſito, donec poſt Anglicanam editionem, ſi non uberrimæ meſſi, ſaltem non ignobili ſpicilegio locus relinqveretur. Qvod ſi Monachio adhuc vita ſupereſſet, non dubium eſt, qvin ad priſtina de Joſepho edendo conſilia rediturus eſſet, ſiqvidem Anglicanæ editionis fama, qva perturbatus Joſephi curam abjecit, in nihilum abiit. Nondum mihi prima illius Anglicanæ editionis a Viro celeberrimi nominis EDUARDO BERNARDO procuratæ folia videre contigit. Qvantum vero ex Amicis cognoſcere licuit, id imprimis ejus inſtitutum fuit, ut ex multis manuſcriptis codicibus varias lectiones textus Græci, & antiqvæ verſionis colligeret, & nonnunqvam animadverſiones ſatis prolixas adderet, in qvibus ex manuſcriptis Arabicis non pauca expoſuit. Verum, uti jam dictum, hanc etiam Ioſephi editionem neſcio qvæ impedimenta remorantur, & Anglorum literæ de ea plane deſperare jubent, qvamvis & Petiti manu exarata ad Joſephum commentaria, & qvæ Boſius ad Joſephum collegerat, aliaqve qvæ ad exornandam hanc

Bernardi.

editionem facere poſſent, magno pretio undiqve conqviſita & redemta fuerint.

Joſephi σωζόμενα.

Optandum utiqve, ut ex tot Eruditi Orbis Atlantibus vel uni Joſephum emendatiorem, qvam hactenus prodiit, & illuſtriorem edere licuiſſet. Neqve tamen diutius ferendum, ut Bibliopolarum officinæ Joſephi ſcriptis plane careant, ne ſingulare Divinæ Providentiæ beneficium negligere videamur, qvæ Joſephi opera ad noſtram usqve ætatem ſervari voluit, abs qvibus multa cognitu haud indigna ſcientiam noſtram fugerent, & imprimis res proximis ante Chriſti adventum annis in eccleſia geſtæ denſiſſimis ignorantiæ tenebris ſepultæ jacerent. Sunt autem iſta Joſephi ſcripta, qvæ in eruditorum manibus verſantur, libri 7. de Bello Judaico, Antiqvitatum Judaicarum libri 20. cum appendice de vita ſua, libri duo contra Apionem, & Panegyricus in Maccabæos. Et hiſtoriam qvidem Belli Judaici, qvod & ipſe miſerabile vidit, & cujus pars magna fuit, Hebraice primum ſcripſit, qvæ editio temporum injuria intercidit. Poſtea eandem Græco ſermone complexus eſt. Tanta autem operis hujus fiducia ipſi fuit, ut illud Imperatoribus Veſpaſiano & Tito, qvorum auſpiciis bellum illud conſummatum fuit, offerre non dubitaverit. Nec ingratum Imperatoribus munus illud fuit. Certè Titus Imperator, ut ipſe Joſephus (18.) teſtatur, ὅπως ὐκ μόνων αὐτῶν ἐβελήθη τὴν γνῶσιν τοῖς ἀνθρώποις ωδοδῶναι τῶν πεφάξεων, ὥςε χαρόξας τῇ ἑαυτῦ χειρὶ τὰ βιβλία δημοσιεῦσαι ωροσέταξεν, qvæ verba Nicephorus in hiſtoria ſua eccleſiaſtica [19.] ita reddit, ut Titum libros iſtos de bello Judaico ſua ipſius manu deſcripſiſſe dicat, idqve Johanni Lango (20.) non improbabile videtur, cum Titus, Svetonio teſte (21.) ſcribendi velocitate vel amanuenſes ſuos ſuperaverit, etſi alias Rufinus in verſione Euſebii hunc Joſephi locum allegantis, & alii verba illa ſic interpretati fuerint, qvaſi Imperator libros illos tantum ſubſcriptione ſua dignatus fuerit, qvam ſententiam Henric9 Valeſius [22] in

Hiſtoria Belli Judaici.

(18.) de vita ſua p. 1026. (19.) libr. 2. c. 18. & libr. 3. c. 11. (20.) in not. ad Nicephor. Tom. 1. edit. Græco-Lat. p. 247. (21.) in Tito c. 3. (22.) ad Euſeb. libr. 3. hiſt. eccleſ. c. 10.

in ſuis ad Euſebium notis priori poſtponendam cenſet. Utramvis eligamus, æſtimare licet, qvanti illam Joſephi lucubrationem Titus habuerit, qvam propria manu vel deſcriptam vel ſubſcriptam δημοσιεύεσθαι h.e. ut Rufinus in Euſebio ſuo interpretatur, publice legi voluit. Accedit honorificum Regis Agrippæ teſtimonium, qvi datis ad Joſephum literis eum πολὺ φιλαλήθεστερον τῶν ταῦτα συγγεγραφότων ἡγεμονικώτερον judicavit (23.) Qvin etiam hos libros bibliothecæ publicæ traditos, & Autorem ob ingenii gloriam Romæ ſtatua donatum Hieronymus memoriæ prodidit, (24.) Euſebium, ut alias in catalogo ſcriptorum eccleſiaſticorum ſolet, hic etiam ſecutus, etſi Euſebius (25.) non ſolum ſeptem illos libros de hiſtoria belli Judaici, ſed generatim τὰς συγγεγραμμένας ἀμφὶ λόγους publico illo honore mactatos aſſerat. Neqve hic omittendum graviſſimum Iſidori Peluſiotæ judicium, qvi in epiſtola ad Adamantium (26.) hanc Joſephi περὶ ἁλώσεως ἱστορίαν θεήλατον appellat, & obſervatu dignum cenſet, qvod homo Hebræus & patriæ ſuæ religionis ſervantiſſimus tragicum gentis Judaicæ excidium literis conſignaverit, ne qvis horrendis illis & omne exemplum ſuperantibus calamitatibus fidem derogaret. Poſt hiſtoriam belli Judaici Joſephus ἀρχαιολογίας i. e. antiqvitatum, ſeu, ut alii loqvi amant, originum Judaicarum libros 20. Romæ compoſuit, Dionyſium forte Halicarnaſſenſem æmulatus, qvi ibidem totidem libros ἀρχαιολογίας Ῥωμαϊκῆς ſeu Antiqvitatum Romanarum Græco ſermone conſcriptos ediderat. In hac archæologia Joſephus Judaicæ gentis hiſtoriam ita perſeqvitur, ut ab ipſa mundi creatione exorſus ad duodecimum usqve Neronis annum progrediatur. Qvo tempore hoc opus elucubraverit, ipſe indicat, cum in fine libri ultimi ſe anno Domitiani decimo tertio, & ætatis ſuæ qvinqvageſimo ſexto ultimam his libris manum impoſuiſſe ſcribit. Memoria autem lapſus videtur Sixtus Senenſis, cum in bibliotheca ſua ſancta (27.)

Antiqvitatum libri.

(23.) Joſeph. de vit. p. 1027. (24.) Catalog. Script. eccl. c. 13. (25.) Lib. 3. hiſtor. eccl. c. 9. (26.) lib. 4. ep. 75. (27.) libr. 4. p. 273.

hos Antiqvitatum libros Hebraica primum lingva a Josepho scriptos asserit, qvod de libris περὶ ἁλώσεως seu de historia belli Judaici, ut ex præfatione ad illos libros colligi potest, non item de archæologia verum est. Eqvidem Vir qvidam doctissimus in notulis, qvas ad græco-latinam Josephi editionem manu sua adscripsit, cum hunc Sixti Senensis errorem notasset, statim seipsum corrigit: imò, ait, ut nunc qvidem existimo, Josephus etiam libros antiqvitatum Hebraice primum exarasse videtur. Id enim manifeste evincit locus lib. 7. c. 11. p. 249. ubi sortitio familiarum Sacerdotalium in hodiernum usqve diem durare legitur, qvod certe de illo tempore necessario intelligendum est, cum Josephus templo nondum everso adhuc Hierosolymis ageret. Græcam enim editionem, posteaqvam Romam migrasset, demū meditatus est. Verum cum Josephus Hebraicæ illius editionis nusqvam meminerit, & tum demum se de antiqvitatibus Judaicis scribendis cogitasse dicat, cum jam historiam belli Judaici contexeret, qvod everso templo factum est, credi vix potest, Josephum Hierosolymis & templo adhuc stante Antiqvitates suas Judaicas Hebraice scripsisse, neqve locus de sortitione familiarum Sacerdotalium id evincit. Si enim in Hebraica, qvæ fingitur, Antiqvitatum editione Josephus scripsit, sortitionem illam in hodiernum usqve diem durare, idqve necessario de tempore, qvod conflagrationem templi antecessit, intelligendum est, cur Josephus in Græca editione, qvam templo pridem in cineres redacto elaboratam, & anno Domitiani decimo tertio, qvi post templi conflagrationem tertius & vigesimus fuit, absolutam fuisse constat, verba ista non mutavit? Atqvi in ea expresse dicit, divi-

sionem

sionem 24. familiarum Sacerdotalium per singulas hebdomadas in liturgiæ officio sibi succedentium ἄχρι τῆς σήμερον ἡμέρας duravisse. Nimirum per hodiernum diem non præcise tempus, qvo ista literis tradebat, sed seculum, qvo vivebat, & integrum ætatis suæ curriculum intellexit, vel forte μεσισμὸν illum familiarum Sacerdotalium etiam templo jam everso eatenus adhuc duravisse scribit, qvatenus illarum Familiarum numerus & ordo in recenti omnium memoria viguit, & in Sacerdotum reliqviis nomina ista manserunt, etsi eorum functiones, qvarum gratia divisio illa per sortem facta fuerat, jam cessassent. Ex his autem, qvæ de Josephi Archæologia dicta sunt, etiam de tempore, qvo historiam vitæ suæ in literas retulit, judicari potest. Est enim ea narratio appendix & epilogus Antiqvitatum, ut *ipse Josephus* ad calcem libri 20. testatur, ubi se, anteqvam Antiqvitates finiat, nonnulla de vita sua dicturum Epaphrodito significat, cui etiam in fine opusculi de vita sua totum Ἀρχαιολογίας suæ opus, qvod ipso impellente & stimulos addente pertexuerat, se dedicare scribit. Qvamobrem ipsi errant, qvi Eusebium eo nomine erroris arguunt, qvod, qvæ ex Josephi vita excerpsit, sub ἀρχαιολογίας titulo allegaverit (28.) Et hæc ipsa causa est, cur Labbeus (29.) & alii Josephi librum de vita sua in græco-Latina editione, qvam nova hæc seqvitur, a libris Antiqvitatum avulsam & distractam nollent. Cæterum ad hoc Josephi opusculum remittimus, qvi de ejus prosapia & vitæ genere, & rebus usqve ad sextum & qvinqvagesimum ætatis annum gestis plura cognoscere cupiunt. Post historiam belli Judaici, & Judaicarum Antiqvitatum seu Originum libros, qvibus vitæ suæ curriculum Josephus attexuit, novi operis elaborandi occasionem submini*s*travit Apio Grammaticus Alexandrinus, qvem Tiberius Cæsar cymbalum mundi vocare solebat, cum Plinio judice (30.) publicæ famæ tympanum potius videri potuisset. Cum enim illud mundi cymbalum magno doctrinæ strepitu contra

De vita sua.

Libri contra Apionem

(28.) Lib. 3. c. 10. (29.) in addend. ad Tom. I. de Scriptor. eccles. p. 817. (30.) prolog. histor. natur.

Judaicæ gentis antiqvitatem insonuisset, Josephus gentis suæ vindicias ex ipsis Græcorum monumentis adornavit, & duobus libris, qvi passim περὶ ἀρχαιότητος seu de antiqvitate inscribi solent, cum Moloni & aliis, qvi de Judæorum legibus & institutis falsa qvædam commenti fuerant, respondit, tum imprimis Apionis calumnias tanto profanæ doctrinæ apparatu confutavit, ut magna Hieronymum (31.) hæc legentem admiratio subierit, cum ab homine Hebræo omnes Græcorum bibliothecas tam studiose evolutas animadverteret. De Maccabæis. Supereſt tractatus de imperio rationis, seu panegyricus in Maccabæos, si modo is Josephum Autorem habeat, qvod Eruditorum multos negare Gulielmus Cave (32.) observavit. Eusebius (33.) illud opusculum οὐκ ἀγενὲς σύνταγμα nominat, & vulgò περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ inscribi, & a qvibusdam Μακκαβαϊκὸν appellari scribit. Hieronymus (34.) valde elegantem libellum vocat. Honorius autem Augustodunensis, (35.) Græcum titulum περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, qvem apud Hieronymum invenerat, non satis commode exprimit, cum ait hunc Josephi librum, in qvo Maccabæorum martyria digesta sunt, de potentia inscribi. In Manuscripto qvodam codice Vindobonensi, qvi diversus est ab eo, qvem supra recensuimus, nec in eorum numero fuit, qvi ad Bosium transmissi sunt, titulus est hujusmodi: Ἰωσήπου εἰς τὸ αὐτοκράτορα τῶν παθῶν λογισμὸν εἶναι, ut refert Lambecius (36.) qvi etiam indicat codicem illum tantum usqve ad illa procœmii verba pertingere: τὸ γὰρ ἐπὶ μικροῖς καὶ μεγάλοις παρρησιάζεσθαι ἰσοδύναμόν ἐστι· δι' ἑκατέρα γὰρ ὡσαύτως ὁ νόμος ὑπερφανεῖται, qvæ verba in editis exemplaribus plane desunt, nec in manuscripto Paulinæ nostræ bibliothecæ codice comparent, etsi ille multas integras periodos habeat, qvæ in vulgata editione desiderantur, ut ex appendice novæ hujus editionis manifestum est. Fratres autem illos Maccabæos, qvorum martyrium Josephus in hoc opusculo exposuit, etiam Johannes Chrysostomus, Gre-

(31.) Epistol. ad Magnum. (32.) Histor. liter. scriptor. eccles. p. 22. (33.) lib. 3. c. 10. (34.) in catalog. Script. eccl. c. 13. (35.) libr. 1. de luminaribus eccl. c. 13. (36.) Tom. V. biblioth. Vindob. p. 104.

Gregorius Nazianzenus, Auguſtinus, Gaudentius, Leo Magnus & alii eccleſiæ Doctores ſermonibus ſuis celebrarunt. Sunt forte & alia qvæ Joſephus ſcripſit. Nam in fine libri 20. promittit, ſe, ſi Fata conceſſerint, hiſtoriam belli Judaici & vitæ ſuæ κατὰ τὰ ἑξῆς denuo recenſiturum, & qvatuor inſuper libros de Judæorum opinionibus circa Deum ejusqve eſſentiam, & legum rationes editurum. Qvæ promiſſa Joſephus non implevit, niſi forte hæc monumenta temporum injuria interciderint. Idem dicendum de volumine αἰτιολογιῶν, cujus in limine Antiqvitatum ſuarum meminit. Ejus autem jacturam non admodum dolendam arbitratur Cunæus (37.) & ipſius Joſephi intereſſe putat, qvod perierit, cum ex ſpecimine, qvod libro 1. Antiqvitatum c. 1. legitur, ſatis appareat, Joſephum frigida qvædam myſteria & putidas argutias iſto volumine complexum fuiſſe. Cui conſentiens Bœclerus (38.) opus illud Joſephi ætiologicum nihil aliud fuiſſe præſumit, qvam campum ἀκαιρίας, in qvem plura Judaici pulveris nube obſcurata & corrupta φιλοσοφήματα ſepoſuerit. Sunt etiam, qvi ex Hieronymi præfatione ad librum XI. Commentariorum in Eſaiam colligunt, qvod Joſephus Librum de 70. hebdomadibus Danielis compoſuerit. Cum enim ibi Hieronymus Africanum, Origenem, Euſebium, Clementem Apollinarium, Hippolytum, & Tertullianum commemoraſſet, ſubjungit, Joſephum Porphyriumqve plurima de eadem qvæſtione diſputaſſe. Verum cum Hieronymus non indicet, qvis Joſephus ille fuerit, & ubi qvæſtionem illam tractaverit, incertum plane eſt, an Flavius Joſephus peculiarem tractatum de 70. Danielis hebdomadibus unqvam ediderit. Ad Pſeudepigrapha Joſephi opera pertinet liber περὶ παντὸς, cujus fragmentum in editionis hujus appendice exhibetur, & de qvo plura inferius dicemus.

Scripta a Joſepho promiſſa & deperdita.

Pſeudepigrapha.

*Et*ſi vero genuina Joſephi opera, qvæ ad noſtram usqve ætatem pervenerunt, citius pariter & ſæpius peregrino,

Editiones Joſephi Græcæ.

(37.) Libr. 3. de Republ. Hebr. c. 1. (38.) Exercit. in Fl. Joſeph. p. 439.

no, qvam proprio Græci Sermonis habitu ex officinis typographicis emiſſa fuerint, de Græcis tamen editionibus prius dicere convenit. Primæ editionis Græcæ Aldinæ mentionem facit Cl. Arnoldus in præfatione ad teſtimonium Flavianum, ubi Caſaubonum manu ſua ad hanc editionem ex codicibus Regiis multa annotaſſe, & ſe, dum in Anglia verſaretur, exemplar illud apud Seldenum vidiſſe memorat. Verum cum ipſa Caſauboni verba ſtatim ſubjiciat, in qvibus editio illa Græca cum Pariſienſibus manuſcriptis collata Baſileenſis dicitur, non dubito, qvin Typographi vitio Aldina vocetur prima Joſephi editio Græca, qvæ Arnoldina potius dici debuiſſet. Primus enim fuit Arnoldus Peraxylus Arlenius, qvi Græcum Joſephi textum Baſileæ M D XLIV. typis Hieronymi Frobenii & Nicolai Epiſcopii in lucem publicam eduxit, cum in Diegi Hurtadi Mendozæ Cæſarei tum apud Venetos Legati bibliotheca, qvæ poſtea in Eſcurialenſem tranſiit, [39.] inſignem hunc theſaurum inveniſſet. In qva editione ad emendandos & reſtituendos poſteriores Antiqvitatum libros, cum eos multis in locis depravatos deprehendiſſet, epitomen qvandam Joſephi, qvam Romæ nactus fuerat, adhibuit, & adſcito in partem laboris Sigismundo Gelenio, ut qvam fieri poſſet caſtigatiſſime prodiret, procuravit. In hiſtoria belli Judaici, & cæteris Joſephi ſcriptis minus negotii habuit, cum & ſua exemplaria ſatis accurate ſcripta eſſent, & alia inſuper Johannes Crotus & Petrus Gillius ſuppeditarent, qvorum erga ſe ſtudium & in bonas literas amorem eo nomine collaudat. Græcam hanc editionem poſt annos 67. excepit græco-latina typis Petri de la Roviere A. C. MDCXI. Coloniæ Allobrogum excuſa, qvæ ut emendatior prodiret, manuſcripti qvidam Codices bibliothecæ Palatinæ collati ſunt, qvos in Typographi gratiam a Bibliothecario Jano Grutero Marqvardus Freherus impetravit, etſi jam longius operæ proceſſiſſent, cum iſtæ membranæ ad Rovierium transmitte-

(39.) Conferatur Anton. in biblioth. Hiſp. p. 223.

mitterentur, qvi pollicitus qvidem est, se Virorum qvorundam doctorum notas & varias Lectiones ejus, qvi manuscripta illa Palatina excusit, studio collectas propediem peculiari volumine luce publica donaturum, sed, ut eventus docuit, promissis tantum dives fuit. Ipsa autem Roveriana operum Josephi editio græco-latina sine ulla mutatione A. C. M DC XXXIV. apud Johannem Crispinum iterata fuit. Et præter illas modo recensitas nulla alia vel græca vel græco-latina operum Josephi editio hactenus visa est. LIBER tamen DE MACCABÆIS etiam extra Josephi opera in nonnullis Græcis Bibliorum editionibus tertio Maccabæorum libro subjectus reperitur. Factum id in editione Bibliorum A. C. M D XXVI. Argentinæ typis Wolphianis a Lonicero procurata, qvem tribus Maccabæorum libris librum Iosephi de martyrio septem fratrum Maccabæorum irreligiose attexuisse Morinus (40.) arguit, qvi & plures Bibliorum Græcorum editiones recenset, in qvibus Iosephi de Maccabæis liber apocryphis insertus legitur, nempe duas Basileenses, qvarum una A. C. M D XL. ex Hervagii officina, altera M D L. typis Nicolai Brylingeri prodiit, & Francofurtensem A. C. M D XCVII. typis Wechelianis editam, qvibus addi potest editio Apocryphorum græco-latina Basileæ A. C. M D LXXXII. in lucem publicam emissa, & forte aliæ. Eundem Josephi librum de Maccabæis JOHANNES LLOYDIUS & auctiorem & emendatiorem cum latina interpretatione & notis edidisse perhibetur. (41) Postremo eundem librum FRANCISCUS COMBEFISIUS in novissimo, qvod vocat, Bibliothecæ Patrum auctario græce & latine 1672. Parisiis vulgavit.

Interpretes Josephus varios habuit, qvi ejus scripta ex lingva Græca in Latinam, Germanicam, Hispanicam, Italicam, Gallicam, Anglicam, Belgicam & alias transfuderunt. Ad latinos Interpretes, ut ab his ordiamur, qvodammodo referendus est S. AMBROSIUS Mediolanensis ecclesiæ Interpretes Latini. Ambrosius vel qvisqvis

(40.) Exercit. Bibl. lib. 1. exerc. 9. c. 1. (41.) Conferatur Witte in Diario biographico ad A. C. 1603.

Autor est librorum de excidio Hierosolymitano sub Hegesippi nomine editorũ.

clesiæ Antistes, siqvidem ille Autor sit librorum 5. de excidio Hierosolymitano, qvi sub HEGESIPPI nomine circumferuntur a Jacobo Fabro per Jodocum Badium Ascensium, Godofredo Hittorpio, Laurentio de la Barre, Cornelio Gvalthero & aliis editi, & Patrum qvoqve bibliothecæ inserti. Est enim hoc opus nihil aliud, qvam liberior translatio librorum Josephi de bello Judaico, cui etiam nonnulla ex libris ἀρχαιολογίας admista sunt. Qvod vero hi libri de excidio Hierosolymitano Ambrosium Autorem habeant, etsi multis incredibile videatur, Ludovicus tamen Vives (42.) libros illos sub Ambrosii nomine allegat. Nec alienus est ab hac sententia doctissimus Gronovius (43.) non repugnaturus, si qvis Ambrosium ætate adolescentiori aut in exordio pontificatus sui opus hoc lusisse contendat. Qvam conjecturam & styli cum Ambrosiano convenientia & fides nonnullorum veterum codicum confirmat, qvalis est ille Mediolanensis, qvem Mabillonius (44) literis partim Longobardicis partim Romanis majusculis scriptum memorat. In eo enim liber Egesippi secundus hoc titulo signatur: Incipit secundus. Ambrosius Episcopus de Græco transtulit in Latinum. Qvem Ambrosii ut interpretis titulum etiam nonnullæ Hegesippi editiones præferunt, ut ex Ascensiana & Hittorpiana manifestum est. Qvod autem hi libri Hegesippi tanqvam primarii Autoris nomine vulgo gaudeant, inde factum est, qvod Josephi nomen librariorum vitio corruptum fuerit. Pro Josepho enim sæpe scribi solebat Josepus aut Joseppus, vel etiam Josipus aut Josippus. Unde & in Mediolanensi Hegesippi codice, qvem paulo ante memoravimus, multis foliis libri qvinti in capite paginarum hæc verba appositа leguntur: IOSEPPI LIBER QVINTUS. Ex Iosippo autem in nonnullis exemplaribus levi mutatione Igisippus natus est, ut ex pervetustis membranis, qvæ apud Isaacum Vossium fuerunt, Colome-

(42.) ad Augustinum de Civit. Dei lib. 21. c. 5. (43.) observat. ad Scriptor. eccles. c. 1. p. 6. (44.) Mus. Ital. part. 1. tom. I. p. 14.

lomesius (45.) probavit. Tandem vero Egesippi vel Hegesippi nomen huic operi adhæsit. Cum enim proximo post Apostolos seculo Hegesippus qvidam claruerit, qvi qvinqve libros actuum ecclesiasticorum composuit, ab Eusebio & aliis antiqvis Scriptoribus commendatos, facili errore libris qvinqve de excidio Hierosolymitano Hegesippi nomen assignatum fuit, etsi non ex Hegesippo, sed ex Josippo vel Josepho expressi fuerint. Nonnulli tamen existimant, libris illis de excidio Hierosolymitano Hegesippi nomen non librariorum errore inditum, sed ab Autore sponte adscitum, sive qvod hoc nomen qvoad literarum sonum cum Josippi nomine magnam cognationem haberet, sive ut ex Hegesippi fama operi huic antiqvitatis autoritatem adderet. Interim Hegesippi nomen, undecunq; illud libri de excidio Hierosolymitano sortiti fuerint, multis fraudi fuit, ut Hegesippo Apostolorum temporibus vicino historiam excidii Hierosolymitani tribuerent. In qvorum numero miramur fuisse Casparum Barthium, (46.) qvi, cum multa seqvioris ævi indicia in Hegesippo deprehenderet, qvæ veteris Hegesippi ævo convenire minime possent, hunc scrupulum ita sibi eximebat, ut diceret idem Egesippo contigisse, qvod in Eutropio aliisqve Autoribus factum esse constat, cum jam a multis seculis Monachi id in more habuerint, ut longiora scripta in epitomen redigerent, aut breviora assutis variis laciniis extenderent. Et Egesippi qvidem libros immanibus cumulis ex Rufini Josepho petitis distentos atqve effarctos judicat, de cœtero minime dubitans, qvin priscus Egesippus illorum librorum Autor censeri debeat. Discedit ab hac sententia Gerhardus Johannes Vossius (47.) & qvod mireris, ipse Barthius, qvi alibi (48.) non parvam Monachorum impudentiam fuisse qveritur, qvod Egesippum, qvi hodie extat, cum veteri illo confuderint. Vossius autem dum Barthii sententiam refutat, ad alterum extremum labitur, dum Autorem hujus operis sexcen-

(45.) Paralipom. ad cav. Chartophyl. p. 239. edit. ult. (46.) libr. 46. Adv. c. 4. (47.) libr. 3. de Hist. Lat. p. 707. & de Histor. Græc. libr. 2. c. 14. (48.) libr. 34. Adv. c. 11.

centis & amplius annis Ambrosio juniorem facit. Otium hic nobis fecit doctissimus Gronovius (49.) qvi utramqve sententiam confutavit, & Autorem, qvi sub Hegesippi nomine excidii Hierosolymitani historiam conscripsit, neqve ad tempora Apostolicæ ætati proxima evehendum, neqve ad Scriptores infimæ vetustatis detrudendum, sed sub Theodosii imperio collocandum probavit. Sive autem Ambrosius hujus operis autor sit, sive alius Scriptor Ambrosio coævus, certum est eum Josephi vestigiis sic insistere, ut qvodammodo interpretis vice fungatur. Ea tamen libertate interpretem agit, ut multa de suo admisceat, & subinde non tam Josephum, qvam sui ingenii impetum seqvatur. Unde Scaliger (50.) de Hegesippo ait, qvod sincerum Josephi vas incrustare consveverit. Sanctum qvoqve Hieronymum Josephi opera una cum Papiæ & Polycarpi libris in latinam lingvam transtulisse rumor ad Lucinii Bætici aures tulerat. Verum Hieronymus (51.) respondebat, tantum nec otii sibi fuisse, nec virium, ut tantos Autores pari venustate in alias lingvas exprimere potuerit.

Rufinus. Æqvalis tamen Hieronymi RUFINUS Aqvilejensis Presbyter Josephi Antiqvitates & historiam belli Judaici & duos contra Apionem libros latinitate donasse perhibetur. Unde antiqva illa & vulgata istorum librorum versio in Latinis Josephi editionibus Rufino passim tribuitur. Nec refragantur codices manuscripti, & in his antiqvissimus ille, qvi Mediolani in Ambrosiana bibliotheca extat, laudatus a Burneto in suis epistolis de itinere suo Italico (52.) & Mabillonio (53.) qvi hoc volumen ex charta Ægyptiaca constare, & aliqvot libros Josephi de antiqvitatibus Judaicis continere scribit, & Boschæ qvidem non consentit, qvi ab annis mille trecentis hoc volumen scriptum suspicatur, antiqvissimum tamen illud esse, & ante mille & centum annos exaratum judicat. Num vero recte Rufino versio ἀρχαιολογίας ἰουδαϊκῆς & duorum librorum contra Apionem tribuatur, haut immerito dubitari possit. De libris

ἁλώσεως

(49.) observ. in Script. eccles. c. 1. & 21. (50.) animadvers. ad Euseb. chron. num. 1950. (51.) epistol. 28. (52.) epistol. 2. (53.) Mus. Ital. Tom. I. part. I. p. 12.

αλλότριος minor dubitandi ratio exiſtit. Etſi enim eorum verſio ut ex Caſſiodori divinis lectionibus ſeu inſtitutione divinarum literarum (54) patet, ab aliis Ambroſio, ab aliis Hieronymo, ab aliis Rufino adſcriberetur, vicit tamen ſententia pro Rufino, neq; ſtylus ab aliis Rufini operibus diſcrepat. At cum idem CASSIODORUS ibidem dicat, qvod Joſephi Antiqvitatum libros 22. [intelligit libros viginti ἀρχαιολογίας & duos ἀρχαιότητος contra Apionem] per Amicos ſuos non ſine magno labore latine reddi curaverit, ex eo haud obſcure colligi poteſt, Caſſiodori ævo, qvem integro & amplius ſeculo Rufinus anteceſſit, nullam adhuc illorum Joſephi librorum verſionem extitiſſe. Qvorſum enim amicis ſuis tantum laborem impoſuiſſet, ſi jam olim a Rufino ſuſceptus fuiſſet. Saltem iſtam Rufini verſionem ſilentio prætermiſſurus non fuiſſet, ſi forte illi meliorem & fideliorem ſubſtituere voluiſſet. Fatendum autem eſt, antiqvam Joſephi verſionem tam in hiſtoria belli Judaici qvam in antiqvitatibus & duobus libris, qvibus famoſum illum πλειστονίκην Apionem [55.] ſuperavit, plurimis in locis Græco Joſephi textui parum reſpondere, ſive corruptos codices habuerit Interpres, ſive bonos malo ſenſu corruperit. Κομίζειν ἐπικουρικὸν ſeu adducere auxiliares copias Antiqyo illi interpreti idem eſt ac per Coricum tranſire. (56.) Vicum Emmauntem ſeu Ammauntem Joſephus (57.) ab Hieroſolymis ſtadiis ἑξήκοντα diſſitum dicit, qvod cum Luca (58.) convenit, & parum tamen abfuit, qvin Vir qvidam doctiſſimus, cujus Bochartus (59.) meminit, Lucam falſi argueret, cum apud Latinum Joſephi interpretem triginta ſtadia legiſſet. Alibi antiqvus ille Joſephi interpres χιόνα ſeu nivem per æſtus explicat, ut plura alia hujusmodi taceam, in qvibus interpres Joſephi cum ipſo Joſepho non magis convenit, qvam cum ex bubone, qvem ſupra Agrippæ paulo poſt morituri caput adſtitiſſe Joſephus tradidit, Euſebius

Caſſiodori familiares.

(54.) c. 17. Tom. II. Operum Caſſ. p. 550. edit. Rotomag. (55.) Ita Apio vocatur a Plinio lib. 37. c. 5. Gell. lib. V. c. 14. Clemente Alex. lib. 1. Strom. p. 235. (56.) libr. 14. Antiqu. c. 16. (57.) lib. 7. de Bell. Jud. c. 27. (58.) Luc. XXIV, 13. (59.) Chan. lib. 2. c. 16.

(60.) Angelum formavit. Non est hic prolixe differendi locus, qvalem in aliis Scriptoribus vertendis Rufinus se gesserit. Notum est qvod in Eusebio multa omiserit, multa de suo adjecerit, multa denique pessime reddiderit, ut cum Zachariam Johannis Baptistæ Patrem, cujus Eusebius vel Lugdunenses in sua epistola apud Eusebium obiter meminerant, in Martyrem Lugduni sub Antonino passum transmutavit. Qvali perfidia Origenis scripta tractaverit, non opus est, ut Erasmi (62.) Dallæi, (63.) & aliorum verbis exponamus. Habemus enim confitentem reum, siqvidem ipse Rufinus in præfationibus ad libros περὶ ἀρχῶν, item in præfatione & epilogo Origeniani in epistolam ad Romanos Commentarii non dissimulat, qvantum sibi in Origene interpretando licere existimaverit. Sed, ut ad Josephum redeamus, nec hoc tacendum est, antiqvam versionem interdum saniorem esse, qvam novam, & ipsi Græco, qvalis nunc est, textui præferendam. Unicum libet adducere exemplum. Refert Josephus, qvod Boozus, cum Ruthem ducturus esset, coacto Senatu & adducto Ruthis cognato, qvi eam ducere recusabat mulierem jusserit accedere cognatum suum, & juxta legem calceum ei detrahere, καὶ πτύσαι εἰς τὸ πρόσωπον (64.) Rectius antiqvus interpres in suo exemplari legit: Καὶ πτύσαι εἰς τὸ πρόσωπον. Sic enim vertit: Booz testificans Seniores, jussit mulieri, ut ejus calceamentum solveret juxta legem, & in faciem ejus exspueret. Respexit nimirum Josephus ad legem de fratria ducenda, qvæ extat Deut. XXV, 9. etsi ea ad præsentem causam non spectaret, ut post Drusium Seldenus [65.] observavit. Sed hæc de antiqvioribus Josephi interpretibus dixisse sufficiat. Nunc ad recentiores pergendum, e qvorum numero SIGISMUNDUS GELENIUS libros 20. antiqvitatum nova versione donavit. Cum enim Arnoldus Arlenius in græca sua Josephi editione libros antiqvitatum juxta

Gelenius.

(60.) libr. 2. hist. eccl. c. 10. ubi allegat locum ex Josephi Antiqvit. libr. 19. c. 7. (62.) Prolog. ad Orig. (63.) de script. Ignat. c. 40. & seqv. (64.) Antiqvit. libr. 5. c. 11. (65.) de succession. in bon. defunctor. c. 15.

juxta duos codices ex diverſiſſimis terræ tractibus petitos, qvorum uterqve alterius lacunas explere poterat, ediditſet, non deerant, qvi novam hujus operis interpretationem ad Græcos fontes exactam deſiderarent. Gelenius autem tanto lubentius id operis in ſe ſuſcepit, qvod antiqvitatum libros non perinde ac hiſtoriam Belli Judaici a Rufino verſos animadverteret, ſiqvidem non referrent hominem utriusqve lingvæ peritum, qvalis Rufinus ſeculo ſuo fuit, nec ſtylo libros de bello Judaiço æqvarent. Novo igitur ſtylo hos libros reddidit, & nonnulla a veteri interprete omiſſa ſupplevit. Idem & Joſephi librum de vita ſua in Latinam lingvam transtulit. In hiſtoria autem Belli Judaici & libris contra Apionem veterem verſionem ad Græcum textum caſtigavit, qvod tamen ubivis factum *non eſſe collatio* oſtendit, qvemadmodum etiam nova, qvam fecit, Antiqvitatum verſio, eruditorum cenſuram effugere non potuit, unde Vorſtius (66.) egregiam reipublicæ literariæ navaturum operam judicat, ſi qvis Flavii Joſephi verſionem, in pluribus a Græco textu diſcedentem, ad limam revocaturus eſſet. Joſephi librum de vita ſua Godofridus TILMANNUS Carthuſiæ Pariſienſis Monachus latinè vertit, & typis Michaëlis Fezandat Pariſiis exprimendum dedit, qvod ex Petri Lambecii ad Principem Auguſtum epiſtola didici. Prodiit iſta Tilmanni verſio anno 1548. qvo ipſo anno Gelenius in præfatione ad Joſephi opera Baſileæ ſcribebat, vitam Joſephi nunc primum in præſenti operum ejus editione a Latinis hominibus legi poſſe. Referendus eſſet ad Latinos Joſephi interpretes etiam ERASMUS ROTERODAMUS, ſi tractatum de Maccabæis ex Græco Joſephi textu expreſſiſſet. Verum cum Græcum codicem ad manus non habuerit, e latinis tantum Græca conjectavit, & mutatis nonnullis verſionem illius tractatus antiqvam elegantiori ſtylo reddidit. Eundem tractatum de Maccabæis Lloydius & Combefiſius in Latinum ſermonem traduxerunt, ut alias libelli iſtius translationes, qvæ in nonnullis bibliorum editionibus

Tilmannus.

Erasmus

Lloydius, Combefiſius. Alii

(66.) in notis ad chronologiam R. Dav. Ganz. p. 290.

nec non in nonnullis Josephi editionibus leguntur, taceamus. Sunt autem Latinæ Josephi editiones variæ. Antiqvissima forte est, cui neqve annum neqve locum impressionis adscriptum Bosius (67.) indicat, qvi eam ex liberalitate Curatorum bibliothecæ Rhedigerianæ habuit. An præter Antiqvitates Judaicas plura Josephi opera editio illa complexa fuerit, nescio. Nullus etiam impressionis annus & locus adscriptus est libris septem de Bello Judaico per Platinam castigatis, qvos in suis Typographiæ incunabulis Cornelius a Beughem (68.) memorat. Idem Beughemius (69.) Antiqvitates Josephi Judaicas Venetiis per Ludovicum Cendratam impressas tradit. Aliam Josephi Latinam editionem Venetiis 1486. excusam in bibliotheca sua habuit celeberrimus Heinsius (70) Secuta est apud Venetos alia editio A.C.M CCCC XCIX. qvæ Antiqvitatum libros, historiam de Bello Judaico, & duos libros de antiqvitate Iudæorum contra Apionem præmissis singulorum capitum argumentis exhibuit. (71.) Qvam grata hæc Venetorum opera eruditis fuerit, & qvam avidos emtores Josephus invenerit, ex eo colligere licet, qvod vix triennio elapso nempe M D II. iterum nova Josephi editio Venetiis prodierit. Prodiit illa typis Bernardini Vercellensis, sumtibus Andreæ Asulani. Præmissa est tabula rubricarum, qva singulorum capitum in Antiqvitatibus & historia belli Iudaici argumenta continentur. Et illa qvidem, qvæ ad historiam belli Iudaici spectant, Autorem habent Magistrum Franciscum Macæratam, Ordinis minorum, & ita concepta sunt, ut ferme epitomes instar haberi possint. Addita etiam est epistola Hieronymi Sqvarzafici Alexandrini ad Raynaldum de Novimajo, in qva Josephi libros a Rufino translatos indicat, & Josephi vitam e juratissimis, ut ait, Autoribus elicitam breviter subjungit. Aliam Josephi editionem Venetam, qvæ A.C.MDX lucem adspexit, Reinesius in qvadam ad Adolphum Vorstium epistola, (72.) Mediolanensem, qvæ per Alexandrum Minutianum M D XIII. prodiit, Bosius in sua ad Josephi

Editiones operum Josephi latinæ.

(67.) Exercit. ad perioch. Joseph. (68.) p. 178. (69.) p. 79. (70.) Conf. Catal. Bibl. Heinsianæ fol. 20. (71.) Conf. bibliothecam Fris. p. 233. (72.) epistol. 22.

phi periocham exercitatione,(73.) Parisiensem a Roberto Goullet typis Johannis Barbieri A. C. M D XIV. procuratam Lambecius in sua ad Augustum Principem epistola,(74.) aliam Parisiensem A. C. M D XIX. ex officina Johannis Parvi emissam Possevinus (75.) commemorat. Postea A. C. M D XXIV. Coloniæ in ædibus Eucharii Cervicorni Josephi opera impressa sunt, addito, qvi in prioribus editionibus desideratur, libello de Machabæis per Erasmum recognito. Præmissa est Jacobi Sobii ad Lectorem præfatio, in qva Josephi versionem a Godofredo Hittorpio ad vetustissima Latina exemplaria diligenter recognitam asserit. Græcum enim textum Sobius temporum injuria plane deperditum suspicabatur, nisi forte in Romana *Bibliotheca* latitaret. Additus etiam est index, qvem *Cornelii Lynnichensis* industriæ debemus. Eodem anno M D XXIV. eadem Josephi opera Basileæ Johannes Frobenius excudit, qvi agnoscit, in Colonensi editione, qvæ suam aliqvot mensibus antevertit, loca qvædam non infeliciter restituta, multa tamen in mendis suis adhuc relicta asserit, cum adeo depravatus Josephus fuerit, ut expurgando huic Augiæ stabulo unus Hercules non sufficerit. Qvibus præmissis speciminis gratia loca qvædam indicat, qvæ veterum exemplarium collatione in Basileensi hac editione emendata sunt. Bene sibi consuluisse suam Josephi editionem cum animadverteret Eucharius Cervicornus, distractis primæ editionis exemplaribus, A. C. M D XXXIV. Josephum majori labore & industria recognitum iterum Coloniæ prælo subjecit, additis etiam monumentis, qvæ sub Berosi, Manethonis & Metasthenis nomine Johannes Annius Viterbiensis orbi literato venditavit. Sed hic iterum cum Colonia de Josepho Basilea certavit. Eodem enim anno M D XXXIV. Basileæ ex officina Frobeniana Josephus exiit, Sigismundi Gelenii studio recognitus, qvi Antiqvitatum qvidem interpretationem veterem ob Græcorum Codicum penuriam tantum

(73.) p. 8. (74.) p. 11. (75.) tom. I. apparat. p. 967.

ad vetuſta qvædam exemplaria Latina contulit, hiſtoriam autem Belli Judaici ex duobus Græcis codicibus, qvorum unum Georgius Arminiacus Rutenorum Epiſcopus, alterum Johannes Crotus obtulit, emendavit, & tantundem laboris aut aliqvanto plus in libris contra Apionem adhibuit, ut a legentibus intelligi poſſent. Et hæc editio Baſileæ A. M D XL. repetita fuit, in qva Typographus (76.) monet, librorum de Bello Judaico & contra Apionem exemplaria Græca ex Gallia, Germania & Polonia corrogata fuiſſe, & cum Latinis collata, & in libris contra Apionem circa finem primi, & initium ſecundi libri plusqvam centenos verſus additos fuiſſe, qvi hactenus omiſſi fuerant. Paulo poſt nempe A. M D XLVI. Sebaſtianus Gryphius Joſephi opera tribus voluminibus diſtincta minori forma nempe plagulis in octo folia complicandis publicavit. Et iſtæ qvidem, qvas hactenus recenſui, editiones antiqvam Joſephi verſionem exhibent, de cujus Autoribus ſupra dictum eſt. Anno autem M D XLVIII. Baſileæ nova Antiqvitatum Judaicarum verſio a Sigismundo Gelenio concinnata lucem publicam adſpexit, cui & cœtera Joſephi opera juxta antiqvam verſionem & liber de Maccabæis ex Eraſmi paraphraſi adjuncta fuerunt, & qvi hactenus in Latinis editionibus nondum viſus fuerat, Joſephi liber de vita ſua ab eodem Gelenio in Latinam linguam translatus, qvæ editio Baſileæ A. M D LIV. repetita fuit. Has editiones ſecutæ ſunt duæ Lugdunenſes, qvarum una A. M D LV. altera M D LVII. utraqve apud Gryphium impreſſa, & duæ Baſileenſes, qvarum una A. M D LIX. altera M D LXVII. utraqve ex officina Frobeniana prodiit. Et in priore qvidem Baſileenſi liber de Maccabæis ex Eraſmi Roterodami paraphraſi legitur, qvæ hactenus etiam in aliis Ioſephi editionibus retenta fuerat, in poſteriore autem alia verſio occurrit, cujus hoc eſt initium: diſputaturus de re ad philoſophiæ rationem maxime pertinente num affectibus

(76.) p. 545.

cuibus imperet pia ratio, recte fecero, si vobis, ut Philosophiæ sedulo incumbatis, consuluero. Qvæ Francofurti ad Mœnum A. C. M D LXXX. impensis Sigismundi Feyerabend procurata est editio, figuris exornatur, & singulis foliis chronologiam adscriptam habet, ipsumqve textum doctorum hominum laboribus & vigiliis a pluribus mendis expurgatum pollicetur. Anno M D LXXXII. iterum Basileæ ex Frobeniana officina vulgatus est Iosephus, itidem chronologia & aliis scholiis marginalibus illustratus. Anno M D LXXXVIII. Sigismundus Feyerabend Francofurti Iosephi opera denuo typis imprimi curavit, sed minori forma, & ad commodiorem usum adornata. Anno M D XCIII. Coloniæ apud Iohannem Gymnicum sub monocerote Flavii Iosephi opera iterum latine prodierunt, ut Genevensem anno M D XCV. a Iacobo Stoerio excusam, Francofurtensem anno M DC XVII. vulgatam & alias taceamus. Qvorsum etiam spectant Nicolai Asclepii Barbati periochæ & argumenta librorum 20. de Antiqvitatibus Judaicis & librorum septem de Bello Iudaico singulorum capitum summam singulis tetrastichis complectentia, qvæ una cum Ducum, Iudicum, & Regum populi Israelitici historia per Bartholomæum Stenum conscripta Coloniæ typis hæredum Arnoldi Birckmanni anno M D LXIV. in lucem prodierunt, item compendiosissima Belli Iudaici descriptio, qvam ex Iosepho collegit, & Coloniæ M D LII. edidit Georgius Vicelius, ut alia ejus generis taceamus. Dignus autem omnino Iosephus fuit, qvi non ab eruditis modo Græce & Latine, sed etiam a vulgo in vernaculis variarum gentium linguis legeretur. Et de Germanis qvidem suis hac in causa bene meritus est D. CASPAR HEDIO, qvi anno M D XXXI. Flavii Josephi opera in Germanicam lingvam convertit, & Argentinæ typis Michaelis Meyeri & Balthasaris Bockii primum edidit, anno M D XXXV. & forte sæpius novis typis impressa. Præmissa est explicatio vocabu- Versiones Germanicæ.

lorum lingvæ Hebraicæ, Chaldaicæ, Græcæ & Latinæ, qvæ in Josephi scriptis passim occurrunt. Cui nominum explicationi subjunguntur, qvæ Gulielmus Budæus in libris de Asse & ejus partibus ad loca qvædam in libris Josephi contra Apionem animadvertit. Fatetur autem elegantiori habitu Germanicum suum Josephum legentium oculis se oblaturum fuisse, nisi defectu Græcorum exemplarium, qvæ tum adhuc in bibliothecis latebant, tantum ad Latinos codices conformatus fuisset, qvos adeo corruptos fuisse qveritur, ut non sine magno labore multisqve vigiliis loca qvædam restituere, eorumqve sensum assequi potuerit, qva in re etiam Melchiorem Ambachium, & Wolfgangum Musculum auxilio sibi fuisse non dissimulat. Minime tamen dubitat, qvin improbo suo labore tantum effecerit, ut ex Germanica sua versione Latina exemplaria, si prælo iterum subjicerentur, plurimis in locis emendari possent, ne amplius

mala culmos
Esset rubigo, segnisqve horreret in arvis
Carduus, - - - - -
Lappæqve tribuliqve interqve nitentia culta
Infelix lolium, & steriles dominentur avenæ.

Postea, cum Arnoldi Peraxyli Arlenii studio Græcus Josephus in lucem editus fuisset, Bibliopolæ qvidam Francofurtenses per M. JOHANNEM SPRENGENIUM & ZACHARIAM MUNZERUM ex Græco textu Josephi opera in Germanicam lingvam transferri curarunt, qvorum versionem Johannes Feyerabend Francofurti anno M D LXXXI. prælo iterum commisit, cum primæ editionis, qvæ Georgii Rabi & Cognati cujusdam sui impensis antæ aliqvot annos facta fuerat, exemplaria nulla amplius superesse intelligeret. Neqve hic silentio prætermittendus CONRADUS LAUTERBACHIUS, qvi itidem Flavii Josephi opera, qvæ extant, omnia Germanice reddidit, nihilqve eorum omisit, qvæ Josepho vel ornatum vel lucem afferre poterant.

Ejus

Ejus interpretatio primum Argentorati anno MDLXXIV. iterumqve MDXCV & MDCXI & noviſſime Francofurti MDCLXXVI. lucem publicam adſpexit. Libri ſeptem de Bello Iudaico Francofurti anno MDLII. ſeorſim typis Chriſtophori Egenolfi Germanice prodierunt, qvo interprete, cum editio illa ad manus non ſit, dicere non poſſum. In Hiſpania IOHANNES MARTINUS CORDERO Valentinus, qvi multa veterum & recentiorum Scriptorum monumenta in ſermonem Caſtellæ vernaculum traduxit, Ioſephi qvoqve libros ſeptem de Bello Iudaico poſt veterem, qvæ ei diſplicuit, Catholicorum Regum Chronographi interpretationem Hiſpanice edidit, impreſſos Antverpiæ anno MDLVII. & Madriti anno MDCXVI. Antiqvitates autem Iudaicæ, in eandem lingvam traductæ, una cum vita Ioſephi ab ipſomet conſcripta, & tractatus de imperio rationis ſeu de Maccabæis incerto interprete Antverpiæ anno MDLIV. typis Martini Nucii prodierunt. Hiſpanicæ.

In Italia PETRUS LAURUS Mutinenſis Ioſephi Antiqvitates Iudaicas Italice reddidit, qvas Balthaſar Conſtantini Venetiis anno MDXLIX. ex officina ſua prodire juſſit. FRANCISCUS autem BALDELLUS non Antiqvitates modo, ſed etiam libros de Bello Iudaico, libros duos contra Apionem, & tractatum de imperio rationis in Italicam lingvam convertit, qvæ Baldelli verſio in duos tomos diſtributa itidem Venetiis anno MDLXXXI. lucem publicam adſpexit. Italicæ.

Gallia Flavium Ioſephum in ſua lingva prodeuntem ſæpiſſime conſpexit. Prodiiſſe Ioſephum Gallice anno MCCCCXCII. Cornelius a Beughem in Typographiæ incunabulis tradit, interpretem non addit, & forte ipſe interpres nomen ſuum latere voluit. Inter eos, qvos Gallice Joſephum interpretatos fuiſſe novi, fuit NICOLAUS DE HERBERAY. DOMINUS DES ESSARS, qvi præter alia etiam Joſephi libros ſeptem de Bello Judaico Gallico ſermone expreſſit anno MDLVII. Pariſiis excuſos. Agit de eo Autor, qvi de Eruditis & præcipuis eorundem ſcriptis judicia pluribus tomis hactenus vulgavit, eumqve in Joſepho Gallicæ.

pho vertendo bonas horas melius, qvam in transferendis Amadisi libris collocasse censet (77.) Omnia Josephi opera Gallice interpretatus est FRANCISCUS BURGUNDUS, cujus versio Lugduni apud Johannem Temporalem & postea apud hæredes Jacobi Junti, nec non Parisiis anno M D LXXIII. apud Claudium Micræum prodiit. Hanc Franciſci Burgundi versionem postea correxit JOHANNES LE FRERE DE LA VAL, & hæc Burgundi versio a Frerio Lavallensi ad Græcum textum emendata Parisiis MDLXX. apud Nicolaum Chesneau una cum Latina versione, ita ut una alteri qvoad singulas periodos respondeat, lucem publicam adspexit. Additum est in eadem editione historiæ de bello & excidio Judaico compendium, qvod studio Davidis Kyberi ex Hebraico Josepho Latine concinnatum Franciscus Belleforestus in Gallicam lingvam transtulit (78.) Neqve hic omittendus Antonius Fayus, qvem a Bosio inter Gallicos Josephi interpretes referri video (79.) Nec mirum, qvod qvi Livium Gallici sermonis habitu donavit, Josephum qvoqve, qvem Græcum Livium Hieronymus appellat (80.) eodem honore dignatus fuerit. Verum plerasqve ex his Josephi versionibus etsi a popularibus suis factas Galli parum æstimarunt. Alias enim ob styli barbariem aspernati sunt, alias minus fideliter translatas arguerunt, nonnullas etiam de hæresi suspectas habuerunt, cum in illis phrases qvasdam & loqvendi formulas observare sibi viderentur, qvibus ferendis non essent aures Romanis placitis assvetæ, ut Johannes Gallœsius (81.) in ephemeridibus Eruditorum annotavit, qvi etiam addit GILBERTO GENEBRARDO Josephi versionem felicius cessisse. Cum enim ante ipsum intra qvinqvaginta annorum spatium qvinqve aut sex versiones Josephi Gallicæ prodiissent, postea vel centum anni elapsi sunt, anteqvam qvisqvam de nova versione Josephi cogitaret. Cum igitur tot Interpretibus in unius libri versione defatigatis omnes

jam

(77.) Jugemens de Scavans tom. 3. Sect. 930. (78.) Conf. la Bibliotheque d' Antoine du Verdier p. 368. (79.) exercit. ad Josephi periocham c. 1. p. 12. edit. secund. (80.) epistol. ad Eustoch. de custod. Virginit. c. 15. (81.) Anno 1667. d. 16. Januar.

jam in Genebrardi verſione acqvieſcerent, haud mirum cuiqvam videri poteſt, qvod illi excudendo præla toties deſudaverint. Prodiit enim Pariſiis apud Michaëlem Sonnium anno M D LXXVIII. apud Claudium Rogerium M D LXXXVIII. apud Lucam Bruneau M DC IV. ut alias editiones taceamus. Neq; tamen erroribus ſuis & næviis hæc Genebrardi verſio deſtituitur, qvos paſſim a doctis notari videas. Sane Caſaubonus [82] Geleni & Rufini errores leves eſſe cenſet præ iis, qvos Genebrardus commiſit, qvi tantum ſibi in Joſepho licere exiſtimavit, ut pro voce Cleopatra poſuerit: ceſte chiene, pro vocibus; τὴν ἀυτῆ: il donne a ceſte putain, ex qvo magnam illius Theologi πυρροχίαν arguit, qvam etiam Thuanus [83.] in ejus elogio notavit. Poſtremo ARNOLDUS D'ANDILLY qvatuor & viginti abhinc annis Judaicas Joſephi Antiqvitates Gallice edidit, qvibus poſt biennium etiam hiſtoriam Belli Iudaici, vitam Joſephi ab ipſomet conſcriptam, libros contra Apionem, tractatum de Maccabæis, & Philonis legationem ad Cajum Caligulam adjecit. Cum enim per integrum ſeculi ſpatium lingvæ Gallicæ cultus tantum increviſſet, ut Genebrardi verſio nemini amplius jucunda eſſe poſſet, ſi vel maxime Joſephi ſenſus accurate expreſſiſſet, operæ ſe pretium facturum exiſtimavit, ſi nobiliſſimum ſcriptorem, qvem barbaræ verſiones pæne exoſum reddiderant, novo ornatu genti ſuæ iterum conciliaret. In hac verſione Andillius, ſi Gallœſio in ephemeridibus eruditorum hoc opus commendanti credimus, Joſephum fideliter reddidit, idqve præſtare ut poſſet, varia manuſcripta conſuluit, nec fideliter modo, ſed comte etiam & nitide Joſephum expreſſit, dum Gallicæ lingvæ elegantias ad Græci ſermonis emphaſes tam feliciter applicavit, ut facundia cum Joſepho certare videatur. Imprimis autem iſtos eloqventiæ flores deprehendere licebit in hiſtoria de Bello Iudaico, & maxime in oratione Anani, qvæ libro 4. c. 13.

(82.) Exercit. 1. contra Baron. Sect. 9. n. 8. (83.) libr. 19. hiſt. p. 771.

4. c. 13. extat, nec non in deſcriptione horrendæ famis, qvæ libri 5. cap. 28. legitur. In verſione Antiqvitatum fatetur ſe a Græco textu nonnihil diſſentire circa deſcriptionem tabernaculi & menſæ, in qva ſacri panes repoſiti fuerunt, cum hæc & alia qvædam loca in Græco textu adeo corrupta fuerint, ut ea corrigendi neceſſitas ſibi impoſita fuerit. Hæc Andillii verſio etiam extra Galliam typis commiſſa fuit. Anno enim MDC LXXVI. Bruxellis qvinqve voluminibus diſtincta prodiit. Tria priora volumina complectuntur libros 20. Antiqvitatum, duo poſteriora exhibent Joſephi librum de vita ſua, libros 7. de Bello Judaico, libros duos contra Apionem, tractatum de Maccabæis, in qvo vertendo Andillius non Eraſmi paraphraſin, ut Genebrardus, ſed Græcum textum ſecutus eſt, & deniqve Philonis legationem ad Cajum. Uno volumine, qvod elegantiſſimis figuris æri inciſis exornatum eſt, Andilliana illa Joſephi verſio Amſtelodami anno MDCLXXXI. prodiit. Nondum viderat Andillianam Joſephi verſionem, ut unicum hoc addam, Boſius cum exercitationem ſuam ad periocham Flavii Joſephi prima vice ederet. In altera autem illius exercitationis editione concedit qvidem Andillii verſionem ſermonis elegantia cæteris præſtare, neqve negat Græciæ lepores haud raro in iſta verſione feliciter exprimi, vix tamen credendum cenſet, qvod Andillius manuſcripta Græca conſuluerit, aut qvod hæc verſio majeſtati textus originalis perfecte reſpondeat, etſi Sorbonenſes in approbatione operi præfixa ejus rei fidem facere voluerint. Qvin potius exiſtimat, Andillium Gelenianæ magis verſioni qvam Græco textui inhæſiſſe, ideoqve nonnulla, qvæ Gelenius obſcure interpretatus fuerat, plane omiſiſſe. Qvod judicium aliorum, qvi penitiorem Gallicæ lingvæ cognitionem habent, examini relinqvo. In Anglia THOMAS LODGE Joſephi hiſtoriam Judaicam in patriam ſuam lingvam transtulit, & Oxonii vulgavit, ubi etiam MDC LXXVI. Joſephi opera recognita & emendata juxta elegantiſſimam

Anglicæ.

verſio-

verſionem Andillii in Anglicam lingvam traducta cum locis ſcripturæ parallelis, tabula Geographica Palæſtinæ, aliisqve imaginibus æri inciſis ad illuſtrandam Ioſephi hiſtoriam facientibus prodierunt. In Belgicam lingvam Amſtelodami anno MDCLXXVIII. Flavii Joſephi opera omnia ex Græco Latinoqve recens convertit LAMBERTUS VAN DER Bos, cui editioni annexus eſt Hegeſippus, qvem ex Germanico tranſtulit Simon de Vries. Præfixa ſunt ſingulis libris & capitibus ſummaria, accedunt ducentæ & qvinqvaginta icones æneæ elegantiſſimæ, tabula chronologica indicesqve chronologici & biblici, nondum antea impreſſi. Fortaſſe etiam in aliarum gentium lingvas Joſephi opera tranſierunt. Si Baronio fides adhibenda, (84.) Joſephus etiam in Hebraicam lingvam converſus extat. Refert enim in bibliotheca Vaticana haberi manuſcriptum verſionis illius Hebraicæ codicem, in qvo Judæi Ioſephi de Chriſto teſtimonium abraſerint, cujus ſceleris veſtigia tam manifeſta eſſe ſcribit, ut nulla excuſatio aut defenſio locum habeat. Et qvamvis hanc narrationem Caſaubonus a veritate alienam eſſe ſuſpicetur, (85.) Huetius tamen [86.] adhuc Romæ in Vaticana bibliotheca membranas iſtas videri, & Baronium a mendacio abſolvere aſſerit. Et hanc ipſam Hebraicam Joſephi verſionem etiam illuſtri cuidam Perſonæ Romæ in Vaticana Bibliotheca oſtenſam Wagenſeilius in epiſtola quadam ad Arnoldum memorat. E Judæis R. Schabtai ben Joſeph in libro, qvem Siphte Jeſchenim ſeu labia dormientium inſcripſit, itidem affirmat, Flavii Joſephi antiqvitates cum bello Judaico e Græco in Hebraicum ſermonem converſas fuiſſe, ut ex Actis Eruditorum didici. (87.) Interim nulla verſio Joſephi Hebraica in lucem hactenus producta fuit, niſi qvis Ioſephi Gorionidæ hiſtoriam pro Hebraica Ioſephi verſione habere velit, cum plurimis in locis Ioſephum noſtrum κατὰ πόδα ſecutus fuerit. Edita eſt illa

Belgicæ.

Hebraice.

Joſeph Ben Gorion.

d Ioſe-

(84.) tom. 1. annal. A. C. 34. p. 110. edit. Rom. (85.) exercit. 16. in Baron. Sect. 154. (86.) demonſtrat. evangel. prop. 3. p. 27. (87.) A. C. 1690. p. 302.

Ioſephi, qvi ſe filium Gorionis appellat, hiſtoria Conſtantinopoli A. M. 5250. ſeu anno Chriſti M CCCCXC. iterumqve ibidem A. M. 5270. Chriſti M DX regnante Bajazetho. Qvæ autem anno M DXXIX. Wormatiæ Sebaſtiani Munſteri ſtudio prodiit, breviſſimum tantum eſt Conſtantinopolitanæ editionis compendium, a Iudæo qvodam concinnatum, & a Munſtero Latine redditum. Obſervat autem Morinus, qvi Wormatienſem editionem cum ſecunda Conſtantinopolitana contulit, (88.) Autorem illius compendii nonnulla ex aliis Autoribus addidiſſe, nempe traditionem Talmudicam de tredecim mutationibus, a LXX. Interpretibus in Bibliorum translationem illatis, qvarum nulla mentio extet in editione Conſtantinopolitana, a qua compendium hoc etiam in eo diſcrepat, qvod ſolam Legem a LXX. Interpretibus translatam aſſerat, cum in Conſtantinopolitana editione viginti qvatuor libri translati aſſerantur. Poſt Wormatienſem editionem Munſterus iterum aliam Baſileæ anno M DXLI. vulgavit, qvæ, ut Morinus indicat, a Conſtantinopolitana nihil differt, niſi qvod plus media parte mutilata eſt. Deſunt enim in Munſteriana editione priora duo capita cum tertii capitis non mediocri parte, & cum Conſtantinopolitana editio 97. capitibus conſtet, Munſteriana in capite 63. finitur, adeoqve totam hiſtoriam rebellionis Iudæorum adverſus Romanos, natumqve inde urbis & templi excidium omittit, ut cœteras mediorum capitum mutilationes taceam, in qvibus ut membra divulſa melius cohærerent, Munſterus nonnulla verba ſeu periodos textui aſſuit. Et poſtremam qvidem partem, qvæ de bello Iudaico agit, in Munſteri manuſcripto plane defuiſſe ſuſpicatur Morinus, cum nobilem iſtam Ioſippi partem omiſſurus non fuiſſet, niſi lacerum & extrema ſui parte mancum exemplar habuiſſet. Verum ſi Morinus Munſterianæ editionis titulum inſpexiſſet, legere ibi potuiſſet, Munſterum

(88.) Exercit. bibl. lib. 2. Exerc. 1. c. 3.

ſterum etiam hiſtoriam belli Judaici & excidii Hieroſolymitani Hebraice a Joſippo ſcriptam habuiſſe, quippe quam ſe alio tempore adjecturum lectoribus promittit. Wormatienſi editioni reſpondet ea, quam Baſileæ anno MDLIX. Sebaſtianus Lepuſculus procuravit. Nam & illa compendium tantum continet à Judæo qvodam ex variis Autoribus, ſed maxime e Joſepho Gorionide conflatum & a Munſtero latine redditum. Conſtantinopolitanæ autem editioni conformis eſt Veneta, quam cum mutilata Munſteri editione comparans Scaliger obſervat Munſterianam a folio Venetæ ſeptimo incipere, & in folio nonageſimo ſecundo deſinere, poſtremis ſexaginta tribus foliis plane omiſſis (89.) Integram Conſtantinopolitanam ſeqvuntur etiam Cracovienſis, & qvæ ſuperiore anno prodiit Francofurdienſis, quibus etiam Germanicam typis Hebraicis Tiguri anno MDXLVI. impreſſam, quæ poſtea Amſtelodami anno MDCLXI. cum commentario ejusdem lingvæ prodiit, addere licebit. Qvamvis autem Munſterus Joſephum Gorionis filium cum Flavio noſtro Joſepho eundem fuiſſe contendat, & ipſe quoque Gorionides Joſephi noſtri perſonam ſubinde mentiatur, & ſe bello Judaico interfuiſſe ſimulet, & ſe a Veſpaſiano captum, & poſtea libertate donatum & honorifice habitum referat, aliaqve, qvæ vero Ioſepho contigerunt, ſibi tribuat, Critici tamen nares aliter leones aliter catulos olere prjdem ſenſerunt. Noſter certe Ioſephus, quoties Parentis ſui meminit, ubiqve Matathiæ nusqvam Gorionis Filium ſe nominat, nec probabile eſt Munſteri inventum, qvod hic Ioſephus & Gorionis & Matathiæ Filius dici potuerit, cum Gorionem Patrem agnoverit, Matathiam autem inter majores habuerit. Qvin imo Ioſephus noſter in hiſtoria belli Iudaici (90) a Ioſepho Gorionis Filio aperte ſe diſtinguit. Hebraicus autem ille Ioſephus ſeu Ioſippus neque pro Flavio noſtro Ioſepho, cujus larvam in ſcripto ſuo ſæpius induit, neqve pro Ioſepho Gorionis Filio Ioſe-

(89.) elench. tribæreſ. c. 4. (90.) libr. 2. c. 42. in lat. 25.

phi noſtri coætaneo, a qvo & proprium & paternum nomen mutuatus eſt, haberi poteſt, cum ſe multis ſeculis utroqve juniorem abunde prodiderit, dum Hiſpanos ab Hannibale domitos, Gothorum, & Gallos a Cæſare ſubactos Francorum nomine deſignat, multaqve alia urbium, fluminum & gentium nomina uſurpat, qvæ ævum a Ioſephi ætate remotiſſimum indicant. Præterea etiam Joſephi gravitate plane indignæ ſunt meptiſſimæ & ridiculæ, qvas paſſim nectit, fabulæ, qvalis eſt illa de fundo Tiberis, qvem a Romanis, cum Hieroſolymam a Nabuchodonoſore obſeſſam cognoviſſent, ære ſtratum narrat, ut cæteras mittamus, qvas non ab alio ad Gorionidæ textum aſſutas fuiſſe, omnimoda elegantis ſtyli cum Gorionidæ textu æqvalitas evincit. Similes igitur habent labra lactucas, cum Judæi qvidam hunc Joſephum Gorionis Filium ejusqve Hebraicam hiſtoriam magnis elogiis commendant. Virum ſapientia & prudentia inſignem, juſtumqve & rectum hunc Gorionis Filium Joſephum vocat R. David Ganz, (91.) eumqve ut fidelem Hiſtoricum deprædicat, cum ea, qvæ narrat, ipſe viderit, qvod teſtimonium ab Hebraico Joſippo, qvi Gorionis Filius audire voluit, tam alienum eſt, ut Joſephus de Voiſin in notis ad pugionem fidei (92.) ipſum Flavium noſtrum Joſephum a Ganzio hac laude condecoratum exiſtimaverit, & hoc Ganzii teſtimonium Abarbanelis contra Ioſephum noſtrum calumniis oppoſuerit. Majora ſunt, qvæ de Ioſepho Gorionis Filio & Hebraico ejus opere plenis buccis celebrat R. Abraham Conat (93.) Medicus Conſtantinopolitanus. Dicit enim Virum hunc divinum in libris edendis poſt Regem Salomonem felicis memoriæ omnes antecelluiſſe. Qvin etiam R. Tam in animadverſione, qvam Conſtantinopolitanæ Joſippi editioni adjecit, affirmare non dubitat, omnia iſtius libri verba juſtitiam eſſe, & nullam perverſitatem in eo reperiri, & revera

(91.) in Zemach. David q. 95. (92.) part. 2. c. 3. p. 202. edit. Carpzoviana. (93.) Conf. Munſteri præfat. ad Joſipp. Bahl. 1541.

vera manum Dei ſuper hunc Virum fuiſſe, dum hunc librum componeret, & paululum abeſſe, qvin verba ipſius ſint verba Viri Dei & Prophetæ. (94.) Forte adhuc majoribus elogiis Gorionidem hunc ſuum Judæi exornarent, niſi in hiſtoria Titi a Talmudicis traditionibus diſſenſiſſet. Cum enim Judæi Titum impium vocare ſoleant, & fabulentur, poſt excidium Hieroſolymitanum bibentis nares muſcam introiviſſe, & ipſum cerebrum penetraſſe, ibiqve in pulli columbæ magnitudinem excreviſſe, & pondere duas libras exæqvaſſe, ſeptemqve annis cerebrum ejus corroſiſſe & perfodiſſe, eaqve tandem educta & avolante etiam animam Titi avolaſſe, tantum abeſt, ut tribulibus ſuis Gorionides aſſentiatur, ut potius Titi ſapientiam & juſtitiam commendet, eumqve a culpa vaſtatæ & perditæ Hieroſolymæ abſolvat, cum totum illud malum Hieroſolymæ ob prædones, qvi tum in populo Iſraëlitico fuerunt & propter eorum iniqvitatem contigerit, Titus autem qvicqvid in vaſtatione urbis fecit, preſſus & coactus fecerit.

Recte autem Serarius (95.) Gorionidem cum Flavio noſtro Joſepho comparans notavit, qvod Gorionides obſcurus, incognitus, illaudatusqve e tenebricoſis Judæorum antris non ita pridem proſerpſerit, cum contra Flavii noſtri Joſephi memoria tam illuſtris per plurima ſecula fuerit, ut neminem vel mediocri literarum cognitione tinctum ea fugere potuerit. Qvamvis enim ejus ſcripta apud Judæos in nullo pretio fuerint, qvos ignaviæ in excolendo lingvarum ſtudio & colligendo doctrinæ apparatu ipſe Joſephus (96.) arguit, Gentiles tamen pariter & Chriſtiani Joſephum, licet Judæum, ejusqve opera magni æſtimarunt. Certe Joſephi teſtimoniis paſſim utuntur, & hoc ipſo ſe in Joſephi lectione probe verſatos indicant celeberrimi Scriptores, Juſtinus Martyr, Clemens Alexandrinus, Origenes, Porphyrius, Euſebius, Hieronymus, Theodoretus, Stephanus Byzantius, & alii, qvos omnes nominare nimis

Fragmenta Joſephi

(94.) Conf. Morinus l. c. (95.) triheref. libr. 2. c. 9. (96.) libr. 20. Antiqvit. cap. ult.

nimis longum foret. Fatendum tamen in his esse qvædam, qvæ in hodiernis Josephi editionibus non comparent. Eusebius enim de Jacobo Justo agens (97.) refert Josephum causam excidii Hierosolymitani & calamitatum, qvæ Judæis acciderunt, Jacobi hujus supplicio his verbis imputasse: Ταῦτα δ' συμβέβηκεν Ἰουδαίοις, κατ' ἐκδίκησιν δ' Ἰακώβου τοῦ δικαίου, ὃς ἦν ἀδελφὸς Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ, ἐπειδήπερ δικαιότατον αὐτὸν ὄντα οἱ Ἰουδαῖοι ἀπέκτειναν, qvæ verba Rufinus ita interpretatur: qvæ omnia acciderunt Judæis pro vindicta Jacobi Justi, qvi erat frater Jesu, qvi dicitur Justus, qvem justissimum & piissimum omnium confessione Virum Judæi interfecerunt. Et hæc Josephum tradidisse asserunt etiam Origenes (98.) Hieronymus (99.) & alii, cum tamen id apud Iosephum hodie non legatur. Etsi enim Iosephus referat, (100.) qvod Ananus Pontifex Secta Sadducæus, homo audax & ingenio ferox post mortem Festi Præsidis, & cum Albinus Festi Successor adhuc in itinere ageret, oportuno hoc, qvod ipsi videbatur, tempore concilium convocaverit, & Iacobum Fratrem Iesu, qvi Christus dicebatur, tanqvam impietatis reum una cum qvibusdam aliis lapidandum tradiderit, idqve factum omnibus bonis, qvotqvot in civitate agerent, vehementer displicuerit, nusqvam tamen expresse dicit, qvod Deus Iacobi hujus supplicium Hierosolymitanæ urbis eversione vindicaverit, ideoqve hunc locum Spencerus (1.) librariorum incuria periisse suspicatur. Fieri tamen etiam potuit, ut eum, qvi primus hac in causa Iosephum testem appellavit, memoria falleret, cujus oscitantia postea & alios oscitantes fecit. Non legitur etiam hodie in Iosepho, qvod Iohannes Baptista vere Propheta fuerit, qvanqvam Hieronymus (2.) id a Iosepho traditum affirmet. Id tantum Iosephus asserit, (3.) apud Iudæos constantem opinionem fuisse, qvod justa Numinis

(97) lib. 2. histor. eccles. c. 23. (98.) libr. 1. contr. Cels. p. 35. & libr. 2. p. 69. item in comment. ad Matth. c. 13. p. 223. edit. Huet. (99.) in Catal. Scriptor. c. 2. & 13. (100.) libr. 20. Antiqv. c. 8. p. 698. (1.) not. ad Orig. contr. Cels. p. 31. (2.) Catalog. c. 13. (3.) Antiqv. libr. 18. c. 7. p. 626.

nis ultione propter Iohannem Baptiſtam Herodis exercitus deletus fuerit. Cum enim, ut Ioſephus addit, vir optimus Iudæos ad pietatis & juſtitiæ ſtudium incitaret, ſimulqve ad baptiſmi lavacrum invitaret, qvod ita demum Deo fore gratum ajebat, ſi animis per juſtitiam prius mundatis & puritatem corporis adderent, veritus Herodes, ne tanta hominis autoritas defectionem aliqvam pararet, ſiquidem plebe doctrinæ hujus avida magni concurſus ad Iohannem fiebant, & populus ejus conſiliis nihil non facturus videbatur, apprehendi illum vinctumque Macheruntem mitti, atque illic occidi imperabat. Porro apud Suidam [4.] longa fabula de Ieſu in locum Sacerdotis cujusdam Iudaici defuncti ſurrogato recenſetur, in qva refertur, Ioſephum in ſuis de Hieroſolymitano excidio commentariis dicere, ὅτι Ἰησοῦς ἐν τῷ ἱερῷ μετὰ τῶν ἱερέων ἠγιάζε, ſeu qvod Ieſus in templo cum Sacerdotibus ſacra fecerit. Et hæc verba a Iudæis ex Ioſepho expuncta putat Huetius, [5.] ego vero hæc verba Ioſepho potius afficta exiſtimaverim, qvod eadem facilitate me probaturum confido, qvam qvod hic locus a Iudæis eraſus fuerit. Aliud fragmentum Ioſephi ab Euſtathio Antiocheno ſervatum cenſet Iſaacus Voſſius [6.] qvod ita ſe habet: ἀπέθανε δ' [ſermo eſt de Harane Abrahami fratre] ἐν τῷ ἐμπυρισμῷ, ᾧ ἐνεπύρισεν Ἀβραὰμ τὰ εἴδωλα τοῦ πατρὸς αὐτοῦ ἐν τῷ εἰσελθεῖν ἐξελέσθαι αὐτά [7.] Leo Allatius, qvi Euſtathii Antiocheni commentarium in Hexaemeron, ex qvo hæc verba deprompta ſunt, publici juris fecit, Latine ita reddidit: decesſit [Haran] in incendio, qvo Abraham idola Patris ſui conflagravit, [rectius incendit, vel conflagrare fecit] dum illis ut ſubveniret domum eſt ingreſſus. Eqvidem Euſtathius in iſto loco Ioſephi mentionem non facit. Non dubitat tamen Voſſius, qvin hæc verba Euſtathius ex Ioſepho deprompſerit, cum Georgius Syncellus eandem hiſtoriam

(4.) Tom. I. voce Ἰησοῦς p. 1231. (5.) demonſtrat. evangel. p. 27. (6.) de 70. Interpret. c. 12. (7.) Euſtath. in comment. ad Hexaemeron. p. 57.

referens Ioſephum teſtem appellaverit. Et prius qvidem verum eſt. Syncellus enim in chronographia ſua [8.] itidem refert, Haranum, cum Abraham° idolis ignem injeciſſet, ea flammis eripere conatum, incendio extinctum. Verum an Ioſephum ejus rei teſtem citaverit, haud immerito dubitari poteſt. Id enim tantum Syncellus ex Ioſepho ſe mutuari ſcribit, qvod Abrahamus omni ſtudio anniſus fuerit, ut Patrem ſuum a fingendis & colendis idolis averteret. Nihilominus tamen Voſſii ſententia ex eo probabilis videtur, qvod verba qvæ apud Euſtathium de ſepulchro Harani ejusqve liberis proxime præcedunt, eadem ferme ſint, qvæ apud Joſephum in Antiqvitatibus leguntur, (9.) ex qvo colligere licet, Euſtathium ea qvoqve, qvæ de Harani combuſtione narrat, e Joſepho hauſiſſe, qvamvis nec Euſtathius Joſephum nominet, neqve verba illa apud Joſephum hodie legantur. Idem Voſſius (10.) aliud Joſephi fragmentum, qvod in ejus operibus hodie deſideratur, ex Græcorum Patrum catenis adducit, nempe tale: ἄτοπον εἶναι λογισάμενον μεθύοντα λαὸν καὶ σφαγομένην νομοθεσίαν Θεοῦ δέξασθαι. Et forte plura hujusmodi inveniet, cui Græcorum Patrum catenas pervolvere vacabit.

Joſephi de Chriſto teſtimonium.

Mirabitur vero forte qvispiam, qvis Joſepho inter Græcos Patres locus, & ipſe Joſephus mirari poſſit, qvod Se qvoqve Principibus permiſtum agnoſcat Achivis. Sunt enim variæ Græcorum Patrum catenæ, in qvibus Joſephi nomen Græcis Patribus intermiſtum legitur, qvales ſunt catenæ in Geneſin & Lucam, qvas Lambecius in ſuis de Vindobonenſi Bibliotheca commentariis recenſet, (11.) ut alias ſive manuſcriptas ſive editas omittam. Sed qvid mirum, in catenis Patrum legi, qvem in Catalogo ſuo inter eccleſiaſticos ſcriptores retulit Hieronymus, & cujus aliqvam partem Sebaſtianus Caſtalion ipſis Bibliis adjunxit? Enimvero argumentum, qvod Joſephus in ſuis antiqvitatibus tractavit, hanc gratiam apud Chriſtianos facile conciliare ipſi potuit. Acceſſit honorificum de Chriſto teſtimonium,

(8.) pag. 75. & iterum p. 98. (9.) libr. 1. c. 7. (10.) de 70. Interpret. p. 46. (11.) tom. 3. cod. 4. & 42.

monium, qvod in ejus Antiqvitatibus legitur (12.) qvam qvam adhuc ſub judice lis eſt, ſitne illud Ioſephi de Chriſto teſtimonium genuinum, an Ioſepho pia fraude ſuppoſitum, vel ſaltem interpolatum. Ruperti, Snellii, Reineſii, Majoris, Menaſſis, Gronovii, Blondelli, Wheloci, Lanſii, Urſini, Wagenſelii, Bœcleri, Bangii, Fabri, & ſuas ipſius de hoc argumento epiſtolas collegit, & ſimul varia Veterum & Recentiorum de hoc teſtimonio judicia ex eorum ſcriptis exœrpſit & Noribergæ anno MDCLXI. ſub titulo teſtimonii Flaviani vulgavit Chriſtophorus Arnoldus. Præterea peculiaribus diſſertationibus hoc argumentum ventilarunt Boſius, Spanhemius, & Franciſcus de Roye. De eodem ſatis prolixe agunt Huetius (13.) Lambecius (14.) Natalis Alexander, (15.) Iſaacus Voſſius (16.) & alii. Et fatendum qvidem eſt hoc Ioſephi teſtimonium non ſolum in editis & ſcriptis Ioſephi codicibus conſtanter legi, verum etiam ab Euſebio tam in hiſtoria eccleſiaſtica qvam in demonſtratione evangelica Ioſepho tribui. [17.] Poſt Euſebium ejusdem teſtimonii fidem confirmant e Græcis Iſidorus Peluſiota [18.] Sozomenus [19.] Sophronius, qvi Hieronymi catalogum Græco ſtylo reddidit, [20.] Cedrenus, [21.] Suidas, [22.] Zonaras, [23.] Glycas, [24.] Nicephorus, [25.] e Latinis Hegeſippus, [26.] Hieronymus, [27.] ut Rufinum Euſebii interpretem, & plures ſeqventium ſeculorum ſcriptores, qvorum ſuffragia ad rerum ſummam parum conferunt, ſilentio prætermittam. At, ſi vere iſta Ioſephus ſcripſit, mirari ſatis neqveo, qvod antiqvi eccleſiæ Doctores, qvi ex inſtituto Iudæos impugnarunt, telo hoc contra Iudæos uſi non fuerint. Non incognita erant Ioſephi ſcripta Iuſtino Martyri, qvippe qvi in paræneſi ad Græcos Ioſephi Antiqvitates egregie commendat. [28.] Qvid ergo

(12.) libr. 18. antiqvit. c. 4. p. 628. (13.) demonſtrat. Evangel. p. 27. (14.) tom. VIII. bibliothec. Vindobon. p. 5. & ſeqv. (15.) hiſtor. eccl. Vet. Teſtam. tom. 6. diſſert. 10. (16.) de 70. interpr. p. 161. (17.) H. E. lib. 1. c. 11. demonſtrat. lib. 3. c. 5. (18.) libr. 4. epiſt. 225. (19.) libr. 1. c. 1. (20.) tom. 1. Hieronym. edit. Baſil. fol. 123. & 124. (21.) Compend. hiſtor. tom. 2. p. 196. (22.) lexic. tom. 1. p. 1265. (23.) libr. 3. annal. c. 4. tom. 1. edit. ultim. p. 267. (24.) annal. part. 3. p. 234. (25.) libr. 1. c. 39. (26.) libr. 2. de excid. Hieroſol. c. 12. (27.) Catalog. c. 13. (28.) p. 10.

go oportunius fuisset, qvam Tryphoni Judæo Josephum opponere, si Justini ævo illud de Christo testimonium in Josephi Antiqvitatibus lectum fuisset? Tertullianus qvoqve, qvi Josephum Antiqvitatum Judaicarum vernaculum vindicem appellat, (29.) etsi peculiari opere contra Judæos disputet, Josephi tamen de Christo testimonium omittit, qvod sane fieri vix potuisset, si Tertulliani ætate cognitum fuisset. Chrysostomus in orationibus adversus Judæos (30.) Josephum μάρτυρα μάλιστα ἀξιόπιστον appellat, & quid de Daniele scripserit, allegat. Qvi fieri potuit, ut non etiam, qvæ de Christo Josephus scripsit, allegaret? Mitto jam alios, qui contra Judæos scripserunt, & ad Photium Patriarcham Constantinopolitanum venio. Is duabus vicibus in sua bibliotheca de Josephi antiqvitatibus agit, semel codice septuagesimo sexto, & iterum codice ducentesimo trigesimo octavo. Sed neutrobi ἀξιομνημόνευτον illud de Christo testimonium excerpit. Equidem Aubertus Miræus in notis ad Hieronymi catalogum Scriptorum ecclesiasticorum (31.) periocham illam de Christo, qvæ apud Josephum extat, a Photio memorari scribit. Verum memoria hic eum fefellit. Seductus tamen, ut puto, a Miræo Lambecius in epistola ad Principem Augustum inter eos, qui Josephi de Christo testimonium progenuino agnoverunt, etiam Photium numerat. (32.) De qvo errore forte monitus, tantum abest, ut eum retractaverit, ut potius in commentariis ad bibliothecam Vindobonensem (33.) probare conetur, Photium saltem obscuram hujus testimonii mentionem fecisse. Sic enim procedit: Photius in recensione operis alicujus, qvod περὶ παντὸς seu de universo inscriptum fuit, monet, (34.) opus illud a nonnullis Josepho attributum, sed rectius Cajo seu Gajo Romanæ ecclesiæ Presbytero tribuendum esse, cum in eo opere Salvator noster Christus appelletur, & inenarrabilis ejus e Patre generatio accurate describatur. Cum autem postea in recensendis Josephi antiquitatibus, Jesum a Josepho Christum appel-

(29.) in apologet. c. 19. (30.) orat. 3. adv. Judæos p. 114. edit. Hæschel. (31.) cap. 13. p. 7. (32.) pag. 4. (33.) tom. 8. pag. 14. (34.) codix. 48.

appellari animadverteret, ne ſibi contradicere cogeretur, totam Ioſephi periocham excerpere noluit, ſed tantum paſſionis Chriſti mentionem fecit his verbis: κατὰ τοῦτον καὶ τὸ ΣΩΤΗΡΙΟΝ ἐγεγόνει ΠΑΘΟΣ, ſub hoc [nempe Herode, Tetrarcha Galilææ & Perææ] etiam Salvatoris contigit paſſio. Qvibus verbis ad Ioſephi periocham de Chriſto alludiſtatuit, cum Ioſephus paſſionis Dominicæ nullibi niſi in decantatiſſimo illo teſtimonio meminerit. Verum Lambecius magno conatu magnas nugas agit. Verba enim illa de Domini paſſione Photii ſunt, non Ioſephi, ſiqvidem Photius ea, qvæ ex Ioſepho excerpit, ſuis diſcurſibus illuſtrat, & occaſione Herodis Tetrarchæ obiter addit, qvod Chriſtus ſub iſto Herode paſſus fuerit, quorſum etiam ſpectant, qvæ occaſione Herodis Magni de *Chriſti* Nativitate, & infanticidio Bethlehemitico, & occaſione Agrippæ de Iacobi majoris ſupplicio & Petri captivitate diſſerit, qvæ ſane Photius ex Ioſepho non excerpſit. Certum igitur eſt, altum eſſe de Periocha Ioſephi, quæ Chriſti vitam breviter exponit, in Photii bibliotheca ſilentium, ſive in Photiano exemplari plane defuerit, ſive eam pro adulterina habuerit. Sane librum περὶ πωτὸς etiam hanc ob cauſam Ioſepho abjudicat, qvod Ieſus in eo Chriſtus appelletur. Atqvi in teſtimonio, qvo Joſephus Chriſtum prædicaſſe perhibetur, expreſſe legitur: ὁ χειστὸς ἄτ@ ἦν. Accedit quod Photius in codice 33. ubi de Juſto Tiberienſi agit, hoc commune Judæorum vitium eſſe ſcribit, qvod de Chriſti adventu & miraculis ſileant: Si igitur Photius in Joſepho tam illuſtre Chriſti elogium, qvale hodie legitur, inveniſſet, & pro genuino habuiſſet, dubio procul illud tanqvam aliquid ſingulare, & a communi Judæorum more prorſus alienum obſervaſſet. Ne qvis autem Euſebium ut antiqviorem Photio præferendum exiſtimet, ſuppetiari Photio poteſt Origenes Euſebio antiquior. Is enim clare teſtatur, qvod Joſephus Jeſum pro Chriſto non habuerit. (35.) Si Jeſum pro Chriſto non habuit Joſephus, qvomodo in Antiqvitatibus dicere de Jeſu potuit: χειστὸς ἄ-

τος

(35.) libr. 1. contr. Celſ. & in Matth. p. 223.

τος ἦν. Excipit Vossius, (36.) Origenis verba ita explicari posse, qvod Josephus qvidem crediderit, Jesum fuisse Christum seu Messiam, sed hominem tamen, aut excellentioris naturæ, qvam sit humana, non divinæ. Et hanc sententiam Apostolorum ævo apud Ebionitas & Nazaræos viguisse, qvin etiam Christo etiamnum in terris versante apud multos obtinuisse tradit. Verum Origenes expresse negat, qvod Josephus Jesum pro Messia agnoverit, & ex ipso Josepho constat, qvod Prophetarum de Messia oracula in Vespasiano impleta professus fuerit. Porro si qvis objiciat, Josephum de Præcursore Christi Johanne Baptista, & de discipulo Christi Jacobo nonnulla protulisse, ideoqve boni Historici partes implere non potuisse, si de Christo ipso plane siluerit: libenter concedam, Josephum de Christo non plane siluisse, qvin & hoc concedam, qvod Iosephus de Iesu verba faciens a laudibus ejus non abstinuerit. Neqve enim ex inveterato Iudæorum, qvi hodie vivunt, erga Christum odio de illorum moribus judicandum est, qvibus miracula per Apostolos in Christi nomine qvotidie facta sacrum qvendam horrorem incusserunt. Et qvamvis probari non possit, Iosephum in aula Vespasiani ex conversatione cum T. Flavio Clemente, qvi postea sub Domitiano ob fidem Christianam interfectus est, & cum Flavia Domitilla ob eandem causam in exilium missa, bonam de Cristo opinionem imbibisse, qvæ Ruperti (37.) conjectura fuit, aut qvod Banus Iosephi Præceptor Essenorum sectæ addictus Iohannis Baptistæ sectator fuerit, adeoque de Christo inique sentire non potuerit, ut Vossius arbitratur, qui & ipsum Iohannem Baptistam Essenum fuisse ex cibi & vestitus simplicitate, baptismo, & reliquarum sectarum Iudaicarum odio colligit: (38.) ex iis tamen, quæ de Iohanne Baptista & Iacobo Iosephus retulit, satis, ut opinor, probari potest, falsam esse illorum sententiam, qui Iosephum de Christo contumeliose in suis Antiqvitatibus locutum, & istarum blasphemiarum vice a Christiano qvo-

(36.) de 70. Interpret. p. 164. (37.) epistol. ad Snell. (38.) de 70. Interpret. c. 17. p. 168.

qvopiam insigne hoc Christi elogium substitutum statuunt. Certum qvidem est Pharisæos, quorum placitis se addictum Josephus in vita sua profitetur, plerosqve magno Christi odio flagrasse, at fuerunt etiam inter Pharisæos ab immani illo adversus Christum odio alieni, neqve sic Pharisæis addictus fuit Josephus, ut non subinde eorum mores & facta perstrinxerit. Qvocirca nihil obstat, qvo minus Josephum honorifico aliqvo præconio Christi nomen condecorasse dicamus. Tale tamen illud fuisse minime dubito, qvale decebat hominem Judæum, & qvi τὸ χριστιανικὸν κήρυγμα Theodoreto (39.) teste non amplecteretur. At qvæ hodie apud Josephum de Christo leguntur, ita comparata sunt, ut Christiano magis homini qvam Judæo conveniant, unde & Sozomenus (40.) ex illis concludebat, *Josephum* isto scribentem propemodum clamare, Christum Deum esse. Videns hanc difficultatem Lambecius (41.) in defendenda hac Josephi periocha longe alia via incedit, qvam cæteri qvi hoc Josephi testimonium ut genuinum tuentur. Omnia enim Josephi verba in sinistram partem interpretatur, qvasi non ad Christi elogium, sed potius ad ejusdem vituperium & contemtum spectarent, etsi a Josepho, ut neqve Judæos neqve Christianos neqve Gentiles offenderet, ambiguis phrasibus concepta fuerint. Imprimis autem ea via Josephum solerter usum dicit, ut nihil suis verbis de Christo scribat, sed tantum propriam Christianorum traditionem ex trium Evangelistarum scriptis (Johannes enim Evangelium suum nondum ediderat) & Actis Apostolicis hausiam referat, sed ita tamen, ut phrases, qvas adhibet, ad irrisionem Christianæ fidei torqveri possint. Cum ergo Josephus Jesum Virum sapientem dicit, respicere putat Lambecius Josephum ad loca Math. XIII. 54. & Marc. VI, 2. & tamen ambiguo sensu Christum σοφὸν ἄνδρα appellare, cum vox sapientiæ nonnunqvam etiam in malam partem usurpetur. Deinde cum Io-

e sephus

(39.) Commentar. in Danielem Tom. II. Opp. p. 697. (40.) libr. 1. c. 1. (41.) tom. 8. Bibl. Vindob. p. 22.

ſephus titulum Viri ſapientis ita reſtringit, aut corrigit, ἔδει ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή, ſi modo Virum eum appellare oportet, Lambecius non eam Joſephi mentem fuiſſe putat, qvaſi Chriſtus Deus potius qvam Vir vel Homo dicendus fuerit, qva ratione Apollo Pythius apud Herodotum per oraculi vocem Lycurgum compellavit: (42.)

Δίζω ἦ σε Θεὸν μαντεύομαι, ἠὲ καὶ ἄνδρα
Ἀλλ' ἔτι καὶ μᾶλλον Θεὸν ἔλπομαι ὦ Λυκόεργε:

qvem ſenſum a Joſephi mente alienum fuiſſe putat, cum Chriſtum ne Prophetam qvidem nedum Deum aut Dei Filium eſſe exiſtimaverit. Qvamobrem ſenſum Joſephi hunc potius fuiſſe exiſtimat: fuit hoc eodem tempore Jeſus ſapiens Vir, ſi modo Virum eum appellare oportet, & non potius phantaſma ſive ſpectrum, ſiqvidem ab ipſis diſcipulis ſuis propter φύσεως naturalem humanæ potentiæ modum excedentes pro tali fuit habitus. Cujus interpretationis rationem confirmat ex Matth. XIV, 26. Marc. VI, 49. Luc. XXIV, 37. Seqventia apud Joſephum verba: ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, erat enim mirabilium operum patrator, alludere putat ad verba populi apud Lucam c. V. v. 26. dicentis: εἴδομεν παράδοξα σήμερον. Veretur autem Lambecius, ne hic etiam angvis in herba lateat, & Joſephus forte per ἔργα παράδοξα ἔργα ἄπιστα ſeu incredibilia intellexerit. Porro cum Joſephus Chriſtum fuiſſe dicit διδάσκαλον ἀνθρώπων τῶν σὺν ἡδονῇ τ' ἀληθῆ δεχομένων ſeu Doctorem hominum cum voluptate vera ſuſcipientium, his verbis Chriſtum a Joſepho perſtringi cenſet ut Magiſtrum piſcatorum, publicanorum, mulierculariorum aliorumqve rudium hominum qvævis paradoxa dogmata ſimplici credulitate ſuſcipientium, & cum voluptate tanqvam vera amplectentium. Pro qva interpretatione illuſtranda Ciceronem adducit (43.) qvi aſſerit, fictas qvoqve fabulas, e qvibus utilitas nulla dari poteſt, cum voluptate legi. Seqvitur apud Joſephum:

(42.) libr. 1. c. 66. (43.) libr. 5. de finib.

phum: Καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους πολλοὺς δὲ καὶ τῶν Ἑλληνικῶν ἐπηγάγετο, qvæ verba Lambecius sic interpretatur: & multos qvidem Judæos multos autem & gentiles sequaces nactus est, nempe Judæos, ut ἀδιαφθόρως adjungit, per prædicationem Evangelii, Gentiles autem, qvorum nomine hic etiam Samaritani comprehenduntur, partim sola curiositate propter famam miraculorum, partim & necessitate propter indigentiam auxilii ultro se offerentes. Qvod autem Josephus addit: ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν CHRISTUS HIC ERAT, a Lambecio sic explicatur, qvasi sensus Josephi fuerit, hunc Jesum ad aliorum, qvi nomen Jesu tanqvam apud Judæos admodum vulgare eodem tempore obtinebant, differentiam Christum vulgo cognominatum fuisse, qvoniam a discipulis & sectatoribus suis promissus Judæis Messias falso credebatur. Proxima Josephi verba ita se habent: καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες, eumqve accusatum a primariis Viris nostris, cum cruci addixisset Pilatus, non tamen cesserunt, qvi ab initio eum audiverunt. Hic Lambecius Josephum respicere putat partim ad qverelam duorum discipulorum Christi, qvi in itinere versus Emmauntem Christum a summis Sacerdotibus & Principibus populi ad supplicium crucis damnatum tristes referebant, partim ad Apostolos & reliqvos discipulos in monte oliveti Christum a mortuis excitatum interrogantes, an hoc tempore regnum Israëlis reparaturus, & solium Davidis recuperaturus esset? Cum autem Josephus ait: οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν ἀγαπήσαντες, idem exprimi putat, qvod in Actis Apostolorum legitur c. V, 40. πᾶσαν ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ καὶ κατ' οἶκον οὐκ ἐπαύοντο διδάσκοντες καὶ εὐαγγελιζόμενοι Ἰησοῦν τὸν Χριστόν. Etsi autem verba Josephi bene se habeant, pessimos tamen sensus in illis latere suspicatur. Putat enim Josephum salutiferæ Christi crucifixioni insultare

voluisse, qvasi ea Personæ ac titulo Messiæ, qvi collapsum Israëlis regnum restituere debuisset, minime convenerit, simul & discipulos Christi deridere voluisse, qvod, licet Christum a Pilato crucifixum viderint, nihilominus tamen post mortem tam ignominiosam eum ut Messiam venerari non cessaverint. Observat etiam Josephum aperte hic Judæum se profiteri, cum eos, qvi Christum apud Pilatum accusarunt τοὺς πρώτους παρ' ἡμῖν appellat, & simul callide anniti, ut præcipuam crucifixionis invidiam a Judæis amoveat in Pilatum & Romanos transferat. Pergit Josephus: ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μύρια περὶ αὐτοῦ θαυμάσια εἰρηκότων, apparuit enim iis tertia die iterum vivus, prout divini Prophetæ & hæc & alia multa de ipso miranda prædixerant. Hæc verba Lambecius deprompta a Josepho esse putat ex Marc. XVI, 9. Luc. XXIV, 25. 26. 27. & aliis dictis Evangelicis & Apostolicis, in qvibus Christi resurrectio, & resurgentis apparitiones referuntur, ejusqve gesta Prophetticorum oraculorum collatione confirmantur. Minime tamen Josephi verba ita accipienda esse notat, qvasi ipse vel Christi resurrectionem veram esse vel oracula Prophetarum ad eundem pertinuisse crediderit, cum potius hæc tantum ex Christianorum sententia retulerit, iisqve traditionis suæ probandæ onus reliqverit, lectoribus autem suis in utramqve partem judicandi libertatem concesserit. Idqve ex eo confirmat, qvod Josephus non simpliciter dicat: ἐφάνη πάλιν ζῶν sed ἐφάνη αὐτοῖς, qvasi dixerit: illi vivum apparuisse dicunt, fides sit penes Autores. Tandem Josephus & hoc addit: εἰς τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον & nunc etiam Christianorum ab hoc denominatorum non defecit genus. His verbis Lambecius Josephum non modo se Christianorum numero eximere ait, sed etiam mirari, qvod eo tempore, qvo hæc scripsit,

ſcripſit, ullus adhuc Chriſtianorum ſuperfuerit, cum præſertim perſecutio, qvam ſub Nerone Chriſtiani paſſi ſunt, tam gravis fuerit, ut totum Chriſtianorum genus ea extingvi poſſe videretur. Hæc paulo prolixius ex Lambecio excerpere haud gravatus ſum, cum iſti de bibliotheca Vindobonenſi commentarii in paucorum manibus verſentur, & ab aliis, qvi de hac Joſephi periocha ſcripſerunt, hactenus nondum, qvod ſciam, ad examen revocata fuerint. Videntur autem mihi Lambecii interpretationes nimis longe petitæ, & tam coactæ, ut longe ſatius videatur, locum hunc Joſephi ut ſpurium plane rejicere, vel ſaltem interpolatum agnoſcere, qvam hoc modo ut genuinum defendere. Qvis enim temere præſumat, Joſephum, cum Jeſum ſapientem Virum appellat, hoc titulo in ſiniſtram partem uti? Chriſtum ſemel iterumqve a diſcipulis pro ſpectro habitum fuiſſe verum eſt, ſed qvod Joſepho hæc in mentem venerint, cum ſcriberet, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή, perſuadere mihi non poſſum. Et qvalis foret hæc conſeqventia, Chriſtus non tam homo qvam φάντασμα potius ſeu ſpectrum fuit. Multa enim miracula patravit? Rectius hæc Joſephi verba Huetius interpretatur, cum illa κατὰ χρῆμα & oratorio more a Joſepho dicta aſſerit, ut prodigiorum a Jeſu patratorum & beneficiorum in homines collatorum magnitudinem extolleret, ac ſi dixiſſet: tanta Chriſtus geſſit, ut Deo qvam hominibus propior videretur. Cujus explicationis illuſtrandæ gratia Matthiæ Corvini Pannoniæ Regis epitaphium adducit:

Corvini brevis hæc urna eſt, qvem magna fatentur
Facta fuiſſe Deum, fata fuiſſe hominem.

Notamus vero & hoc, in manuſcriptis exemplaribus antiqvæ verſionis, qvæ Rufino tribuitur, verba hæc: εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή plane non reddi, unde non injuria aliqvis ſuſpicari poſſit, verba illa ab aliena manu acceſſiſſe. Sane in codice ante 8. ſecula exarato, qvi penes Voſſium fuit, verba hæc latine expreſſa non erant, ut ipſe atteſtatur. Porro longe aliud eſt libenter vera ſuſcipere, qvod Chriſti diſcipulis

Josephus tribuit, aliud fabulas & qvævis absurda cum voluptate amplecti, qvæ Lambecii explicatio est. Cum autem Josephus ait: ὁ χριστὸς ἔτος ἦν, certum est, qvod Christi nomine Jesum Nazarenum non solum a Jesu Damnei Filio, vel a Jesu Gamalielis Filio & aliis qvi isto tempore hoc nomine gaudebant distinguere voluerit, sed Christi etiam nomine Messiam intelligat. Et cum Josephus quippe Judæus Jesum pro Messia agnoscere non potuerit, non possunt ejus verba aliter interpretari, qvi hoc de Christo testimonium revera a Josepho scriptum contendunt, qvam qvod hæc verba ellipsi vocis λεγόμενος laborent. At Josephus tali ellipsi uti non solebat. Nam Jacobum vocat fratrem Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ (44.) qvemadmodum & Pilatus ad Iudæos dicebat: τίνα θέλετε ἀπολύσω ὑμῖν; Βαραββᾶν, ἢ Ἰησοῦν τὸν λεγόμενον Χριστόν; (45.) Malim igitur cum Montacutio (46.) statuere, verba ista ὁ Χριστὸς ἔτος ἦν glossema qvoddam esse & marginalem Christiani cujuspiam lectoris annotationem, Josephi textui postea a librariis insertam. Unde & a Cedreno hoc Josephi testimonium allegante omissa videas. Aut si Christi mentionem Josephus fecit, fortasse his verbis usus est: ὁ Χριστὸς ἔτος εἶναι ἐπιστεύετο. Sic enim Hieronymus videtur legisse, qvi Josephi verba ita exprimit: credebatur esse Christus. Præterea qvoqve non probabile videtur, qvod Josephus crucifixioni Christi insultare, aut Apostolorum fidem in crucifixum irridere voluerit. Qvomodo enim crucifixioni Christi insultare potuit, qvi statim addit eum a mortuis tertia die resurrexisse, qvemadmodum hæc & plura alia Prophetæ prædixerant. Qvæ verba ita sane a Josepho concepta sunt, ut non ex aliena, sed ex sua sententia loqvi videatur. Qvamobrem hæc etiam verba vel Josepho afficta, vel interpolata arbitramur. Postremo & hoc addit Lambecius, qvod Josephus historiam de Paulina qvam Decius Mundus Anubidis personam simulans in templo Isidis stupravit, testimonio suo de Christo non ali-

am

(44.) lib. 20. c. 8. (45.) Matth. XXVII, 17. (46.) in var. lect. ad Euseb. demonstrat. evangel. pag. 2.

am ob causam subjungat, qvam ut Christianorum fidem de Christi conceptione & nativitate tacite suggillaret. Et tamen hoc testimonium Iosephi de Christo summo jure in Iosephi operibus pro pretiosissima & vix æstimabili gemma haberi cupit, cum per illud Sacrorum Bibliorum Novi Testamenti veritas etiam hostili attestatione confirmetur. Si igitur Lambecius hoc Iosephi testimonium tanti æstimat, qvi tamen ex maligno animo & cum maximo Christianæ religionis ludibrio hæc a Iosepho dicta statuit, qvanti hoc testimonium æstimabunt, qvi insigne elogium his Iosephi verbis contineri, & Iosephum vel in confinio Christianæ lucis positum, vel ad confessionem veritatis singulari Dei virtute compulsum asserunt? Sane Abrahamus Wheelocus in epistola ad Arnoldum [47.] totum potius Iosephum e medio & penitus emundo tollendum existimat, qvam ut illam nobilissimam de Christo periocham a Christiana ecclesia tolli patiamur.

Scriptorum Josephi utilitas & autovilas.

Verum cum illam Iosephi periocham adulterinam vel saltem interpolatam esse non levia prodant indicia, & neqve Christiani, qvorum fides certioribus fundamentis innititur, magnopere illo egeant, neqve Iudæi ejus autoritate moveantur, leve damnum erit, si gemma illa adulterina careamus. At Iosepho non æqve carere possumus. Nam non solum libros Veteris Testamenti, historicos egregie illustrat, sed etiam historiam ecclesiasticam Veteris testamenti, qvæ in Sacro Codice integra non extat, continuat, qvo nomine qvantum Josepho debeamus res ipsa clamat, cum e solo pæne Josepho historiam ecclesiasticam Veteris Testamenti qvoad ultimas ejus periodos haurire liceat. Et vel hoc unum pro Josephi commendatione sufficit, etsi longe plura, qvæ nobilissimo huic Scriptori insigne precium conciliant, afferre possem, nisi soli lumen inferre intempestivum foret. Pessime qvidem Historicum optime de posteritate meritum excepit Jacobus Salianus in annalibus ecclesiasticis Veteris

(47.) Conferatur testim. Flavian. p. 221.

Teſtamenti, cum per omnes iſtorum annalium tomos Ioſephi reprehenſio utramqve paginam faciat. Præiverat Saliano Baronius in annalibus eccleſiaſticis novi Teſtamenti, qvippe qvi nullam Joſephi carpendi occaſionem prætermittit. Neqve benignior erga Joſephum eſt Leonis Allatii affectus. Cum enim Scaliger in prolegomenis librorum de emendatione temporum Joſephum diligentiſſimum & φιλαλήθεστατον Scriptorem nominaſſet, & poſtea ſubjunxiſſet: audacter dicimus, non ſolum in rebus Judaicis, ſed etiam in externis tutius illi credi, qvam omnib9 Græcis & Latinis, veriſſime qvidem id a Scaligero dictum cenſet Allatius, (48.) ſed eo tantum reſpectu, qvatenus id audacter ſe dicere pronunciat, cum extremæ audaciæ ſit, hominem denſiſſimis errorum tenebris involutum omnibus Græcis & Latinis Scriptoribus anteferre. Nolo alios recenſere, qvi Joſephum tanqvam Scriptorem futilem & nullius precii traducunt. At nec defuerunt, qvi Sanctorum Patrum veſtigiis inſiſtentes Joſephum fide dignum judicarunt, & maximum veritatis ſtudium in ejus operibus commendarunt. E qvibus Caſaubonus (49.) arbitratur, omnes Joſephi hallucinationes & ἀβλεψίας, ſi in unam ſummam contrahantur, vix centeſimam partem culparum ab Euſebio in chronicis aliisqve ſcriptis commiſſarum æqvaturas eſſe. Et, ut alios Joſephi vindices nunc omittam, nuperrime etiam Antonius Pagi Ord. Min. Convent. S. Franciſci paſſim (50.) Joſephum ab erroribus, qvorum a Baronio poſtulatus fuerat, abſolvit. Inter alia dicit, Joſephum cujus magna fides & eruditio in iis, qvæ narrat, eluceſcit, juſto inclementius a Baronio tractari, ejusqve diligentiam in notatione temporum ſpectatiſſimam in iis qvæ ſine ipſo Euſebius ignoraſſet, ex Euſebio corrigi non poſſe. Fatemur tamen, Joſephum ut hominem, & Judæum inſuper, multis erroribus obnoxium fuiſſe. Unum atqve alterum tantum notabimus. Libro 12. anti-

Joſephi errores & nævi.

(48.) not. ad Euſtath. p. 11. (49.) exercit. 12. ad Baron. p. 170. (50.) Conf. ejus Criticam ad annal. Baron. in apparat. n. 134. & 135. it. ad A. C. 14. n. 3.

antiqvitatum c. 13. Polybium reprehendit, qvod Antiochum Epiphanem ob ſacrilegii conatum periiſſe dicat, cum ſacrilegium voluiſſe non videatur res digna ſupplicio, niſi voluntas iſta perficiatur. Qvam ſententiam ne qvidem in foli foro ſimpliciter tolerari poſſe Rainoldus (51.) animadvertit. Qvamvis enim ob peccata cogitationis neminem pœnam pati Ulpianus pronuntiet, conatus tamen alicujus ſceleris etiam humano judicio vindicatur. Qvanto minus ergo conatus ſacrilegii coram divino tribunali impunis erit? de hac in parte etiam gentiles qvosdam plus vidiſſe qvam Joſephum, & alios Judæos Chriſto coævos, Ludovicus Ferrandus (52.) obſervavit. Nimirum Joſephus, ut Cunæi judicium repetamus (53.) Autor omni laude dignus, & cui poſt *ſacrorum* voluminum Scriptores prima eſſe debet fides, etſi gravitate ſuper cunctos Judæos eminet, tamen haud ubiqve a deliramentis abhorret popularium ſuorum. Adducit Cunæus ejus rei ſpecimen ex hiſtoria Caini, in qvo Joſephus agriculturæ ſtudium, tanqvam ex lucri odore profectum & cum magna terræ injuria conjunctum damnat, unde etiam ejus muneribus per ſacrificium oblatis Deum delectari non potuiſſe ſcribit, cum non ſponte nata ſed *labore* hominis avari veluti pervim producta fuerint. In qva ſententia Joſephum rationem fugiſſe etiam Bœclerus notavit, (54.) qvi præterea Joſephum in hiſtoria creationis & lapſus ſæpius impegiſſe & Moſis verba ob πάλυμα ἰουδαϊκὸν oculis incumbens minus intellecta ad ſeqviores interpretationes deflexiſſe demonſtravit. Porro ad errores Joſephi referenda ſunt, qvæ de arte Dæmones virtute radicis annulo incluſæ per nares extrahendi, & ab obſeſſis profligandi tanqvam ſingulari ſapientiſſimi Regis Salomonis inventô libr. 8. Antiqvit. c. 2. retulit. Radicem autem illam dum alibi deſcribit, (55.) aliam etiam errorem addit, cum ait, Dæmonia eſſe hominum impiorum ſpiritus, qvos vivis immergi, & eos, qvibus ſubventum non fuerit, necare tradit. Qvam opinionem ex Magorum diſciplina hauſtam eſſe

(51.) de apocryph. tom. 2. p. 618. (52.) in Pſalm libr. p. 334. (53.) libr. 5. de Rep. Hebr. p. 573. 574. (54.) exercit. in Fl. Joſeph. (55.) lib. 7. de bell. Judaic. c. 23. vel 25. p. 981.

esse Tertullianus (56.) indicat. Qvamobrem hic Iosepho non magis credendum est, qvam illi Dæmoni puerum sedecim annorum vexanti, qvi Philostrato referente (57.) interrogatus qvis esset, respondebat se esse εἴδωλον ἀνδρὸς, ὃς πολέμῳ ποτὲ ἀπέθανεν, seu idolum viri jamdudum in bello interfecti, qvi uxorem suam vehementer amaverit, sed qvia uxor conjugii jure violato triduo post ejus mortem alteri nupserit, summum erga mulieres odium conceperit, & amorem suum ad hunc puerum transtulerit. Non probandum qvoqve in Iosepho, qvod, cum historiam transitus Israelitarum per mare Erythræum describit, miraculum divinæ potentiæ haud parum extenuet, dum ait, [58.] se hæc recensuisse, ut in sacris codicibus invenerit, & cuilibet liberam sentiendi facultatem permittere, num Dei Voluntate via per mare Israëlitis patuerit, an naturæ sponte, qvemadmodum & Alexandri M. ductu Macedonibus mare Pamphylium cesserit, & aliam viam non habentibus iter illac aperuerit, cum Deus ejus opera ad destruendum Persarum imperium uti vellet. At qvid cum Mose commune habuit Alexander, qvem Strabo libro 14. Pamphyliæ littus observato æstu, & militibus umbilico tenus immissis obliqve legisse & superasse tradit? Qvemadmodum igitur Plutarchus (59.) Gentiles Historicos perstringit, qvod Alexandri iter per mare Pamphyliæ referentes miraculum excitent, qvasi divina aliqva sorte Alexandro mare cessisset, cum tamen ipse Alexander in epistolis suis nullum ejusmodi portentum jactaverit: ita & Iosephum reprehendere licebit, qvod admirandum Israelitarum per mare transitum cum Alexandri per mare Pamphyliæ itinere comparans, tanto plus vero miraculo detraxerit, qvanto magis fictum amplificavit. Observarunt, qvi in Iosephi lectione diligenter versati sunt, qvod etiam de aliis divinis miraculis subdubitanter & frigidius loqvatur, qvam Sacræ Scripturæ autoritas postulet. Historiam enim Ionæ a ceto devorati & post triduum redditi his verbis concludit,

διεξῆλ-

(56.) c. 57. de anima. (57.) libr. 3. de vit. Apollon. c. 12. (58.) l. 2. antiqvit. c. 7. (59.) in Alexand. p. 673.

διεξῆλθον ὅ τὴν περὶ αὐτῶ διήγησιν, ὡς εἶχεν ἀναγεγραμμένην, hæc de eo ſic retulimus ut invenimus in commentariis. (60.) Qvali epiphonemate etiam decimum Antiqvitatum librum concludit, dum ait, ſe hæc, ut invenerit, in literas retuliſſe, & cuilibet integrum relinqvere, ut diverſam, ſi velit, opinionem ſeqvatur. Enimvero nonnunqvam veritatis amorem in Joſepho nimium Gentilibus placendi ſtudium corrupit. Qvorſum & illud referendum, qvod libro 2. contra Apionem ſcribit, [61.] ſupremum Legislatorem aperte Iudæis interdixiſſe, ne Deos ab aliis cultos riderent aut blaſphemarent. Ubi autem Deus hanc legem ſanxit, ne qvisqvam illis malediceret, qvos aliarum gentium opinio Deos confinxit? Reſpexit forte ad legem, qvæ Deos *execrari* vetat. [62.] Verum iſtud edictum non ad Gentilium idola, ſed ad Magiſtratus Dei in terra Vicarios pertinet, ut jam olim Cyrillus Alexandrinus contra Iulianum Apoſtatam oſtendit. [63.] Si vero Ioſephus ad legem de Diis Gentilium ore non memorandis aut nominandis, qvæ Exod. cap. 23. v. 13. legitur, reſpexit, ne ſic qvidem probare poterit, convicia in Deos Gentilium Divina lege prohibita fuiſſe, ut fuſe Seldenus (64.) demonſtravit. Neqve hic diſſimulanda eſt pudenda illa Joſephi adulatio, qva oracula de regno Meſſiæ ad Veſpaſianum applicuit. Cum enim in ſacris literis prædictum fuiſſet, iſtis circiter temporibus qvendam ex Judæorum finibus profectum orbem terrarum imperio potiturum, id in Veſpaſiano implendum dicere Joſephus non dubitavit. (65.) Et toto qvidem oriente vetus illa & conſtans fama percrebuerat, eſſe in fatis, ut eo tempore Judæa profecti rerum potirentur, qvam de Imperatore Romano & imprimis de Veſpaſiano & Tito qvod interpretati fuerint Svetonius, (66.) & Tacitus, (67.) minus mirandum eſt, cum & ipſe Joſephus ſacro illo oraculo Veſpaſianum, qvi apud Judæam Imperator creatus eſt, deſignatum ſcripſerit, (68.) a reliqvis Judæis hic diſſentiens, qvi

(60.) lib. 9. Antiqvit. c. 11. (61.) p. 1077. (62.) Exod. XXII, 28. (63.) libr. 7. contr. Julian. (64.) de jur. nat. & gent. libr. 2. c. 13. (65.) Euſeb. libr. 3. c. 8. Zonar. libr. XI. annal. c. 16. (66.) in Veſpaſ. c. 4. (67.) libr. 5. hiſtor. (68.) libr. 7. de bell. Judaic. c. 12. vel 31. p. 964.

qvi oraculum illud ad ſe ſpectare rati ſe tanto fortius Romanis oppoſuerunt. Non ſatis ergo erat Ioſepho, cum in caſtro Jotapata captus eſſet, imperium Romanum Veſpaſiano prædicere, niſi ipſum etiam terræ marisque & totius humani generis Dominum futurum prædixiſſet. (69.) Rectius autem vulgatum illud toto oriente oraculum de Ieſu noſtro explicari debuiſſe Hegeſippus (70.) & alii notarunt. Sed nolo jam recenſendis Ioſephi erroribus diutius immorari, qvos multos eſſe non diffiteor. Fatendum tamen & illud, multos Ioſepho errores tribui, qvi potius librariis vel interpretibus tribui debuiſſent. Sane numeros in Ioſephi operibus ſcriptorum vitio ſæpe vitiatos deprehendit Conſtantinus L' Empereur [71.] Et nonnunquam Ioſephus ex ipſo Ioſepho corrigi poteſt. Nonnulla enim in libris contra Apionem rectius ſcripta ſunt, qvam in libris Originum ſcripta fuerant, ut Scaliger in notis ad ſelecta fragementa veterum Græcorum uno alteroque exemplo probatum dedit. (72.) Nec defuerunt, qui Ioſephum agraviorum qvorundam errorum culpa liberarent. Qvid freqventius qvam Ioſepho objicere, qvod a Matthæo diſſentiat, dicente, Tetrarcham Herodem Fratris ſui Philippi Conjugem Herodiadem rapuiſſe? Ioſephus enim Herodiadem non Philippi ſed alterius Herodis uxorem fuiſſe dicit. Atqve hinc, ut Sanctis Evangeliſtis veritas ſua conſtet, qvamplurimi Ioſephum ignorantiæ & oblivionis arguunt, & in hac de raptu Herodiadis hiſtoria vel Gorionidem ab Herodum ætate longe remotiſſimum Flavio noſtro Ioſepho in cognoſcenda veritate perſpicaciorem fuiſſe contendunt. Qvamvis autem Ioſephus in hac cauſa etiam a Caſaubono, qvem in aliis graviſſimum ſui vindicem expertus eſt, deſertus fuerit, fuerunt tamen qvi inſanabili huic qvod videbatur, vulneri medicam manum adhiberent. Cum enim Ioſephum in Herodum hiſtoria accuratiſſime verſatum conſtet, non permittendum cenſuerunt, ut in hac Herodiadis hiſtoria mendacii argueretur. Et parum qvidem

(69.) libr. 3. de B. J. c. 27. p. 854. (70.) libr. 5. de excid. Hieroſolym. c. 45. (71.) in notis ad Middoth. c. 4. ſect. 3. p. 145. (72.) p. 9. & 18.

qvidem abfuit, qvin nonnulli ex Joſepho Evangeliſtas corrigere auderent. Legitur enim in Scaligerianis, qvæ Jacobus & Petrus Fratres Puteani ex Scaligeri ore excerpſerunt, veteres Chriſtianos multa in Novo Teſtamento addidiſſe, & forte hic etiam aliqvid mutaſſe. (73.) Verum deſperato iſto remedio non opus eſt, cum non deſit commoda ratio Joſephum cum Evangeliſtis conciliandi, qvæ apud Grotium, (74.) Noldium (75.) & alios videri poterit. Qvantum ad hiſtoriam infanticidii Bethlehemitici attinet a Joſepho omiſſam, Scaliger in prædictis excerptis Chriſtianos potius alicujus additionis ad hiſtoriam Evangelicam, qvam Joſephum alicujus omiſſionis arguere videtur. Voſſius autem in chronologia ſacra, qvam ad mentem veterum Hebræorum & præcipue Joſephi expoſuit, non ſe mirari *dicit*, *qvod* Joſephus infanticidii illius hiſtoriam prætermiſerit, cum poſt tot crudelitatis exempla Hieroſolymis & per totam Palæſtinam edita, poſt ſublatos diverſis ſupplicüis tot filios, uxores, proximos, & amicos non magna res fuiſſe videatur, qvod Herodes unius vici & adhærentis territorii infantes ſuſtulerit, qvorum ſtragem non adeo magnam fuiſſe putat, cum non omnes, ſed mares tantum, & qvi intra bimatum eſſent, cæſi fuerint. Qvod autem Macrobius libr. 2. Saturnal. c. 4. retulit, Imperatorem Auguſtum cum inter pueros, qvos in Syria Herodes Rex Judæorum intra bimatum juſſit interfici, filium qvoq; ejus occiſum audiviſſet, dixiſſe: melius eſt Herodis porcum eſſe qvam filium, id Voſſius merum figmentum eſſe cenſet, cum Herodis filii, qvi a Patre interempti ſunt, omnes adoleſcentiam jam exuerint, ideoqve illud Auguſti ſcomma ad infanticidium Bethlehemiticum non pertineat. Sed eſto, ad fabulas referri debere, qvod inter infantes ab Herode occiſos aliqvis ex Herodis filiis fuerit, omnino tamen mirandum videtur, Macrobium Gentilem de infantibus intra bimatum ab Herode occiſis aliqvid memoraſſe, & Joſephum Judæum, qvi illorum temporum hiſtoriam magna diligentia perſecutus eſt, ſtragem illam Bethlehemiticam ſilentio in-

(73.) p. 177. (74.) annot. ad Matth. (75.) in hiſtor. Idum. p. 204. & ſeq.

volvere, qvæ non unicum tantum vicum, sed etiam totum circumjacens territorium pervasit.

Nova editio Josephi.

Qvamvis autem nonnulla in Josepho sint, qvæ omnem excusationem aut defensionem respuant, cœtera tamen ita comparata sunt, ut avidissimos lectores merito suo semper inverierit. Qvamobrem cum Græco-Latina Josephi exemplaria, qvibus Bibliopolarum officinæ jampridem caruerunt, a plurimis eruditis desiderari animadverteret Vir integerrimus & sumtibus in novas Sanctorum qvorundam Patrum aliorumqve bonorum Autorum editiones hactenus erogatis spectatissimus MAURITIUS GEORGIUS WEIDMANNUS, cœteris in bonos libros meritis & hoc addidit, ut Josephi opera Græco-Latine impensis suis denuo imprimi & novam insuper appendicem adjici curaret. In ista appendice primum exhibetur ARISTEÆ liber de 70. Interpretibus. Cum enim Josephus in suis antiqvitatibus illam Aristeæ narrationem velut in compendio referat, & ipse Aristeas in paucorum manibus versetur, visum fuit operæ pretium, Josephi operibus Aristeam adjungere. Fuit autem Aristeas e Ministris Ptolemæi Philadelphi Regis Ægyptii, quem Hieronymus (76.) Ptolemæi ὑπερασπιστὴν appellat; quam vocem non fideliter interpretatur Hugo Cardinalis, cum ait hoc vocabulo fidelem interpretem notari ab hyper i.e. valde & pistis i.e. fides. Nec minus lepida est altera interpretatio, qva hyperaspistes est Notarius, ab hyper i.e. super & pistan assistens. Utramqve deridet Erasmus, (77.) cum ὑπερασπιστὴς satellitem seu protectorem significet, qvia satellites ἀσπιδῶν seu clypei objectu Regum corpora tegebant. Neqve tamen e vulgari satellitio Aristeas fuit. Andreas enim, qvi una cum Aristea Ptolemæi Regis nomine ad Judæos ablegatus fuit, in literis Regis ad Eleazarum Pontificem Judæorum Ἀρχισωματοφύλακα titulo ornatur. Si igitur etiam Aristeas Regis corporis custodiam habuit, qvod Josephus asserit, [78.] ipse qvoqve inter præcipuos Regii corporis custodes numerandus erit. Sane Ptolemæus &

Appendix Aristeas.

(76.) præfat. in Pentateuchum seu epistol. 104. (77.) Tom. IV. Oper. Hieron. p. 6. (78.) libr. 2. contr. Apion. p. 1064.

us & Andream & Aristeam in magno apud se honore constitutos asserit. Hujus autem Aristeæ & historiæ, qvam composuit de LXX. Interpretibus, præter Josephum & Hieronymum etiam Tertullianus, [79.] Eusebius, [80.] Epiphanius, [81.] Syncellus [82.] & alii meminerunt. Prodiit ille Aristeæ liber a Matthia Palmerio latine redditus Basileæ anno 1536. apud Iohannem Bebelium una cum Olympiodori in Ecclesiasten commentario, & Gregorii Neocæsarienſis in eundem Ecclesiasten metaphrasi. Et hæc Palmerii versio etiam micropresbytico seu syntagmati veterum qvorundam Theologorum, qvod Basileæ anno 1550. Henricus Petri in lucem publicam emisit, nec non Bibliothecæ Patrum (83.) inserta legitur. Sichardus autem cum Palmerii *versionem* minus accuratam deprehenderet, de *nova* adornanda cogitabat, qvod consilium postea mutavit, cum hunc laborem a Matthia Garbitio præoccupatum intelligeret, cujus versionem Basileæ anno 1561. una cum græco Aristeæ textu Oporinus excudit. Postea etiam Iacobus Middendorpius Aristeam ex græcis manuscriptis & latinis codicibus restituit, & commentario suo illustravit, qvæ editio Coloniæ anno 1578. in lucem prodiit. Atqve ut de Germanicis, Italicis & Gallicis versionibus taceam, etiam in Hebraicum sermonem hanc Aristeæ historiam transtulit R. Azarias de Rubeis, qvi hunc Aristeæ tractatum Hadrath Zekenim seu decorem senum inscripsit, & libro Meor Enajim inclusit. (84.) Num vero ista narratio de 70. Interpretibus vere a Ministro qvodam Ptolemæi Philadelphi, qvi Aristeæ nomen gessit, scripta, an ab impostore qvodam sub Aristeæ nomine conficta fuerit, de eo non inter omnes æqve convenit. Alii enim cum Isaaco Vossio (85.) priorem, alii cum Josepho Scaligero (86.) posteriorem sententiam defendunt. Peculiari tractatu paucis abhinc annis hoc argumentum discussit Humfredus Hody, qvi qvidem librum Aristeæ, qvalis

(79.) Apolog. c. 18. (80.) libr. 3. de præparat. evangel. c. 1. & seqv. (81.) de ponder. & mensur. c. 9. & seqv. (82.) chronogr. p. 273. (83.) edit. Paris. tom. 7. Colon. tom. 1. & Lugdun. tom. 2. (84.) Bartolocc. Bibliothec. Rabbin. tom. 1. p. 437. seqv. (85.) de 70. Interpret. c. 4. (86.) ad Chronic. Euseb. p. 133.

hodie ſupereſt, non diverſum eſſe ab eo, ex qvo Joſephus & Euſebius hiſtoriam de 70. Interpretibus retulerunt, ipſam autem hiſtoriam jam ante Joſephi ætatem ſub Ariſteæ nomine a Judæo qvodam confictam eſſe pluribus argumentis demonſtrare contendit. Noſtrum jam non eſt tantas componere lites. Qvæ in appendice Ioſephi noſtri ſeqvuntur notæ ad epitomen Ariſteæ vel Ariſtæi a Joſepho excerptam debentur Juveni non vulgaris induſtriæ & eruditionis JOHANNI ALBERTO FABRICIO, a qvo etiam novam Apocryphorum editionem propediem expectamus. Notas illas, cum & breves ſint, & eruditæ, perlegere nec moleſtum, nec inutile fuerit. Varias lectiones librorum de bello Judaico & libelli de Maccabæis ex manuſcripto bibliothecæ noſtræ Academicæ Paulinæ collegit Excellentiſſimi Bibliothecarii heu nuper defuncti, ſed tamen in Academia noſtra & Orbe toto literato eruditionis fama immortaliter victuri Filius non degener JOACHIMUS FRIDERICUS FELLERUS, qvas Joſephi lectoribus non ingratas fore arbitramur cum illarum collatio locis nonnullis obſcurioribus lucem afferre poſſit. Imprimis autem in libro de imperio rationis manuſcriptus ille codex integris periodis auctior ab editis multum differre deprehenditur, qvod jam ſupra monuimus & ipſa collatio oſtendit. Ejusdem libelli de Maccabæis verſionem novam a Combefiſio elaboratam propterea addere voluimus, qvia Eraſmi paraphraſis ſupra exhibita a Græco textu nimium diſcrepat. Nusqvam enim in græco textu leguntur nomina fratrum Maccabæorum, qvæ Eraſmus in ſua paraphraſi expreſſit neſcio unde hauſta. Neqve in græco textu Ioſephus hæc de Maccabæis ex ſacris Literis ſe accepiſſe dicit, qvod in latinæ paraphraſeos epilogo legitur, ut plura alia taceamus. Unde & in Eraſmum invehitur Combefiſius, qvod nova ſua pro Ioſephi antiqvis venditaverit, & ſub paraphraſeos ſpecie multa infarſerit a Joſephi verbis aliena, diuqve ſibi in votis fuiſſe dicit, ut eruditus qvispiam & græcæ

Notæ ad epitomen Ariſteæ.

Variæ Lectiones ex MSC. Lipſ.

Liber de Maccabæis cum verſione & notis Combefiſii.

græce doctus egregiam hanc Josephi lucubrationem Latine redderet, cum Erasmus in sua paraphrasi sui potius ingenii speculationes, qvam Josephi verba expresserit. Dum autem Combefisius ita se gerit, qvasi nemo hunc tractatum ante se ita interpretatus fuerit, ut latina græcis respondeant, ignorasse videtur, qvod in nonnullis Josephi editionibus nempe in editione Basileensi anni 1567. Coloniensi anni 1593. & qvibusdam aliis non Erasmi paraphrasis, sed alia nescio cujus interpretis versio legatur, qvæ ad græcum textum propius accedit. Initium illius versionis jam supra, ubi de Latinis Josephi editionibus actum est, indicavimus. Præterea in editione apocryphorum Basileensi, qvæ ex Officina Brylingeriana anno 1582. prodiit, adhuc alia versio legitur, quæ sic incipit: Studiosissimum sapientiæ sermonẽ declaraturus. Non est igitur qvod Combefisius, & Andillius Gallicus Josephi interpres qverantur, libelli de Maccabæis nullam aliam interpretationem hactenus extitisse, qvam illam Erasmi paraphrasin. Deprompsimus autem novam, qvam in hac Josephi appendice damus, Combefisii versionem cum ejusdem notis & animadversionibus ad hunc tractatum ex novissimo, qvod vocat, bibliothecæ Patrum Græco-Latinorum auctario, qvod anno 1672. Parisiis vulgatum est. In postremam appendicis partem rejecimus fragmentum ex Josephi paræneſi ad Græcos, qvæ inscribitur de causa universi contra Platonem. Tractatum illum περὶ παντὸς integrum habuit & legit Photius, ut in bibliotheca sua testatur, (87.) ubi refert hunc librum in qvibusdam exemplaribus sic inscriptum: περὶ τῆς τ̃ παντὸς αἰτίας, in aliis περὶ τῆς θ̃ παντὸς οὐσίας. Duos vero libellos fuisse docet, qvibus Autor Platonem secum pugnare docuerit, Alcinoum qvoqve de anima, materia & resurrectione ut absurda & falsa differentem reprehenderit, & Judæorum nationem qvam Græcorum antiqviorem fuisse tradiderit. Dicit autem hunc tractatum ab aliis Josepho, ab aliis Justino Martyri, ab aliis Irenæo adscriptum fu-

Fragmentum ex libro περὶ παντὸς.

(87.) cod. 48.

isse. Ipse autem in eam sententiam inclinat, qvod hic liber a Cajo Presbytero Romano script⁹ fuerit, cum & in τῶν γραφῶν marginalibus Codicis sui Caji nomen adscriptum invenerit, & Cajus in Labyrintho suo se libri de universi natura autorem professus fuerit. Josepho qvo minus hunc tractatum tribuere velit, duas imprimis rationes obstare sibi profitetur, unam qvidem, qvod Autor de homine & anima ita disserat, ut ejus discursus Hebræorum de natura hominis doctrinæ minus convenire videantur; altera vero, qvod de Christo ὡς ἔγνω, hoc est juxta Schottum aptissime, seu ut Tanaqvillus Faber (88.) maluit, ad nostrum ferme modum seu proxime ad Christianorum fidem disseruerit, κλῆσίν τε αὐτὴν ἀναφθεγξόμενος, καὶ τὸν ἐκ πατρὸς ἄφραστον γέννησιν ἀμέμπτως ἀναγράφων, & ipsam Christi appellationem explicans, & inenarrabilem ejus ex Patre generationem describens, qvod a Josepho Judæo alienum esse res ipsa demonstrat. Non defuerunt tamen, qui adhuc Josepho tractatum illum vindicarent. In his Iohannes Zonaras, (89.) cum Iosephi de Christo testimonium adduxisset, subjungit, eundem Iosephum ἐν τῷ πρὸς ἕλληνας λόγῳ, ὃς κατὰ Πλάτωνος ἐπιγέγραπται περὶ τῆς τοῦ παντὸς αἰτίας, seu in oratione ad Græcos, qvæ contra Platonem inscribitur de universi causa Christum ut mundi Iudicem inducere, ejusq; tractatus, ex qvo verba qvædam adducit, etiam Damascenum in suis parallelis meminisse. Et Arnold⁹ Peraxylus Arleni⁹, qvi Iosephi opera Græce primus edidit, non sufficientes rationes a Photio adductas existimat, ob qvas Josepho hoc opus abjudicari debeat, cum Josephus etiam in libris Originum ita de Christo ejusqve operibus & miraculis disserat, ut eundem virum vel hominem vix appellare audeat, & tacito suffragio ejus divinitatem veneretur. Qva de re qvid sentiendum sit, superius ostensum fuit. Promittebat autem idem Arlenius, (90.) se propediem istum tractatum cum Studiosis communicaturum. Sed promissa non servavit. David autem Hœschelius cum Photii bibliothecam Græce ederet & notis illustraret, fragmentum hujus tractatus ex Italia a Maximo Margunio ad se missum notis inseruit, cui etsi Josephi titulum præfixerit,

(88.) part. 1. epistol. pag. 141. (89.) libr. 6. annal. c. 4. (90.) præfat. ad oper. Joseph.

rit, non injuria tamen dubitari posse statuit, an Josephum Autorem habeat, cum a Christiano potius homine scriptum videatur (91.) Post Hœschelium, Stephanus le Moyne in variis suis sacris (92.) fragmentum illud iterum vulgavit, non amplius Josephi, sed Hippolyti nomine signatum. Cum enim anno 1551. non procul ab æde Laurentiana extra muros marmorea Hippolyti statua effoderetur, qvæ postea in Vaticanam bibliothecam translata fuit, præter Hippolyti canonem Paschalem in hac statua repertus fuit librorum ab Hippolyto scriptorum catalogus, in qvo & hoc opus observare licet:

ΠΡΟΣ ΕΛΛΗΝΑΣ
ΚΑΙ ΠΡΟΣ ΠΛΑΤΩΝΑ
Η ΚΑΙ ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΠΑΝΤΟΣ,

Qvamobrem non amplius dubitandum censet Monachius, qvin hoc opus, cujus insigne fragmentum supersit, Hippolyto tribui debeat: Cur autem hoc opus olim a nonnullis Josepho tributum fuerit, duas affert causas. Prima est, qvod Josephus (93.) promiserit, se peculiari opere περὶ ἰδίας Θεοῦ acturum; Altera, qvod qvæ in hoc fragmento de statu & loco animarum separatarum referuntur, cum iis conveniant, qvæ Josephus περὶ τοῦ Ἅιδου tradidit. Possit & tertia addi ex styli æqvalitate, qvam Photius observavit. Addimus & qvartam ex Dodwello (94.) qvi hunc περὶ παντὸς tractatum a Cajo (hunc enim Autorem esse putat, non Hippolytum) ex multis Autoribus & qvidem propriis Autorum verbis collectum fuisse putat, qvemadmodum & Macrobius ipsa Gellii aliorumqve Autorum verba suppressis nominibus describat. Videtur autem ipsi verisimile, Cajum etiam nonnulla ex Josepho in librum istum transcripsisse. Certe Photius indicat autorem illius libri inter alia Judæos Græcis antiquiores demonstrasse. Ea autem quæ de Judaicæ gentis antiqvitate disseruit, commode ex Josephi libris contra Apionem transcribere potuit. Forte etiam ex Josepho hausit, qvæ de mundi opificio breviter disseruit. Nam de hoc etiam argumento Autorem hujus operis tractasse ex Photio discimus. Cum autem ex variis Autoribus hoc opus collectum fuerit, qvorum nomina forte vel ipse Autor, vel librarius qvispiam nonnunqvam in margine notavit, hinc illud opus modo Josepho, modo Justino, modo Irenæo, modo aliis adscriptum fuit. Qvamvis autem Josephus ad calcem suarum antiqvitatum promiserit, se in qvadripartito volumine de sectis Judæorum etiam de Deo ejusqve substantia acturum, opus tamen illud a Josepho non absolutum fuisse Dodwellus suspicatur. Cum enim Epaphroditus anno post editam Josephi ἀρχαιολογίαν proximo, nempe anno Domitiani penultimo, Christi 95. perierit, & Josephus infensissimos e gente sua hostes habuerit, conjicit istos Patroni casum in ipsius qvoqve Josephi perniciem convertisse, adeoqve Josephum Epaphrodito haud diu superstitem fuisse. Cæterum cum fragmentum libri περὶ παντὸς sub Josephi nomine editum olim fuerit, ei in hac appendice operum Josephi locum aliqvem concedere voluimus. Qvod superest, benevolum Lectorem rogamus, ut qvalemcunqve hanc Josephi editionem boni consulat, donec vel novi Bertrami, Scaligeri, Cunæi, Petiti, Bigotii, Bosii, Monachii excitentur, vel Clarissimus Bernardus cum Josepho suo in gratiam redeat.

Scripsi Lipsiæ A. C. 1691. ante nundinas vernales.

(91.) not. ad Phot. bibl. p. 923. (92.) pag. 53. tom. 1. (93.) libr. 20. antiqu. c. ult. (94.) diss. 6. ad Irenæum.

ILLUSTRISSIMO

PRINCIPI FRIDERICO V.

COMITI PALATINO AD RHENUM,

ELECTORALIS DIGNITATIS ET PALATINATUS

hæredi, Bavariæ Duci, &c.

DOMINO MEO CLEMENTISSIMO.

FLAVII Josephi Helleniſtarum Judæorum cum eruditione, tum eloqventia facile principis hiſtorica monumenta prælo meo excuſa, Princeps Illuſtriſſime, ad T. C. humiliter adfero. Sicut enim ſcriptorum eſt quæ honeſta ſunt & ſeculis profutura literis prodere: ita & in immenſo aliorum ſuper alios acervatorum librorũ cumulo typographorum intereſt laudabiles & bonæ frugis ſcriptores in lucem mittere redivivos, & adverſus Zoilos potentium patrocinorum tutelæ committere. multiplex vero mihi cauſa fuit cur ad T. C. noſter confugeret Joſephus: namqve primum tota operis πραγματεία de rebus eſt quæ a Principe cognoſcantur digniſſimis; ipſa nempe mundani Syſtematis divina conſtitutione, humani generis ortu & propagatione, Patriarcharum vita, Moſaica Legislatione, politia Hebraica, monarchiarum, qvæ olim orbem rexerunt, imperio & aliis, qvæ qvatuor millium annorum hiſtoriam implent autoris & eo nomine apud Principes gratioſi, qvod non ex infimis literatorum ſubſelliis ad hæc ſcribenda prodierit terræ filius; ſed ex regio Haſmonæorum ſangvine oriundus, & primaria ſacerdotum inter Judæos familia, cum in adoleſcentia ad miraculum uſqve in literarum ſtudio profeciſſet, juventutem rebus gerendis & bello, qvod cum Romanis geſſere Judæi, internecino exercuit Galilææ præfectus, conſilio & manu æqve promptus, ætate vero provectiori otium Romæ nactus ea literis mandavit, qvæ literarum cognitione & uſu didicerat, vir cæteroqvin Imperatoribus Veſpaſiano, Tito, Domitiano ob præclaras animi dotes acceptiſſimus. Verum acceſſit & alia cauſa cur Joſephum coram T. C. ſiſterem, beneficium qvod tuæ C. debeo, ob manuſcriptorum tuæ electoralis Bibliothecæ codicum Joſephi liberalem uſum, quem annuente primario noſtræ ætatis Philologo Jano Grutero, Bibliothecæ præfecto, impetravit ſingulari ſua humanitate nobiliſſimus & eruditiſſimus JCtus Marquardus Freherus Tuæ C. Conſiliarius. Sed qvia in hoc autore excudendo longius proceſſeram cum membranas conſecutus ſum, & multi aſſidua interpellatione ut qvam primum Joſephum Græce, publici juris iterum facerem efflagitabant, qvod editionis Baſilienſis qvæ ante LXVII. annos unica prodiit, nullum exemplar ſupereſſet; hortantibus ceſſi, qvorundam virorum doctorum notas, & varias lectiones ejus qvi manuſcripta excuſſit ſtudio collectas propediem peculiari volumine editurus. Cum itaque T. C. tuorumqve beneficio ſim adjutus C. T. patrocinio Joſephum hiſtoricum Principe non indignum jure meritoqve dedico, demiſſe rogans ut qvemadmodum Titus Imperat. autorem libros ſuos μεγαλώστως offerentem benigne admiſit, probavit, & Bibliothecæ ſuæ inſeri juſſit; ita Joſephum noſtrum clementi vultu T. C. accipiat; & in ſua perinſigni Bibliotheca quæ nobis calamo exarata exemplaria ſuppeditavit, ut emendatior prodiret, locum obtinere patiatur. Ipſe interim Deum Opt. Max. a qvo eſt omnis antiſtatus in terris, ſupplex orabo ut det T. C. vitam prolixam, Principatum ſecurum, & qvæcunqve boni Principis vota ſunt.

Tuæ Celſitudinis ſervus addictiſſimus

PETRUS ROVERIANUS
Typographus.

DE IO-

DE JOSEPHO, ET EJUS SCRIPTIS VETERUM TESTIMONIA.

EUSEBIUS PAMPHILI ECCLESIASTICÆ historiæ lib. 3. cap. 9.

Ἰώσηπος ματθαίου παῖς, ἐξ ἱεροσολύμων ἱερεύς. αὐτὸς μὲν ῥωμαίοις πολεμήσας τὰ πρῶτα ἐπὶ τοῖς ὕστερον ἠναγκάσθη συνενεχθεῖσιν ἐξ ἀνάγκης, μάλιστα δὲ τῶν κατ' ἐκεῖνον καιρὸν ἰουδαίων. ὁ δὲ οὐ μόνος τοῖς ἐμοὶ θεσπίσαι, ἀλλὰ καὶ πρὸ ἐμοῦ ῥωμαίοις γέγονεν αὐτὸν ἐπιδοξότατος, ὡς αὐτὸν μὲν ἀναθήσει αὐδραίτης ἕνεκα τῶν ῥωμαίων τιμηθῆναι πολλῶν, τοὺς δὲ αὐτοδιδάκτους αὐτοῦ λόγους βιβλιοθήκης ἀξιωθῆναι. ἐπὶ δὲ πᾶσιν τὴν ἰουδαϊκὴν ἀρχαιολογίαν ἐν ὅλοις εἴκοσι κατεπιθῆναι συγγράμμασι. τὰ δὲ ἱεροσολυμιτικὰ καὶ αὐτὸν ῥωμαϊκὸν πόλεμον, ἐν ἑπτὰ λόγοις. ἃ δὴ μόνον τῇ Ἑλλήνων, ἀλλὰ καὶ τῇ πατρίῳ φωνῇ ἀποδοθῆναι αὐτὸς ἑαυτοῦ μαρτυρεῖ· ἄξιος γὰρ ὢν ἀληθῆ τὰ λοιπὰ πιστεύεσθαι. ἔστιν δὲ αὐτοῦ φέρεται καὶ δύο ἄξια, δύο, τὰ περὶ τῆς ἰουδαίων ἀρχαιότητος, ἐν οἷς καὶ ἀντιγράφει πρὸς ἀπίωνα τὸν γραμματικὸν καὶ ἰουδαίων πρεσβεύσαντα λέγων πεπίστευται καὶ πρὸς ἄλλους, οἳ διαβάλλειν καὶ αὐτοὶ τὰ πάτρια καὶ ἰουδαίων ἔθνους ἐπιχειρήσαιεν. πεποίηται δὲ καὶ ἄλλο τι ἀγῶνας τῶν ὑπὲρ αὐθρὶ περὶ αὐτοκράτορος λογισμὸν, ὃ τινες μακκαβαϊκὸν ἐπιγράφουσιν. τὰ τῶν ἀγώνων τῶν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ καλυμένους μακκαβαϊκοὺς συγγράμμασιν, ὑπὲρ τοῦ εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας ἀνδρειωμένων ἐθελοντῶν ἕνεκα. καὶ πρὸς τῷ τέλει δὲ τῆς εἰκοστῆς ἀρχαιολογίας ὑπομιμνήσκει ὁ αὐτὸς, ὡς ἂν παρεπεμφθεὶς ὑπὲρ τοῦ πάθους συγγράψαι βιβλίους καὶ τὰς πατρίους δόξας τῶν ἰουδαίων, περὶ θεοῦ τε καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ὑπὲρ τῶν νόμων, ἃ μὲν τὰ κατ' αὐτοὺς τὰ μὲν, ἔξεστι πράττειν, τὰ δὲ κεκωλῦσθαι. καὶ ἄλλα δὲ αὐτοῦ αὐτοδιδάκτως ὁ αὐτὸς ἐν τοῖς ἰδίοις αὐτοῦ μνημονεύει λόγοις.

IOSEPHUS Mattathiæ filius, Sacerdos Hierosolymitanus, non solùm ipse Romanos in initio belli Judaici oppugnavit, sed cæteris præliis postea commissis necessitate coactus interfuit. Hic Josephus non solum apud gentem suam, verùm etiam apud Romanos, Judæorum illius temporis facilè præstantissimus habitus fuit, ita ut tùm statuæ honore in urbe Roma decoraretur, tum libri ab eo industria elaborati confectiqve in bibliothecam, tanqvam monumenta, merito reponerentur. hic verò rerum Judaicarum antiqvitatem in viginti integros libros redegit. historiam item de bello Judaico sua ipsius ætate administrato, septem libris conscripsit. Qvas res non Græco solum sermone, sed patrio etiam se tradidisse, suo ipsius confirmat testimonio. Cui quidem propter reliqvas res verissimè ab eo conscriptas, etiam in hac causa fides jure debet adhiberi. Dicuntur etiam alii duo libri de Judæorum vetustate ab eo accuratius elucubrati: in qvibus non solum contra Apionem grammaticum, qui id temporis in Judæos vehementius suis scriptis invehebatur, verum etiam contra alios qui patria & avita Judaicæ gentis instituta conviciis & ignominia afficere conabantur, strenue disserit. Est præterea aliud opus, non obscurum sanè, aut contemnendum, De ratione sola mentis rectrice, ab eo elaboratum, qvod qvidam Maccabæorum propterea inscribunt, qvod gravia Hebræorum qvorundam certamina, qui virili & magno animo pro vera in Deum religione & pietate mortem oppetierunt (de qvibus in libris qvi vocantur Maccabaici fermo instituitur) in se contineant. Porrò in extremo vigesimo libro de Antiquitate, ille ipse apertè indicat qvo pacto patrias Judæorum sententias & opiniones de Deo, de ejus essentia, & de legibus etiam, qvamobrem essent qvædam ex earum præscripto libera & soluta ad agendum, alia autem vetita & interdicta, quatuor libris complecti instituisset. Itemqve in suis ipsius scriptis alia opera à se studio & industria elaborata memorat.

HIERONYMUS IN LIBRO DE SCRIPTORIBUS ECCLESIASTICIS.

IOSEPHUS Mattathiæ filius, ex Hierosolymis sacerdos, à Vespasiano captus, cum Tiberio filio ejus relictus est. hic Romam veniens, septem libros Judaicæ captivitatis imperatoribus patri filioqve obtulit, qvi & bibliothecæ publicæ traditi sunt, & ob ingenii gloriam statuam qvoqve meruit Romæ. Scripsit autem & alios viginti antiqvitatum libros, ab exordio mundi usqve ad decimum quartum annum Domitiani Cæsaris, & duos ἀρχαιότητος adversus Apionem grammaticum Alexandrinum, qvi sub Caligula legatus missus ex parte

gentilium, contra Philonem etiam librum, vituperationem gentis Judaicæ continentem, scripserat. Alius qvoq; liber ejus qvi inscribitur περὶ αὐτοκράτορος λογισμοῦ, valde elegans habetur, in qvo & Maccabæorum sunt digesta martyria. Hic in decimooctavo Antiquitatum libro, manifestissimè confitetur, propter magnitudinem signorum, Christum a Pharisæis interfectum, & Joannem Baptistam verè prophetam fuisse, & propter interfectionem Jacobi Apostoli, dirutam Hierosolymam. Scripsit autem de Domino in hunc modum: Eodem tempore fuit Jesus vir sapiens, si tamen virum eum oportet dicere. Erat enim mirabilium patrator operum, & doctor eorum, qvi libenter vera suscipiunt: plurimos qvoqve tam de Judæis qvam de Gentibus sui habuit sectatores, & credebatur esse Christus. Cumqve invidia nostrorum principum, cruci eum Pilatus addixisset, nihilominus qvi eum primum dilexerant, perseverarunt. Apparuit enim eis tertia die vivens. multa & hæc & alia mirabilia, carminibus prophetarum de eo vaticinantibus, & usqve hodie Christianorum gens ab hoc sortita vocabulum non defecit.

IDEM IN EPISTOLA AD MAGNUM ORATOREM ROMANUM.

JOsephus antiqvitatem approbans Judaici populi, duos libros scripsit contra Apionem Alexandrinum Grammaticum, & tanta secularia profert testimonia, ut mihi miraculum subeat, qvomodo vir Hebræus, & ab infantia sacris literis eruditus, cunctam Græcorum bibliothecam evolverit.

HERMIAS SOZOMENUS SALAMINIUS HISTORIÆ Ecclesiasticæ libro primo, cap. 1.

JOsephus Mattathiæ filius, vir cum apud Judæos, tum apud Romanos maxima nominis celebritate florens, testis est de vero Dei verbo locupletissimus.

Ἰώσηπος ὁ ματθαθίου ὁ ἱερεὺς, ἀνὴρ ἔν τε τοῖς Ἰουδαίοις, καὶ ἐν Ῥωμαίοις ἐπιδοξότατος γενόμενος, ἀξιόχρεως ἂν εἴη μάρτυς τοῦ περὶ θεοῦ ἀληθοῦς.

EVAGRIUS ECCLESIASTICÆ HISTORIÆ libro qvinto, cap. 24.

LOngam Josephus scripsit historiam, eamqve refertam utilitate cujusqve generis &c.

Πολλὰ Ἰώσηπος ἔγραψεν ἱστορίαν χρησίμην ἐν ἅπασι πυγχάνουσαν.

PHOTIUS IN BIBLIOTHECA.

LEGI Josephum Judæum, De Judaicæ gentis calamitate atq; interitu. Qvo in libro extremo Hierosolymorum excidium narrat, & Masadæ oppidi: & ante hæc Jotapatorum, in qvo & ipse Josephus captus: Præterea Giscbalorum eversionem, & aliorum Judaicorum munimentorum desolationem. Sunt autem hujus operis libri septem. Candidus illi sermo, qui rationum pondus atqve momentum cum puritate ac jucunditate exprimere possit. In concionibus persuadendi vi præditus est, ac gratiosus, tum etiam qvum suadet opportunitas orationem in contrariam partem flectere. Dextre qvoqve & copiose enthymematis in utramqve partem utitur, sententiasqve, si qvis alius, adhibet. Orationi insuper affectum imprimendi, & concitandi motus, eosdemqve mox leniendi, est peritissimus.

ΑΝΕΓΝΩΣΤΗ Ἰώσηπου Ἰουδαίου περὶ τῆς Ἰουδαίων πάθης, ἐν οἷς ἦν τῆς Ἱεροσολύμων ἁλώσεως τὸ πλεῖστον τῶν λόγων ἄλωσις, ἐν ᾗ τε Μασάδας πολίχνης. πρὸ ἧς τούτων, ἦν τῶν Ἰωταπάτων, ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς Ἰώσηπος ἥλω, ἔτι δὲ Γισχάλων ἅλωσις· καὶ ἄλλων Ἰουδαϊκῶν φρουρίων ἐρημία. ἔστι δὲ αὐτῷ τὸ συγγραμμα, ἐν λόγοις ἑπτά. καθαρὸς τὸ φράσαι, καὶ ἀξίωμα λόγου μετ' ὀξυτητος καὶ ἡδονῆς θεῖος ἐκφῆναι. πιθανὸς τὰ πρὸς δημηγορίας, καὶ θαῤῥαλεος, κἂν δεῖ παντοῖα ὁ καιρὸς καλῆ χρῆσασθαι τῷ λόγῳ δεξιὸς καὶ χάριεν ἐνθυμημάτων ἑφ' ἑκάτερα. καὶ γνωμολογικὸς δέ, ὡς εἴ τις ἄλλος, ἐς πᾶν τὸ λεγῳ ἐπιφῆσαι ἱκανώτατος, καὶ ἐλεῆσαι πάθος, καὶ πεῖσαι δεινότατος.

HIS ACCEDIT JOSEPHUS SCALIGER IN PROLEGOMENIS IN LIBROS DE EMENDATIONE TEMPORUM.

DIligentissimus ἐ φιλαληθέστατος omnium scriptorum Josephus: de qvo nos hoc audacter dicimus, non solum in rebus Judaicis, sed etiam in externis tutius illi credi, qvam omnibus Græcis & Latinis: Itaqve desinat mirari doctus vir, cur tot eruditi, & nos qvoqve, qvi non in illis eruditis, sed hujus scriptoris lectione peregrini non sumus, tantum illi deferamus, cujus fides & eruditio in omnibus elucet.

AUTO-

AUTORES QVORUM POTISSIMUM TESTIMONIO PARTIM COMPROBATO, partim confutato Joſephus hiſtoriæ ſuæ fidem facit.

Acuſilaus Argivus
Agatharchides Gnidius
Alexander Polyhiſtor
Andreas
Apion grammaticus
Apollonius Molo
Apollodorus
Ariphanes
Ariſtæus
Ariſtoteles
Beroſus Chaldæus
Cadmus Mileſius
Caſtor Chronographus
Chæremon
Chœrilus poëta
Conon hiſtor.
Demetrius Phalereus
Dius hiſtor.
Ephorus
Eſtius
Euhemerus
Eupolemus
Hecatæus Abderita
Hellanicus
Hermippus
Hermogenes
Herodotus
Heſiodus
Hieronymus Ægyptius
Homerus
Iſidorus
T. Livius
Lyſimachus
Manethon
Menander Epheſius
Mnaſeas Damaſcenus
Mochus
Nicolaus Damaſcenus
Pherecydes Syrius
Philon ſenior
Philoſtratus
Polybius Megalopolitanus
Polycrates
Poſidonius
Pythagoras
Strabo
Thales
Theodotus
Theophilus
Theopompus
Theophraſtus
Thucydides
Timæus
Zopyrion.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΠΡΩΤΩ ΛΟΓΩ, ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ
ἱστοριῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Προοίμιον τὴν αἰτίαν τῆς συγγραφῆς, & τὸν σκοπὸν αὐτῆς ἐχον. Κεφ. α
Τίς ἡ τοῦ κόσμου σύστασις, & ἡ διαταξις τῶν στοιχείων. Κεφ. β
Περὶ ἡλικίας ἀδάμου & τῶν αὐτῷ δέκα ἡλικιῶν τῶν μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ. Κεφ. γ
Ως ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο, & ὅτι τροπον νῶε & οἱ μετ' αὐτοῦ λάρνακι μετὰ τῶν συγγενῶν κατῴκησεν ὀν τῷ σεναὰρ πεδίῳ. Κεφ. δ
Περὶ τοῦ πύργου Βαβυλῶνος, & ἀλλοφωνίας τῶν ἀνθρώπων. Κεφ. ε
Ως οἱ νῶε ἔκγονοι πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐπῴκησαν. Κεφ. ς
Οπ τῶν ἐθνῶν ἕκαστον δοτὸ τῶν οἰκησάντων ἐπωνομάσθη. Κεφ. ζ
Ως ἄβραμος ὁ πατὴρ ἡμῶν, ἐξελθὼν ἐκ τῆς χαλδαίων γῆς, κατέσχεν τὸν τότε μὲν χαναναίαν νῦν δὲ ἰουδαίαν λεγομένην. Κεφ. η
Οπ λιμοῦ τὴν χαναναίαν καταλαβόντος, εἰς αἴγυπτον ἀπῆρεν, καὶ διατρίψας ἐν αὐτῇ τινὰ χρόνον ὑπέστρεψεν ὀπίσω. Κεφ. θ
Η τῶν σοδομιτῶν διαφθορὰ, ἀσυνείαν αὐτοὺς ὑπερβαλόντων. Κεφ. ι
Ως ἄβραμος ὑπὸ τῶν ἀσυνείας ὑπερβαλόντων ἐκράτησεν, καὶ τὸν παίχμαλώτους τῶν σοδομιτῶν ἔσωσεν, καὶ τὴν λείαν ἣν ἔλαβον ἀφῆλεν. Κεφ. ια
Πῶς τὸ σοδομιτῶν ἔθνος ὁ θεὸς κατεστρέψατο χολωθεὶς αὐτοῖς, ἐφ' οἷς ἡμάρτανον. Κεφ. ιβ
Περὶ ἰσμαήλου τοῦ ἄβραμου παιδὸς, & τῶν ἐκγόνων αὐτοῦ διαβόων. Κεφ. ιγ
Περὶ ἰσάκου, ὃς ἦν γνήσιος ἄβραμου παῖς. Κεφ. ιδ
Περὶ σάρρας τοῦ ἄβραμου γυναικὸς, & πῶς τὸν βίον κατέστρεψεν. Κεφ. ιε
Ως ἐκ χαστύρας ἄβραμος γαμηθείσης τὸ τραγλοδυτῶν γένος ἐγένετο. Κεφ. ις
Περὶ τῆς ἄβραμου τελευτῆς. Κεφ. ιζ
Περὶ τῶν ἰσάκου υἱῶν, ἡσαύου & ἰακώβου & γενέσεως αὐτῶν & ἀνατροφῆς. Κεφ. ιη
Ιακώβου φυγὴ εἰς τὴν μεσοποταμίαν διὰ τὸν ἀδελφὸν φόβον. Κεφ. ιθ
Ως ἰσάκος τελευτήσας, ἐτάφη ἐν ἑβρῶνι. Κεφ. κ

HÆC IN PRIMO JOSEPHI ANTIQVITATUM
Judaicarum libro continentur.

Proœmium cauſam ſcriptionis & ſcopum ejus complectens. CAP. I.
Mundi creatio & Elementorum diſpoſitio. CAP. II.
De poſteritate Adami & decem ætatibus uſqve ad diluvium. CAP. III.
De diluvio, & quomodo Noë in arca cum familia ſervatus habitarit in campo Sennaar. CAP. IV.
De turri Babylonica, deque linguarum mutatione. CAP. V.
Qvomodo Noe poſteri per totum terrarum orbem ſedes ſibi occupaverint. CAP. VI.
Qvod gentes ſingulæ à ſuis autoribus nomina traxerint. CAP. VII.
Qvomodo Abrahamus generis noſtri autor è Ghaldæorum terra profectus habitavit regionem Chananæam, quæ nunc Judæa dicitur. CAP. VIII.
Quod, fame Chananæam premente, in Ægyptum eſt profectus: & ibi aliquantiſper commoratus, retro, unde venerat, eſt reverſus. CAP. IX.
Sodomitarum clades ab Aſſyriis accepta. CAP. X.
Qvomodo Abrahamus Aſſyrios aggreſſus tam captivos quam reliquam prædam victor reduxit. CAP. XI.
Qvomodo Deus Sodomitarum gentem excidit, flagitiis eorum offenſus. CAP. XII.
De Iſmaële Abrahami filio, ejusque poſteris Arabibus. CAP. XIII.
De Iſaco legitimo Abrahami filio. CAP. XIV.
Saræ Abrahami uxoris obitus. CAP. XV.
Quomodo è Chætura Abrahamo nupta Troglodytarum gens provenit. CAP. XVI.
De obitu Abrahami. CAP. XVII.
De Iſaci filiis Eſao & Jacobo, & nativitate eorum. CAP. XVIII.
De Jacobo metu fratris in Meſopotamiam profugo. CAP. XIX.
Mors Iſaci & ſepultura in Hebrone. CAP. XX.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

FLAVII JOSEPHI ANTIQVITATUM JUDAICARUM

LIBER PRIMUS.

Προοίμιον τῆς αἰτίας τῆς συγγραφῆς καὶ τὸν σκοπὸν αὐτῆς περιέχον.

Κεφάλαιον α.

PROOEMIUM CAUSAM SCRIptionis & ſcopum ejus complectens.

CAPUT. I.

ΟΙΣ τὰς ἱστορίας συγγράφειν βυλομένοις, ἓν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν ὁρῶ τὴν αἰτίαν οὐκ οὔσαν, ἀλλὰ πολλὰς, καὶ πολλῶν ἀλλήλων διαφερούσας. τινὲς μὲν γὰρ ἐπιδεικνύμενοι λόγων δεινότητα, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῆς ἡδομένοις δόξαν, ἐπὶ τοῦτο τῆς πραγματείας τὸ μέρος ἀφικνοῦνται. ἄλλοις δ', οὐκ ἐπὶ τούτοις φέρουσιν, ἀλλὰ τὴν ἀναγραφὴν ἑαυτοῖς συμβῆναι, τῶν ἐν αὐτῇ πόνων καὶ τῆς δυνάμεως ὑπόσης. εἰσὶν δ', οἳ ἔπεισαν ὑπ' αὐτῆς τῆς τῶν πραγμάτων ἀναγκης, οἷς πραττομένοις, παρέτυχον, παῦλαν ποιήσασθαι τῆς ἐλευθερίας, πολλοὺς δὲ χρησίμων μεγάλης πραγμάτων ἐν ἀγνοίᾳ κειμένων, φεύγοντες ψέγειν τὴν περὶ αὐτῶν ἱστορίαν εἰς κοινὴν ὠφέλειαν ἐξενεγκεῖν. τούτων δὴ τῶν προειρημένων αἰτιῶν, αἱ πλείσταις δύο καὶ μοι συμβᾶσαι κατέσχον. τὸν μὲν γὰρ πρὸς τοὺς Ῥωμαίους πόλεμον ἡμῖν τοῖς Ἰουδαίοις γενόμενον, καὶ τὰς ἐν αὐτῷ πράξεις, καὶ τὸ τέλος οἷον ἀπίδοι, πειραμένοις ἐπιδεῖξαι συναγαγεῖν, διὰ τοὺς ἐν τοῖς γράφουσι λυμαινομένους τὴν ἀλήθειαν. παύτην δὲ τὴν ἐπιχείρησιν ἐπιχειρήσαντι πράγματείαν, νομίζων ἅπασι φανεῖσθαι τοῖς Ἕλλησιν ἀξίαν ἀκοῆς. μέλλοντι γὰρ πράξειν ἅπασαν τὴν παρ' ἡμῖν ἐξαγορεύειν καὶ τὴν διάταξιν τοῦ πολιτεύματος, ἐκ τῶν Ἑβραϊκῶν μεθερμηνευομένων γραμμάτων. ἤδη μὲν οὖν καὶ πρότερον διενοήθην ὅτι τὸν πόλεμον ἀναγραφόν δηλώσω, τίνες ἔτι ἐξ ἀρχῆς οἱ Ἰουδαῖοι, καὶ τίσι χρησάμενοι τύχαις, ὑφ' οἵῳ τε παιδεύθεντες νομοθέτῃ τὰ πρὸς εὐσέβειαν καὶ τὴν ἄλλην ἄσκησιν ἀρετῆς, ποσῳ τε πολέμῳ ἐκ μα-

A

Vi ad ſcribendas hiſtorias ſe conferunt, non unam neque eandem ſui propoſiti cauſam habere mihi videntur, ſed plures, easque multum inter ſe differentes. quidam enim oſtentandæ eloquentiæ cauſa, gloriæque ex ea captandæ, ad hoc ſtudiorum genus ſe applicant. alii, quo gratiam illis referrent, quorum res geſtas ſcribendas ſibi ſumpſerunt, nulli labori, quantum in ſe fuit, pepercerunt. Sunt, quos res ipſa compulit, ut, quibus gerendis interfuerant, ea ſcripto complexa in vulgum proderent. nec defuerunt, qui res inſignes cognituque dignas in obſcuro latere non ferrent, atque ideo narrationem earum in communem utilitatem proferrent. Ex jam dictis cauſis poſtremæ duæ me quoque ad idem permoverunt. Bellum enim, quod cum Romanis habuimus, & res utrinque geſtas, ac demum eventum, quæ omnia præſens ipſe meo periculo didici, narrare coactus ſum propter quosdam, qui ſcriptis ſuis veritatem depravarunt. Præſens verò opus aggreſſus ſum, ratus Græcis omnibus cognitu non injucundum fore. Complectetur enim univerſam noſtræ gentis antiquitatem, formamque reipublicæ, ex Hebraicis literis translatam. Cogitaveram equidem & antea, jam tum, cùm hiſtoriam de bello ſcriberem, docere, unde primum oriundi Judæi, quàm varia fortuna uſi, ſub quali legislatore ad pietatem cæterasque virtutes inſtituti, quibus bellis per tot

B C D

secula gestis inviti ad postremum contra Romanos bellum sint pertracti; sed quoniam prolixius erat hoc argumentum, seorsim illud propriè dicato opere exorsus usque ad finem suum perduxi. Procedente deinde tempore, sicut usu venit his, qui res arduas aggrediuntur, cunctatio quædam ac segnities mihi incessit, tantam materiam in alienam ac peregrinam linguam traducturo: sed fuerunt, qui cupiditate cognoscendi ad opus me adhortabantur, & præ cunctis Epaphroditus, vir cùm omnis generis disciplinarum, tum verò rerum gestarum peritiæ cumprimis avidus, ut qui ipse in maximis negotiis & variis fortunæ casibus versatus, in omnibus eximiam naturæ indolem præ se tulisset, inconcussumque virtutis studium perpetuo retinuisset. Huic igitur morem gerens, assiduo cunctorum utile aliquid ac honestum molientium fautori, cùm me meijam suppuderet, si viderer ignaviam speciosissimo labori anteponere, vires animumque resumpsi: simul hac quoque reputatione non leviter permotus, quod & majores olim nostri exteris sua benigne communicaverunt, & Græcorum nonnulli vehementi res nostras cognoscendi studio flagraverunt. Itaque invenio literis proditum, quod Ptolemæus secundus ejus nominis rex, totus disciplinis colligendisque libris deditus, magnopere contenderit legem nostram, ejusque instituta, & vivendi formam præscriptam, in Græcum eloquium transferri. Eleazarus autem pontificum nostrorum nemini secundus, regi hanc utilitatem non invidit, reclamaturus omnino, nisi consuetudinem haberemus à majoribus acceptam, res bonas & honestas celare neminem. Proinde mihi quoque convenire duxi, ut & pontificis nostri imitarer magnanimitatem: & hodie quoque regis illius multos persimiles putarem, duntaxat quod ad discendi cupiditatem attinet. neque enim totam scripturam occupavit ille, sed legem solam ei tradiderunt interpretes, qui ob hoc Alexandriam missi fuerant. Sunt autem innumera sacris literis prodita, ut quæ quinque millium annorum historiam in se complectantur, in qua diversi sunt inopinati casus, varia belli fortuna, multa imperatorũ præclara facinora, multæ rerum publicarum mutationes. In universum autem ex hujus potissimum historiæ lectione cognoscere licet, quòd his, qui Dei voluntati obsequuntur, & leges bene latas transgredi verentur, omnia prospere succedant, supra quàm credi possit, & felicitas illis præmium à Deo proponitur. quod si ab illarum diligenti observatione discedant, neque consilia eorum exitum inveniunt, & boni ipsorũ opinione conatus in calamitates immedicabiles desinunt. Quapropter jam nunc lecturos hæc volumina adhortor, ut Deo mentẽ adhibeant, & legislatorem nostrũ

A κρῶς πλεμήσαντις χρόνοις, εἰς τὸν πόλεμον ἄγοντες τοῖς Ῥωμαίοις κατέστησαν. ἀλλ' ἐπεὶ μείζων ἦν ἡ τῆδε τῆ λόγου βραδυτὴς, καθ' αὑτὴν σκέψιν χωρήσας τῆς ἰδίας αὐτὸς ἀρχαίας καὶ τοῦ πόλεμου τὴν ἀρχὴν συμπεράνας, χρόνῳ ἦ προϊόντι, ὅπερ φιλεῖ τοῖς μεγάλων ἅπτεσθαι διεγειρόμενος, εἶκον καὶ μέλλησις ἐμποδὼν ἐγένετο τηλικαύτῃ μετενεγκεῖν γλώττῃ, εἰς ἀλλοδαπὴν ἡμῖν καὶ ξένην διάλεκτον
B σωμήθειαν. ἦσαν δέ τινες οἱ πάνυ τῆς ἱστορίας ἐπ' αὐτὴν με προύπεμπον. καὶ μάλιστα δὴ πάντων Ἐπαφρόδιτος, ἀνὴρ ἅπασαν μὲν ἰδέαν παιδείας ἠσκηκὼς, διαφερόντως δὲ χαίρων ἐμπειρίαις πραγμάτων. ἅτε δὴ μεγάλοις μὲν αὐτὸς ἐμπλακεὶς πράγμασι καὶ τοχρως πολυτρόποις, ἐν ἅπασι δὲ θαυμασὴν φύσεως ἐπιδεικνύμενος ἰσχὺν καὶ προαίρεσιν ἀρετῆς ἀμετακίνητον. τοῦτο δὴ πειθόμενος ὡς ἀεὶ τοῖς ἐς χρήσιμον ἢ καλόν τι ἄγουσι
C δυναμένοις συμφιλαλοῦσι, καὶ ἐμοῦ τὸν αἰχμωτὸν ὁρῶντος, εἰ δόξαιμι ξαλυμία πλέον ἢ τοῦ πρὸς τὰ κάλλιστα χαίρειν πόνῳ, προθυμότερον ἐπιβρύσθαι τῇ κατασκευῇ πρὸς τοὺς ὑφ' ἡμῶν λογισμένους ἂν παέργως, πρός τε τὴν ἡμετέρων προγόνων, οἳ μεταδιδόναι τῶν πιστῶν ἤθελον, καὶ πρὸς τῶν Ἑλλήνων, ἔπαινες αὐτῶν γνώναι τὰ παρ' ἡμῖν ἐσπούδασαν. εὗρον πίνω, ὅτι Πτολεμαῖος μὲν ὁ δεύτερος βασιλεὺς πρὸς παιδείαν καὶ βίβλων συναγωγὴν ἀσπουδάσας, ἐξαιρέτως ἐφιλοτιμήθη τὸν ἡμέτερον νόμον,
D καὶ τὴν κατ' αὐτὸν διάταξιν τῆς πολιτείας εἰς τὴν Ἑλλάδα μεταβαλεῖν. ὁ δὲ τῶν παρ' ἡμῖν ἀρχιερέων ἑβδόμος ἀρετῇ δὲ πρὸς Ἐλεάζαρος τῷ προειρημένῳ βασιλεῖ τούτῳ ἀπολαύσαι τῆς ὠφελείας οὐκ ἐφθόνησεν, πάντως αἰτησόμενον ἄν, εἰ μὴ πατρίου ἦν ἡμῖν τὸ μηδὲν φθόνου τῶν καλῶν
E μεταδόσθαι, καὶ μαντικὸν δὴ πρέπειν ὑπόμνημα, ἔμοιγε δοκεῖν μιμεῖσθαι τὸ μεγαλόψυχον, τοῦ δὲ βασιλέως πολλοὺς ὁμοίως σπουδάσαι καὶ νῦν ἐπαινοῦσι φιλομαθεῖς. οὐδὲ γὰρ πάσαν συνῆγε ἐφθὴ λαβὼν τὴν ἀναγραφὴν, ἀλλ' αὐτὰ μόνα τὰ ἐν νόμῳ παραδοθέντα οἱ πεμφθέντες ὑπὸ τὴν ἑξήκοντα τῶν Ἀλεξάνδρειαν. μυρίαι δ' εἰσὶ δηλονότι βίβλοι τῶν ἱερῶν γραμμάτων, ἅτε δὴ πεντακισχιλίων ἐτῶν ἱστορίας ἐν αὐτοῖς ἐμπεπλεγμένης. καὶ πανταχοῦ μὲν ἐστὶ θρήνων πλέα τὰ
F τοιαῦτα, πολλαὶ γὰρ τύχαι πολέμων, ἐκ φρενῶν ἀνδραγαθίαι, καὶ πολιτευμάτων μεταβολαί. τὸ σπουδαιότατον οὖν μάλιστα τῆς ἂν ἐκ τούτων μάθοι τῆς ἱστορίας ἐθελήσας αὐτὴν διελθεῖν, ὅτι τοῖς μὲν θεοῦ γνώμαις κατακολουθοῦσιν, καὶ τὰ καλῶς ὑπειλημμένα μὴ τολμῶσιν παραβαίνειν, πάντα κατ' εὐχὴν πράττειν καὶ πίστεως, καὶ χάριτος καὶ δαιμονίας παρ' αὐτοῦ
G ῥοπῆς. καθ' ὅσον δ' ἂν ἀποστῶσι τῆς τούτων ἀκριβοῦς ὑπομνήσεως, ἄπορα μὲν γίνεται τὰ πρᾶγματα, τρέπεται δὲ εἰς συμφορὰς ἀνηκέστους ὅτι σπουδὴ ἂν εἰς ἀγαθὸν ὁρᾶν ἀποβαίνουσιν. ἤδη τοίνυν τοὺς ἐντυγχάνοντας τοῖς βιβλίοις παρακαλῶ τὸν γνήσιον θεὸν προσέχειν, καὶ δικαιοῦν τὸν ἡμέτε-

μεταμ-

μέτρον νομοθετῆσαι, εἰ τὴν φύσιν ἀξίως αὐτοῦ κατανοήσειεν, καὶ τῇ δυνάμει πεπόνθασι ἀεὶ τὰς πράξεις ἀναπέθεικεν, πάσης καθαρὸν τὸν περὶ αὐτοῦ φυλάξας λόγον τῆς παρ' ἄλλοις ἀφηγήσεως μυθολογίας, καὶ τοι γε ὅσον ἐπὶ μήκει χρόνου καὶ παλαιότητι πάλαι ἔχων ἄδειαν ψευδῶν πλασμάτων. γέγονε γὰρ πρὸ ἐτῶν δισχιλίων, ἐφ' ὅσον πλῆθος αἰῶνος ἀφ' αὑτῶν οἱ ποιηταὶ τὰς γενέσεις τῶν θεῶν, μήτιγε τὰς ἀνθρώπων πράξεις ἢ τοὺς νόμους ἀνενεγκεῖν ἐπιμήσειεν. τὸ μὲν οὖν ἀκριβὲς τῶν ἐν ταῖς ἀναγραφαῖς πρώτων ὁ λόγος καὶ τὴν οἰκείαν τάξιν σημανεῖ, τοῦτο γὰρ διὰ ταύτης ποιήσων τῆς πραγματείας ἐπαγγέλλεται, οὐδὲν προσθεὶς οὐδ' αὖ ἀφελών. ἐπειδὴ δὲ πάντα χρεὼν ἐκ τῆς τοῦ νομοθέτου σοφίας ἡμῖν ἀνηρῆσθαι Μωϋσέως, ἀναγκαῖον βραχέα περὶ ἐκείνου προειπεῖν, ὅπως ἂν μή τινες τῶν ἀναγινωσκόντων διαπορῶσιν, πόθεν ἡμῖν ὁ λόγος περὶ λόγων καὶ πράξεων ἔχων τὴν ἀναγραφὴν, ὅτι τοσοῦτον φυσιολογίας κεκοινώνηκεν. ἴστον οὖν ὅτι πάντων ἐκεῖνος ἀναγκαιότατον, ἡγήσατο, τῷ τὴν ἑαυτοῦ μέλλοντι βίον οἰκονομήσειν καλῶς, καὶ τοῖς ἄλλοις νομοθετεῖν, θεὸν πρῶτον φύσιν κατανοῆσαι, καὶ τῶν ἔργων τῶν ἐκείνου θεατὴν τὸν νοούμενον, οὕτω παράδειγμα τὸ πάντων ἄριστον μιμεῖσθαι καθ' ὅσον οἷόν τε καὶ πειρᾶσθαι κατακολουθεῖν. οὔτε γὰρ αὐτῷ ποτ' ἂν γένοιτο κοῦφα νοεῖν ἀγαθὸν τὸν νομοθέτην ταύτης ἀποτελεσθησόμενον τῆς θεᾶς, οὔτε τῶν γραφησομένων εἰς ἀρετῆς λόγον οὐδὲν ἀποδέξασθαι τοῖς λαβοῦσιν, εἰ μὴ πρὸ παντὸς ἑτέρου διδαχθείη, ὅτι πάντων πατήρ τε καὶ δεσπότης ὁ θεὸς ὢν καὶ πάντα ἐπιβλέπων, τοῖς μὲν ἑπομένοις αὐτῷ δίδωσιν εὐδαίμονα βίον, τοὺς ἔξω δὲ βαίνοντας ἀρετῆς, μεγάλαις περιβάλλει συμφοραῖς. τοῦτο δὴ παιδεῦσαι βουληθεὶς τὸ παίδευμα τοὺς ἑαυτοῦ πολίτας, τῶν νόμων θέσεως ἐκ διὰ συμβολαίων καὶ τῶν πρὸς ἀλλήλους δικαίων ἤρξατο τοῖς ἄλλοις ὑφηγεῖσθαι. ἀλλ' ὅτι τὸν θεὸν καὶ τὸν τοῦ κόσμου κατασκευάσαντα τὰς γνώμας αὐτῶν ἀναλαβὼν, καὶ πείσας ὅτι τῶν ὅλης ἔργων τοῦ θεοῦ τὸ κάλλιστον ἐσμὲν ἄνθρωποι, ὅτι πρὸς τὴν εὐσέβειαν ἔχειν εὐπαρασκεύους ῥᾳδίως ἤδη πρὸς πάντων ἔπεισεν. οἱ μὲν οὖν ἄλλοι νομοθέται τοῖς μύθοις ἐπακολουθήσαντες, τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτημάτων εἰς τοὺς θεοὺς τὸ λεγόμενον τὴν αἰσχύνην μετέθεσαν, καὶ πολλοὶ ὑπέπεσον εἰς κακίαν τοῖς πονηροῖς ἐδόκουν. ὁ δ' ἡμέτερος νομοθέτης ἀκραιφνῆ καὶ καθαρὰν τὴν ἀρετὴν ἔχοντα τὸν θεὸν ἀποφαίνας, ᾠήθη δεῖν τοὺς ἀνθρώπους ἐκείνης πειρᾶσθαι μεταλαμβάνειν. καὶ τοὺς μὴ ταῦτα φρονοῦντας, μηδὲ πιστεύοντας ἀφθάρτους ἐκόλασεν. πρὸς ταύτην δὲ τὴν ὑπόθεσιν ποιεῖσθαι τὴν ἐξέτασιν, τοὺς ἀναγινωσκομένους φράσαλῶ. φανεῖται γὰρ σκοπουμένοις ὅτως, οὐδὲν ὅτι ἄλογον αὐτοῖς, οὔτε πρὸς τὴν μεγαλειότητα τοῦ θεοῦ καὶ τὴν φιλανθρωπίαν ἀναρμοστον. πάντα γὰρ τῇ τῶν ὅλων φύσει, συμφωνον ἔχει τὴν διάθεσιν. τὰ μὲν, αἰνιττομένου δὲ νομοθέτου ἀξίως, τοῦ, ἀλληγορεῖντος μὴ σεμ-

probent, si naturam, ut dignum est, consideravit, & virtuti ejus convenientes semper operationes assignavit, puramq; suam narrationem ab omni, qualis apud alios est, fabularum vanitate conservavit: tametsi quantum ad longitudinem temporis, rerumq; vetustatem attinet, impune poterat quælibet mendacia confingere. Natus enim est ante annos bis mille, cum ad tot retro secula etiam poetæ ne Deorum quidem suorum natales, nedum mortaliũ leges aut res gestas referre ausi fuerint. Sed hæc omnia procedens oratio accurate suo quæq; ordine docebit, ita ut nos facturos sumus polliciti, neq; subtrahendo quicquam nec addendo. Cæterum quoniam ferme omnia pendent à Mosis legislatoris sapientia, necesse habeo paucis de illo præfari, ne quem forte cogitatio subeat, qui factum sit, ut quũ operis inscriptiones gestas polliceatur, tam multa ad naturæ cognitionẽ spectantia scriptis nostris inseruerimus. Scire igitur oportet, quod vir ille ante omnia necessarium existimavit, vel vitam suam rectè disposituro, vel aliis leges posituro, ut in primis naturæ Dei cognitionem habeat, atque ita, consideratis ejus operibus, egregium illud exemplar imitari, quantum in suis viribus est, & sectari conetur. alioquin absq; hac contemplatione neque legislatorem ipsum unquam bonam mentem sibi paraturum, neq; scripta ejus ultlum momentum ad virtutem auditorum allatura, nisi ante omnia discerent, quod Deus, cum sit parens omnium ac Dominus, omniaque contueatur, eis quidem, qui se sectantur, felicem vitam donat: qui autẽ à virtutis tramite digrediuntur, illos maximis calamitatibus involvit. Hanc doctrinam cives suos docere volens, non a pactis aut conventis & mutuo circa hæc jure leges est auspicatus, quemadmodum alii solent: sed ad Deum & mundum ab eo conditũ erectos mente, & persuasos, quod in terris pulcherrimum Dei opus simus homines, cum jam ad pietatem haberet obsequentes, facile deinceps de reliquis omnibus edocuit. Itaq; alii legislatores priscas fabulas sequuti, pudenda hominum peccata in deos suos verbis transtulerunt, atq; hoc pacto hominibus malis magnum incitamentum ad malitiã addiderunt. at noster legislator postquam puram virtutem habere Deum docuisset, censuit pro se quemq; adniti oportere, ut in partem ejus aliquam pervenire possit: in eosque, qui neq; sapiunt hæc, neq; credunt, severe admodum animadvertit. Ad hoc igitur præscriptum volo lectorem hæc nostra examinare. namq; sic considerantibus nihil vel absurdum, vel Dei magnificentia indignum esse videbitur. omnia enim summa concinnitate juxta universi naturam sunt disposita, partim ita, ut dignum erat, à legislatore subindicata, partim decentissimis allegoriis

conveſtita: partim etiam diſerte expreſſa, nimirum quæcunque abſque ambagibus erant proferenda: quorum cauſas ſi quis ſingillatim conſiderare vellet, ſublimis inde & valde philoſophica ſpeculatio exoriretur, in aliud tempus differenda. Quod ſi Deus longiorem ætatem conceſſerit, abſolutis, quæ nunc tractamus, ut illa quoque perſcribantur, operam dabimus: nunc ad rerum ſeriem vertemus ſtylum, præmiſſis, quæ Moyſes narrat de mundo condito: ea è ſacris codicibus ita, ut invenimus, transſumpta, in hunc ferme modum ſe habent:

MUNDI CREATIO, ET *Elementorum diſpoſitio.*

CAP. II.

Geneſ. 1. IN principio creavit Deus cœlum & terram. Hæc cum in conſpectum non veniret, alta caligine tecta, ſpiritusque eam ſuperne permearet, lucem Deus fieri juſſit: quæ cum effulſiſſet, conſiderata tota materia, diſcrevit lucem à tenebris: & his nomen impoſuit noctem, illam vero diem appellavit, veſperæ & manè vocabulo exordiis lucis & quietis indito. Atque hæc quidem prima dies extitit, Moyſes autem unam eam dixit. Cujus cauſam poſſem equidem & nunc reddere: ſed quoniam promiſi, me omnium cauſas proprio volumine conſcriptas editurum, in illud tempus hanc quoque rationem differam. Poſt hæc ſecunda die cœlum univerſitati rerum ſuperimpoſuit, diſcretum à cæteris, & in ſublimi per ſe collocatum, glacieque circumpactum, & humida ac pluvia natura ob terram irroratione juvandam, competenter temperatum. Tertia vero terram ſtatuit, mari undequaque circumfuſam: eademq; die continuo plantæ ſimul & ſemina è terra ſunt exorta. Quarta verò cœlum Sole ac Luna aliisq; ſiderib' exornavit, mandato eis dato, ut ſuo motu & meatu temporum anni revolutionem manifeſte indicarent. Quinta vero die animantia, tum natatilia, tum per ſublime volantia, per altũ perque aërẽ dimiſit, copulata prius & ad congreſſus genituræ cauſa comparata, qvo genus eorũ creſceret ſimul ac multiplicaretur. Sexta autem die quadrupedum genus condidit, maſculo & fœmineo ſexu diſtinctum: in hac vero hominem etiam finxit, atq; ita mundum ſex diebus univerſum, & omnia, quæ mundo continentur, Moyſes facta eſſe dicit: ſeptima autem requieviſſe Deum, & ab operibus ceſſaviſſe, quamobrem etiam nos vacationem à laboribus per hanc diem celebramus, appellantes eam ſabbatum: quæ vox requiem Hebræorum lingua ſignificat. Quin etiam naturam interpretari poſt ſeptimam diem Moyſes incepit, de hominis fabricatione in hunc modum diſſerens:

Ανότητος. ὅσα δ' ἐξ ἀθρόας λέγεσθαι συνέφερεν, ταῦτα ῥητῶς ἐμφανίζοντος. τὰς μὴν βουλομένους καὶ τὰς αἰτίας ἑκάστου σκοπεῖν, πολλὴ γνῶσις ἂν ἡ θεωρία, καὶ λίαν φιλόσοφος. ἰὼ ἐγὼ νῦν ὑπερβαλοῦμαι. δεῖ γὰρ διδόντος ἡμῖν χρόνον, πειράσεσθαι μὴ παύτλαν γράψαι τῶν πραγμάτειαν. τρέψομεν δὴ ἤδη τὸν λόγον ἐπὶ τὰς ἀφηγήσιν τῶν πραγμάτων, μνησθέντες πρότερον ὧν ἔφη τῆς τοῦ κόσμου κατασκευῆς, ἅπερ Μωϋσῆς παῦτα ἐν ταῖς ἱεραῖς βίβλοις οὕτως γεγραμμένα, ἔχειν ἔστω.

Τὶς ἡ τοῦ κόσμου σύνεσις, καὶ ἡ διάταξις τῶν στοιχείων.

Κεφάλαιον β'.

ΕΝ ἀρχῇ ἔκτισεν ὁ θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν. ταύτης ἦν ὄψιν οὔπω ἐρχομένης. ἀλλὰ βαθεῖ μὲν κρυπτομένης σκότει, πνεῦμα δ' αὐτὴν ἀνωθεν ὑπιόντος, γλυκὺς φῶς ἐκέλευσεν ὁ θεός. καὶ γλυκαίνετο τότε, καταινοήσας τὸ ὑλην ὕλην, διαχωρησε τοῦ φῶς, καὶ τὸ σκότος. καὶ τῷ μὲν ὄνομα ἔθετο νύκτα, τὸ δὲ ἡμέραν σκάλεσεν, ἑσπέραν τε καὶ ὄρθρον τὴν ἀρχὴν, καὶ τὴν ἀνάπαυσιν προσαγορεύσας. ἡ μὲν πρώτη ἡμέρα, Μωϋσῆς δ' αὐτὴν μίαν εἶπε. τὴν δ' αἰτίαν ἱκανὸς μὲν εἰμὶ ἀποδῶναι καὶ νῦν, ἔτι δ' ὑπέχημι τὴν αἰτιολογίαν ἁπάντων ἰδίᾳ συλλεγράψασθαι δεδώσῃ, εἰς τότε καὶ τὴν αὐτὴν ἑρμηνείαν ἀναβαλλόμενος. μὴ δὴ τοῦτο τῇ δευτέρᾳ τῶν ἡμερῶν, τὸν ἀέρα πᾶς ὅλοις ὑπιπτήσιν, καὶ αὐτὸν ἀπὸ τῶν ἄλλων διακρίνας, καθ' αὑτὸν ἠξίωσε τετάχθαι, κρύσταλλόν τε προσκήξας αὐτῷ καὶ νότον αὐτὸν καὶ ὑετώδη πρὸς τὸ ἀπὸ τῆς θρόσων ὠφέλειαν ἁρμονίως τῇ γῇ μηχανησάμενος. τῇ δὲ τρίτῃ, ἵνα τὴν γῆν, ἀναχέας πρὸς αὐτὴν τὴν θάλασσαν, κατ' αὐτὸν ἦν τὴν ἡμέραν δὴ καὶ φυτά τε καὶ σπέρματα γῆθεν ἀνέτειλεν. τῇ δὲ τετάρτῃ, διακοσμεῖ τὸν ἀέρα ἡλίῳ καὶ σελήνῃ καὶ πᾶς ἄλλοις ἄστροις, κινήσας αὐτοῖς ὑπισθέλας καὶ δρόμους, οἷς ἂν καὶ τῶν ὡρῶν προφοραὶ φανεραὶ σημήνοιντο. πέμπτη δὲ ἡμέρα, ζῶα τε κατ' αὐτὴν νηκτά τε καὶ μετάρσια, τὰ μὲν κῆ βάθους, τὰ δὲ ἀέρος ἀνῆκεν, σωθησόμενος αὐτὰ κοινωνίᾳ καὶ μιᾷ γονῇ ἕνεκα, καὶ δ' σωαυξάνεσθαι καὶ πολυνάζειν αὐτῶν τὴν φύσιν. τῇ δ' ἑκτῇ ἡμέρᾳ, δημιουργεῖ τὰ τῶν τετραπόδων γένη, ἄρρεν τε καὶ θῆλυ κτίσας. ἐν ταύτῃ δὴ καὶ τὸν ἄνθρωπον ἔπλασεν, καὶ τὸν κόσμον ἐν ἓξ τοῖς πάσαις ἡμέραις Μωϋσῆς καὶ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ φησι γεγενῆσθαι. τῇ δ' ἑβδόμῃ ἀναπαύσασθαι καὶ λόγων ἄσχετον ἀπὸ τῶν ἔργων σχεῖν μαν. ὅθεν καὶ ἡμεῖς σχολὴν ἀπὸ τῶν πόνων τῇ αὐτὴν ἑορτάζομεν τὴν ἡμέραν, προσαγορεύοντες αὐτὴν σάββατα. δηλοῖ δ' ἀνάπαυσιν τῇ Ἑβραίων διάλεκτον τὸ ὄνομα. καὶ δὴ καὶ φυσιολογεῖν μωϋσῆς τὴν ἑβδόμην ἤρξατο περὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου κατασκευῆς, λέγων οὕτως, ἔπλασε-

ἔπλασε ὁ θεὸς τὸν ἄνθρωπον χοῦν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ πνεῦμα ἐνῆκεν αὐτῷ, καὶ ψυχήν. ὁ δὲ ἄνθρωπος ἐστὶν Ἄδαμος ἐκλήθη. σημαίνει δὲ τοῦτο κατὰ γλῶτταν τὴν Ἑβραίων πυῤῥόν, ἐπειδήπερ ἀπὸ τῆς πυῤῥᾶς γῆς φυραθείσης ἐγένετο. τοιαύτη γάρ ἐστιν ἡ παρθένος καὶ ἀληθινή. παρέστησε δὲ ὁ θεὸς τῷ Ἀδάμῳ πᾶσαν τὴν ζῶσαν θηλεά τε καὶ ἄρσενα ἀποδείξας αὐτῷ. καὶ πᾶσιν ὀνόματα ἔθηκεν, οἷς ἔτι καὶ νῦν καλοῦνται. βλέπων δὲ τὸν Ἀδάμον οὐκ ἔχοντα κοινωνίαν πρὸς θῆλυ καὶ συνδιαίτησιν, οὐ δὴ καλὸν, ξενίζομενον δὲ ὅτι τοῖς ἄλλοις ζώοις οὕτως ἔχουσιν, μίαν αὐτοῦ κοιμωμένου πλευρὰν ἐξελὼν ἐξ αὐτῆς ἔπλασε τὴν γυναῖκα, καὶ ὁ Ἀδὰμ προσεχθέσαν αὐτῷ ἐγνώρισεν ἐξ αὐτοῦ γνωρίσας. ἦσαν δὲ καὶ τὴν Ἑβραίων διάλεκτον καλεῖται γυνή. τὸ δὲ ἐκείνης ὄνομα εὔα καλεῖται, σημαίνει δὲ τοῦτο πάντων τῶν ζώντων μητέρα. φησὶν δὲ τὸν θεὸν καὶ παράδεισον πρὸς τὴν ἀνατολὴν καταφυτεῦσαι παντοίῳ τῷ ἡλόῃ φυτῷ. ἐν τούτοις δέ ἐστιν καὶ τῆς ζωῆς τὸ φυτὸν, καὶ ἄλλο τὸ τῆς φρονήσεως, ᾧ διαγινώσκεται τί τε ἐστὶ τὸ ἀγαθὸν, καὶ τί τὸ κακόν. εἰς δὴ τὸν τε τὸν κῆπον εἰσαγαγὼν τὸν τε Ἀδάμον καὶ τὴν γυναῖκα, ἐκέλευσεν τῶν φυτῶν ἐπιμελεῖσθαι. ἄρδεται δὲ οὗτος ὁ κῆπος ἐκ τοῦ ἑνὸς ποταμοῦ, πᾶσαν δὲ κύκλῳ τὴν γῆν περιῤῥέοντος, ὃς εἰς τέτταρας μέρη σχίζεται. καὶ ὁ μὲν Φεισὼν ὀνομαζόμενος, σημαίνει δὲ ἑρμηνευθὲν τὸ ὄνομα, ἐπὶ τὴν ἰνδικὴν φερόμενος ἐκδίδωσιν εἰς τὸ πέλαγος, ὑφ' ἑλλήνων μεγίστης λεγόμενος. εὐφράτης δὲ καὶ τίγρης ἐπὶ τὴν ἐρυθρὰν ἄπεισιν θάλασσαν. καλεῖται δὲ ὁ μὲν εὐφράτης φορά. σημαίνει δὲ ἤτοι σκεδασμὸν ἢ ἄνθος. τίγρης δὲ, δηλαδὴ ἐξ οὗ φράζει τὸ μὴ στενὸν ὀξύ. γεὼν δὲ διὰ αὐτῆς αἰγύπτου ῥέει. δηλοῖ δὲ τὸν ἀπὸ τῆς ἀνατολῆς ἀναδιδόμενον ἡμῖν, ὃν δὴ νεῖλον ἕλληνες προσαγορεύουσιν. ὁ δὴ θεὸς τὸν Ἀδάμον καὶ τὴν γυναῖκα τῶν μὲν ἄλλων φυτῶν ἐκέλευσε γεύεσθαι, ἀπέχεσθαι δὲ τῆς φρονήσεως ἀπεῖπεν δὲ αὐτοῖς, ἐλεύθερον γενησόμενον. ὁμοφρονούντων δὲ κατ' ἐκεῖνον καιρὸν τῶν ζώων ἁπάντων, ὅθεν συνδιατρίβουσιν τῷ τε Ἀδάμῳ καὶ τῇ γυναικὶ, φυσικῶς μὲν ἔχειν, ἐφ' οἷς αὐτοὺς δεδαιμονήσειν ὤετο, πεπισμένους τοῖς τοῦ θεοῦ προστάγμασιν. οἰόμενος δὲ συμφορᾷ περιπεσοῦσθαι προσκούσαντας, ἀναπείθει κακοήθως τὴν γυναῖκα γεύεσθαι τοῦ φυτοῦ τῆς φρονήσεως, ἐν αὐτῷ λέγων εἶναι τὸ τε τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τοῦ κακοῦ διάγνωσιν, οὐ χαριζόμενος αὐτοῖς, μακάριον, καὶ μηδὲν ἀπολείποντα τοῦ θείου διάξειν βίον. ἐπαγορεύσασα μὲν οὕτω τὴν γυναῖκα τῆς ἐντολῆς τοῦ θεοῦ καταφρονήσασαν γενομένην ἢ τοῦ φυτοῦ, καὶ ἡδέσθησαν τὸ ἐδέσμασι, ἐπὶ τὸν Ἀδάμον ἀπέπεισεν αὐτῷ χρήσασθαι. ἐπὶ συνίσασιν ἑαυτῶν ἤδη γεγυμνωμένων, καὶ σκέπην ἑαυτοῖς ἐπινοούσιν. τὸ γὰρ φυτὸν ἐζήτουν καὶ διανοίας ὑπῆρχεν. φύλλοις οὖν αὐτὰς συκῆς ἐσκέπασαν. καὶ πῦρ τῆς αἰδοῦς περιβαλλόμενοι, μᾶλλον ἐδόκουν δεδαιμονεῖν, ὡς ὧν πρότερον ἐπαισχύνοντο ἐφάντες. τοῦ θεοῦ δὲ εἰς τὸν κῆπον ἐλθόντος, ὁ μὲν Ἀδὰμ οὐ πρότερον εἰς ὁμιλίαν αὐτῷ φοιτῶν, συνιδὼς αὐτῷ τὴν ἀδικίαν, ἐπεχώρει. τὸν δὲ θεὸν ἐξαίνιζεν τὸ πρᾶγμα, καὶ τὴν αἰτίαν ἐπυνθάνετο, δι' ἣν πρότερον ἡδόμενος τῇ πρὸς αὐτὸν ὁμιλίᾳ, νῦν φεύγει κἀκείνου καὶ πρὸς τὸ συγγινώσκειν αὐτῷ προσκαίοντι τοῦ τοῦ θεοῦ ἐντολὴν καὶ πρόσταξιν, ἀλλ' ἐμοὶ μὲν, εἶπεν ὁ θεὸς ἔγνωσται σοὶ ὑμῶν, ὅπως βίον δεδαίμονα καὶ κακοῦ παντὸς βιώσεσθε ἀπαθῆ,

A Finxit Deus hominem humo telluris ſumpta, immiſitq; in eum ſpiritum & animam: homo autem hic vocatus eſt Adamus. ſignificat autem hoc Hebræorum lingua rufum: quandoquidem è rufa humo fermentata eſt factus. talis enim eſt intacta terra & vera. Statuit autem Deus coram Adamo diverſa animalium genera, tam maſculina quam fœminina ei oſtendens: qui eis nomina indidit, quibus hodie quoque nominantur. Videns autem Adamum carentem ſocietate & victu fœminæ (nondum enim erat) mirantemq;, quod reliquæ animantes ita ſe haberent: ſopito illi coſta una exempta, mulierem ex ea formavit: moxq; ut eſt adducta, ex ſe productam Adamus agnovit. Iſſa autem Hebræorum lingua vocatur mulier. hujus autē nomen erat Eva, id ſignificat matrem omnium viventium. Narrat præterea Deum hortum ad Orientem plantaſſe omni virenti planta: & in his fuiſſe arborem vitæ, & aliam ſcientiæ, per quam dignoſceretur bonum à malo. in hunc hortum cum introduxiſſet Deus Adamum cum uxore, juſſit eos plantarum curam habere. Rigatur autem hic hortus ab uno amne, univerſam in circuitu terram luſtrante, qui in quatuor diverſos alveos finditur. Horum qui Phiſon nominatur (ea vox multitudinem ſignificat) ad terram Indiam delatus, in illud ſe pelagus exonerat, Græcis Ganges appellatus. Euphrates autem & Tigris in rubrū mare exeunt: qvorū Euphrates vocatur Phora, id ſignificat vel diſperſionem vel florem. Tigris autē Diglath, quod interpretatur anguſtus ſimul & velox. Geon autem Ægyptum mediam ſecat: id nobis ab Oriente exortū ſignat, quem Græci Nilum appellare ſolent. Porro Deus Adamum & uxorē de cæteris plantis guſtare juſſit, una arbore ſcientiæ ſolum illis interdixit, præmonitis, ſi attigerint, confeſtim exitium eis affuturum. Cum autem per id tempus nullum eſſet inter animalia diſſidium, & ſerpens familiariter cum Adamo ac uxore degeret, invidebat eis felicitatem venturam, ſi juſſis Dei parere perſeverarent: & ratus, in calamitatem caſuros, ſi mandata neglexiſſent, malitioſe perſuadet mulieri, ut de arbore ſcientiæ guſtaret, aſſeverans, ineſſe ei vim dignoſcendi boni ac mali: de qua ſi guſtaſſent, beatam nihiloque deteriorem quam Deum vitam acturos. atque hoc pacto mulierem ſubvertit, ut mandatum Domini contemneret: quæ, guſtato arboris fructu, ciboque hoc delectata, etiam Adamo uſum ejus perſuaſit. jamque ſe nudos eſſe ſentiebant, & de tegmento ſibi diſpiciebant. arbori enim acuminis & cogitandi vis inerat. Foliis igitur ficulneis ſeſe texerunt, atque ita convelatis pudendis, videbantur ſibi feliciores, qui inveniſſent, qvo prius carebant. Mox cum Deus in hortum veniſſet, Adamus antea familiariter cum Deo colloqui ſolitus, conſcius ſibi injuſtitiæ ſecedebat. Deus autem miratus cauſam, ſcitabatur, quid ita, prius delectatus ſua conſuetudine, nunc fugitaret ac latitaret. Illo vero tacente præ conſcientia non ſervati præcepti, Deus ita infit: Equidē proſpexerā vobis, qvomodo vitam felicem omnisq; mali expertē viveretis,

Geneſ. 2.

Geneſ. 3.

nulla nova cura in animo solicitati, omnibus quæcunque ad usum ac voluptatem conferunt, sua sponte vobis provenientibus, mea unius providentia citra omnem vestrum laborem aut solicitudinem: quibus fruentes vos neq; senectus celeriter opprimeret, & vita diuturna quam longissime proferretur. tu vero hanc meam sententiam ludibrio habuisti, mandato meo contemto. non enim propter bonum aliqvod taces, sed propter malam conscientiam: quare & senectus ocyor superveniat, & vita vestra minus sit diuturna. Adamus autem excusabat peccatum, & iram Dei deprecabatur, culpam in uxorem referens, & dicens, ab illa deceptum se peccavisse: at illa serpentem accusabat. Tum Deus muktavit eum, quod muliebri consilio cessisset: terramque nullos posthac fructus sponte proferre jussit: laborantibus autem & opere attritis alia dare, alia negare. Evam autem parturitionibus & hoc genus doloribus castigavit, eo quod ipsa à serpente decepta Adamum eisdem dolis illectum in calamitates conjecisset. quin & serpenti vocem ademit, iratus ob malitiam, qua erga Adamum est usus: venenumq; linguæ ejus indidit, & hostem eorum declaravit: admonuitque, caput ejus plagis impetendum esse, tum quod in hoc pernicies hominis sita sit, tum quod ipsa bestia hoc pacto facillime opprimatur: ad hæc pedibus privatum trahi per terram, ac volvi fecit. His pœnis impositis, Deus Adamum & Evam ex horto in aliam regionem transtulit.

CAP. III.

De posteritate Adami, & decem ætatibus usque diluvium.

Genes. 4. NAti sunt autem eis & filii mares duo, horum prior appellatus est Cain, quod interpretatur acquisitio: Abel autem secundus, ea vox luctum significat. Natæ sunt eis etiam filiæ. Hi fratres suis quisq; studiis intenti erant. Abel justitiam colebat, & omnibus actionibus suis Deum præsentem ratus, virtuti operam dabat. pastoralis autem ejus erat vita. Cain vero, qvum alioqvin etiam pessimus esset, lucrumq; solum spectaret, terram quoq; arare primus excogitavit: ac postremo fratrem etiam interemit tali de causa. Qvum visum eis esset sacrificare Deo, Cain agri & arborum fructus obtulit, Abel lac & primogenita pecorum. Hujus sacrificium Deo fuit acceptius, qvod sponte naturæ genitis constaret, quam ea, quæ homo avarus & industrius per vim quandam à natura extorserat. Ideo Cain ægre ferens, prælatum sibi à Deo Abelem, interfecit fratrem, &, cadavere ejus abdito, rem clam fore putabat. Qvo cognito, Deus venit ad Cain, rogans de fratre, ubinam esset? multis enim diebus se non vidisse eum, quem reliquo omni tempore cum ipso versari animadvertisset. Tum Cain anxius, nec habens, qvod responderet Deo, primum se qvoque demirari ait, qvi factum sit, qvod frater nusquam compareat. Instante vero Deo, & accuratius inquirente, jam commotior negavit se pædagogum fratris, aut rerum ejus observatorem esse. Tum Deus coar-

Ἀμηδεμιᾷ ξενιζόμενοι τὴν ψυχὴν φροντίδι, πάντων δ' ὑμῖν αὐτομάτων ὅσα πρὸς ἀπόλαυσιν καὶ ἡδονὴν συντελεῖ χ̄ τὴν ἐμὴν ἀνίοντων πρόνοιαν χωρὶς ὑμετέρου πόνου καὶ ταλαιπωρίας. ὧν παρόντων γήρας τάχιον οὐκ ἂν ἐπέλθοι, καὶ τὸ ζῆν εἰς μακρὸν ἂν ὑμῖν χρόνοι. νῦν δ' εἰς ταυτην μὲ τὴν γνώμην ἐνύβρισας ὠλιγωρήσας τῶν ἐμῶν ἐντολῶν, οὐ γὰρ ἐπ' ἀρετῇ τὴν σιωπὴν ἄγεις, ἀλλ' ὅτι συνειδὼς πονηρὸν. Ἄδαμος δ' ἠπιστεῖτο τὴν ἁμαρτίαν αὐτὸν, καὶ παρεκάλει τὸν θεὸν μὴ χαλεπαίνειν αὐτῷ, τὴν γυναῖκα τὸ γεγονὸς αἰτιώμενος, καὶ λέγων ὑπ' αὐτῆς ἐξαπατηθεὶς ἁμαρτάνειν. ἡ δ' οὐ κατηγόρει τὸ ὄφεως. ὁ δὲ θεὸς ἡδονὴν γυναικὸς συμβουλῆς αὐτὸν ἡγούμενον ὑπεύθυνα τιμωρίᾳ, τῷ γὰρ οὐκ ἐπὶ μὴ αὐτῆς τὰ ἑαυτῆς ἀναδώσειν αὐτομάτως εἰπών, πονεῖσθαι δὲ καὶ τοῖς ἔργοις τρυχομένοις, τὸ μὲν παρέχειν, τὸ δὲ οὐκ ἀξιώσειν. ὅθεν ἡ τεκοῦσα καὶ ταῖς ἐξ ὠδίνων ἀλγηδόσιν ἐκόλαζεν, ὅτι τὸν Ἄδαμον οἷς αὐτῷ ὁ ὄφις ἐξηπάτησεν, τούτοις ὠδαχρυσαμβύῃ συμφορᾷς ὑπέβαλεν. ἀφῄλετο δὲ καὶ τὸν ὄφιν τῆς φωνῆς, ὀργισθεὶς ὅτι κακοηθείᾳ τῇ πρὸς τὸν Ἄδαμον, ἓν ἰὸν ἐντίθησιν τῷ τ γλώττῃ αὐτῷ, πολέμιον ἀποδείξας αὐτῆς, καὶ ὑποσπείρων χ̄ τὰ κεφαλῆς φέρειν τοὺς πλησίον ὡς ἐν σκέψει τοῦτο κακοῦ ὂν πρὸς ἀνθρώπους κειμένοις, καὶ τῆς πλάσεως τοῖς ἀμυνομένοις ἐπιμένοις. πεδῶν τε αὐτὸν ἀποστερήσας, σύρεσθαι χ̄ τ γῆς εἱλκυσμένον ἐποίησε. καὶ ὁ μὲν θεὸς ταῦτα προστάξας αὐτοῖς πάσχειν, μετῳκίζει τὸν Ἄδαμον καὶ τ Εὔαν ἐκ ὃ κήπου εἰς ἕτερον τόπον.

Κεφάλαιον γ'.

Περὶ γήρως Ἀδάμου καὶ τῶν αὐτοῦ δέκα γενεῶν τῶν μέχρι τ̄ κατακλυσμοῦ.

Γίνονται δ' αὐτοῖς καὶ παῖδες ἄρρενες δύο. προσηγορεύθη δ' αὐτῶν, ὁ μὲν πρῶτος, Καΐν. κτῆσιν τοῦτο σημαίνει μεθερμηνευόμενον τὸ ὄνομα· Ἄβελος δ', ὁ δεύτερος, σημαίνει δ', πένθος τοῦτο. γενόμενοι δ' αὐτοῖς καὶ θυγατέρες. οἱ μὲν οὖν ἀδελφοὶ ἐχρῶντο τῇ παιδεύσει. Ἄβελος μὲν δὴ ὁ νεώτερος δικαιοσύνης ἐπεμελεῖτο, καὶ πᾶσιν τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πραττομένοις παρεῖναι τὸν θεὸν νομίζων, ἀρετὴ προσεῖχετο. ποιμνικὸς δ' ἦν ὁ βίος αὐτοῦ. Καΐν δ', ἅτε ἄλλα τε ἐπηρμένος, καὶ πρὸς τὸ κερδαίνειν μόνον ἀποβλέπων, γῆν τε ἀρόσει ἐπινόησεν πρῶτος. καὶ κτείνει καὶ τ ἀδελφὸν αὐτοῦ ἐκ τοιαύτης αἰτίας. θύσαι τῷ θεῷ δόξαν αὐτῷ, ὁ μὲν Καΐν ἀπὸ τ γεωργίας καὶ τῶν φυτῶν καρπὸν ἐπήνεγκεν. Ἄβελος δ' ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων τῶν βοσκημάτων. ὁ θεὸς δ' ταύτῃ μᾶλλον ἤδεται τῇ θυσίᾳ, τοῖς αὐτομάτοις καὶ κ̄ φύσιν γεγονόσιν τιμῶμενος, ἀλλ' οὐχὶ τοῖς κατ' ἐπίνοιαν ἀνθρώπου πολεονεκτοῦσι κ̄ βίαν πεφυκόσιν. ἐνθεν ὁ Καΐν ὠδαξυνθεὶς ἐπὶ τῷ προτετιμῆσθαι τὸν Ἄβελον ὑπὸ τ θεοῦ, κτείνει τὸν ἀδελφόν. καὶ τὸν νεκρὸν αὐτοῦ ποιήσας ἀφανῆ, λήσειν ὑπελάμβανεν. ὁ δὲ θεὸς σαφὴς τὸ ἔργον ἦλθεν πρὸς τὸν Καΐν, σοῦ τ ἀδελφοῦ πυνθανόμενος, ποῦπου ἂν. πολλῶν γὰρ ἡμερῶν οὐκ εἶδεν αὐτὸν, τὸν ἄλλον χρόνον ἅπαντα μετ' αὐτοῦ βλέπων αὐτὸν ἀναστρεφόμενον. ὁ δὲ Καΐν ἀπορούμενος, καὶ οὐκ ἔχων ἔτι λέγειν πρὸς τὸν θεὸν, ἀμηχανῶν μὲν καὶ αὐτὸς ἔφασκεν τὸ πρῶτον, ὅτι τ ἀδελφῷ μὴ βλεπομένῳ. παροξυνθεὶς δ' τ θεοῦ λιπαρῶς ἐγκειμένου καὶ πολυπραγμονοῦντος, οὐκ εἶναι παιδαγωγὸς οὐδὲ φύλαξ αὐτοῦ, καὶ τῶν ὑπ' αὐτοῦ πραττομένων ἔλεγεν. ὁ δὲ θεὸς πιστεῦσαι ἠλέγχειν ἤδη τὸν

Καΐν

καὶὼ φονέα τοῦ ἀδελφοῦ γενόμενον. καὶ δικαιολογουμένου, εἰ τοῦ ἀνδρὸς ἀγνοεῖς ἐπεῖν τι γέγονεν, ὃν αὐτὸς ἀποκαλέσας τ μὲν ἦν ὅτι τοῦ φόνου τιμωρίας αὐτὸ ἀφέλ, ἱκέσιον τὸ ὑποτελέσαντα· καὶ δι' αὐτῆς ἱκετεύσαντα μὴ λαβεῖν ὁρμὴν ἐπ' αὐτῷ καλεπωτέραν. ἐφοβεῖτ δ' αὐτ ἐπάθει, ἕ τοὺς ἐκγόνους αὐτοῦ τιμωρίαν κ τετάσθαι ἀπείλησε γενεάν. κ τ γῆς ἐκείνης αὐτὸν ἐξέβαλλε σὺν τῇ γυναικί. ὃ δ, μὴ θηρίοις ἀλώμενον ἔρημοι δεδιότ; καὶ τὸν ἀποκτ τ πρόσω, ἐκέλευε μηδὲν ὑφορᾶσθαι σκυθρωπὸν ὑπὸ τοιαύτης αἰτίας, ἀλλ' ἕνεκα ἔ. μηδὲν αὐτῷ ἐκ θηρίων γένοιτο δεινόν, ἀλλ' πάσης ἀδείας χωρεῖν γῆς, καὶ σημεῖον ὑπέβαλεν ὡς γνωριοῦν ἂν ἐφ' ᾧ προστάξειν ἀπόντι. πολλὰ δ' ἐπελθὼν γῆν, ἱδρύε μ τ γυναικὸς κάτω, ἣν δὰ τόπον ἔτω καλούμενον, καὶ αὐτόθι ποιε τ κατοίκησιν, ἔνθα αὐτῷ καὶ παῖδες ἐγένοντο. οὐκ ὀπὶ νεότητ τ κόλασιν ἔλαβεν, ἀλλ' ἐπ' αὐξήσει τῆς κακίας, ἡδονὴν μὲν πᾶσαν ἐκπορίζων αὐτ τῷ σώματι, καὶ μὴν ὕβρεως τῶν παρόντων δεῖ παύτῃ ἔχειν. αὔξων τ οἶκον πολλῶν χρημάτων ἐξ ἁρπαγῆς ἕ βίας, πρὸς ἡδονὴν ἕ λησίων τὰς τυγχάνοντας ἀθροίζων κακῶν, διδάσκαλ αὐτῆς πονηρῶν ὑπῆρχεν ὀπιτηδευμάτων. καὶ τ ἀπραγμοσύνην μὲν ἡ πρόσθεν σωζόντων οἱ ἄνθρωποι μέτρων ὀπιτρέπειν καὶ ταθμῶν μετεποιήσατο, ἀκέραιον αὐτοῖς ὄντα τ βίον, ὑπ τ πάντων ἀμαθίας, καὶ μεγαλόψυχον εἰς πανουργίαν ἀναγωγήν. ὅρους τε γῆς πρῶτ ἔθετο, καὶ πόλιν ἐδείματο, καὶ τειχεσιν ἰσχύρωσεν εἰς ταὐτὸ συναθροῖσαι τοὺς ἐπιχωρίους καταναγκάσας. καὶ τ πόλιν τ παύτην λπὸ ἐνώσου τ πρωτοτόκου παιδὸς, ἐνῶσαν ἐκάλεσεν. ἐνῶσαν τ ἱαρέδ ἰόντος ἰὼν. ὑπ τ πάντα μαλέληλ, οὗ γενε τ παῖς μαθουσάλας. τοῦ τ λάμεχ, ᾧ παῖδες ὑπῆρξαν ἑπτὰ καὶ ἑβδομήκοντα, ἐκ δύο γυναικῶν αὐτοῦ φύντες, σελλᾶς, καὶ ἀδᾶς. πάντων ἰώβηλ μὲν ἐξ ἀδᾶς γεγονὼς, σκηνὰς ἐπήξατο, καὶ ποιμαίαν ἠσκήσεν. ἰουβαλ τ ὁμομήτριος ὢν αὐτῷ, μουσικὴν ἤσκησε καὶ ψαλτήριον καὶ κιθάραν ἐπεύρεσε. τοῦβελ τ ἑτέρας γεγονότων ἰσχὺϊ πάντας ὑπερβάλλων τὰ πολεμικὰ διαπρεπῶς μετῆλθεν, ὑπ τούτων καὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν τῷ σώματι ὑπουργίζων, χαλκοῦν τε πρῶτ ἐπεύρεσε, πατρὸς τὰ ἡγητῆρος ἡμῶν νααμᾶς ὀνόματι. ἐπὶ τ ὁ λάμεχ τὰ δύο συμφώνως ἐξεπιτέμνων, ἑώρα δίκην αὐτ ὑφέξοντα τ κάτ ἀδελφοκτονίας, τὸ τ ἑαυτῷ γυναιξὶν ἐπίπονον φανερόν. ἔτι τ ζῶντ ἀδάμου, καίτοι πυκνὰ παραστάντος σωτῆρα ἡμῶν τ ἀδαδοχὴν ἕ μίμησιν, ἄλλον ἄλλα χείρονα πλάττωντα, πρὸς τὰ πολέμου ἔχον ἀκράτως καὶ πρὸς ληστείαν ὡρμήκεσαν. ἀλλ' ὅ ἐκ τῆς ἐκπύρου ἔσχε πρὸς τὸ φονεύειν καὶ ἄλλην ὀπόνοιαν, ἐν θρασεῖ ὑβρίζων κ πολεμικτῶν. ἀδαμ τ ὁ πρῶτ ἐκ γῆς ἠνυσμένος, ἀπαιτεῖ γὰρ ἡ διήγησις τ πρὸς αὐτὸν λόγον, ἀβέλου μὲν ἐσφαγμένου, καΐν τ ἀδελφοκτόνον φόνον πεφευγότος, παιδοποιίας ἐφρόντιζε. καὶ δεινῶς ἔσχεν αὐτ ἡμέρας ἐρως, ἔτη τριακοντα ἤδη κ ἑξακόσια ἡνυκότι τ βίου· πρὸς οἷς ἕτερα ζήσας ἑπτακόσια πολλά. γόνου τ μὲν οὖν παῖδες αὐτῷ, ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ σηθ. ἀλλὰ πρὸ μὲν τῶν ἄλλων, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν, παράσομαι τ μόνα τὰ τῶν ὑπὸ σὴθ γενομένων διελθών. προφὰς γὰρ ἔτ, καὶ παρελθὼν εἰς ἡλικίαν ἤδη τὰ καλὰ κρίνειν δυνάμ δρεπτὸν ἐπιτήδευσε. καὶ ἡμέρ αὐτὸς ἄλλ μιμητὰς αὑτῷ τοὺς ἀπογόνους κατέλιπεν. οἱ δὲ πάντες ἀγαθοὶ φύσας,

A guit Cain parricidii, mitari se dicens, qvod negaret se quicquam de fratre scire, quem ipse interemisset. & supplicium quidem qvod cæde commeruerat, ei remittit, sacrificio placatus, ne gravius in supplicem sæviret: sed male ominatus ei, & posteris ipsius, usque septimam progeniem puniturum se est comminatus: & ex illa regione extorrem una cum uxore fecit. Illo autem timente, B ne oberrans in feras incideret, atque ita periret, securum esse jussit, quod ad hoc periculum attinet, & impavide terras peragrare: & signo, ei indito, qvo nosci posset, abire procul jussit. Cain autem multas regiones una cum uxore emensus tandem Naida condidit: id loci nomen est: atq; illic sedem optavit, ubi etiam liberos procreavit. Cæterum tantum abfuit, ut hac castigatione in melius vitam mutaverit, ut pejor etiam sit factus, suis voluptatibus vel cum aliorum injuria indulgens: & facultates domesticas per vim ac rapinas accumulans, accitis undecunque latrociniorum & nequitiæ sociis, magister illis ad facinorosam vitam est effectus. Adhæc simplicem hactenus vivendi rationem, excogitatis mensuris & ponderibus immutavit, pristinamq; sinceritatem & generositatem ignaram talium artium in novam quandam versutiam depravavit. Primus agrorum terminos fixit, urbemque extructam & communitam coactis in unum domesticis & clientibus inhabitandam tradidit. Enosæ nomine impositio ab Enoso liberorum natu maximo. Is Jaredum genuit ex qvo Malalehel, & ex eo deinceps Mathusala est progenitus. huic Lamechus fuit filius, qui liberos habuit septuaginta & septem, ex duabus susceptos uxoribus, Sella & Ada. Ex his Jobel ex Ada natus, tabernaculis E constructis, pastorali cultu ac victu fuit contentus. Jubal vero germanus ejus musicæ operam dedit, psalteriumq; & citharam invenit. Thobel autem unus ex altera uxore prognatorum viribus excellens rem militarem egregiè tractavit, cujus artibus & opes ampliores, & victum lautiorem sibi comparavit. quin & æreriam primus est commentus, & filiæ factus est pater unius, nomine Naamæ. Porro Lamechus divini juris non F imperitus, videns pœnas se exoluturum parricidii à Caino perpetrati, uxoribus suis hoc indicavit. Cæterum, superstite etiam tum Adamo, Caini soboles sceleratissima evasit, dum posterior qvisq; fit deterior, nec solum imitatur priorum vitia, sed & superat, interim nec à bellis, nec à latrociniis temperando: & qui à cædibo abstinebant, alioquin avare & superbè inter suos vivebant. Adamus autem, qui primus è terra factus, ut ad illum oratio nostra recurrat, postea- G quam Abel esset mactatus, & Cain propter cædem solum vertisset, procreandis liberis operam dedit, quod magno prolis desiderio teneretur, annos jam natus triginta supra ducentos: quibus cum accessissent septingenti, tandem vita defunctus est. ex hujus liberis, quos complures habuit, fuit etiam Sethus. sed quia de aliis longum esset narrare, de solo Setho mentionem faciam. hic à patre educatus, ubi eo ætatis venit, ut jam, quod rectum est, discernere valeret, virtutis studiis se totum dedidit: & cum ipse vir optimus evasisset, etiam nepotes sui similes post se reliquit. qui quoniam erant omnes bona indole præditi,

& patriam absq; seditione incolebant, in perpetua felicitate vitam exegerunt. & sideralem scientiam ac cœlestium rerum cognitionem excogitaverunt. ne autem inventa sua ex hominum notitia dilaberentur, & prius perirent, quam pernoscerentur, scientes Adamum universalem rerum interitum præcecinisse, unum incendio, diluvio alterum, excitatis duabus columnis utriq; sua inventa inscripserunt: ut, si lateritiam diluvio deleri contingeret, lapidea superstes hominibus discendi copiam faceret, & quæ inscripta continebat, spectanda exhiberet. ajunt enim lapideam illam ab ipsis dedicatam, quæ & nostris temporibus extat in terra Syria.

CAP. IV.

De diluvio, & quomodo Noe in arca cum familia servatus habitarit in campo Senaar.

Genes. 5. 6. IN hunc modum per septem generationes perseveraverunt, unum Deum colentes omnium rerum Dominum, semperque virtutis respectum habentes. Procedente dein tempore à patriis institutis degenarunt, neque humana jura servantes, neque Deo consuetos honores persolventes. & qui prius certatim virtutem exercuerant, postea duplo majore studio malitiam consectabantur: atque ita Deum infensum sibi reddiderunt, nam multi angeli Dei cum mulieribus congressi progeniem procreaverunt insolentem, & fiducia roboris omne jus & fas contemnentem: quorum facinora non absimilia his, quæ de gigantibus Græci memorant, posteritati sunt tradita. Noë autem facta eorum molestè & indigne ferens, suadebat, ut in melius voluntates ac opera sua transmutarent: verum cum videret illos sibi non parere, totosque vitiorum dulcedini succumbere, veritus, ne & se & familiam suam interimerent, secedens cum suis in aliam regionem migravit. tum Deus viri justitia delectatus, non ejus solum seculi homines extremæ malitiæ damnavit: sed cum decrevisset, universum humanum genus extinguere, aliudque novum & à vitiis purum instaurare, primum vitam eorum breviore spatio circumscripsit, & abrogata longævitate, intra centum & viginti annos coercuit, dein continentem terram in pelagi faciem transmutavit, atque ita genus illud abolevit universum. Noe autem solus est servatus, divino oraculo viam evadendi & rationem edoctus talem: Arcam quatuor contignationum exstruxit longitudine cubitorum trecentorum, latitudine quinquaginta, patentem in altum cubitos triginta, in eam cum matre liberorum suorum, eorumque conjugibus conscendit: impositus prius, quæ ad vitam sustentandam forent usui, & omne genus animantibus ad seminarium conservandum jugatim pro sexus ratione introductis, & quibusdam ex his septenarium usque numerum. erat autem arca tam tecto quam lateribus firmis contra omnem vim tempestatum, & undarum insultum. In hunc modum servatus est Noe cum familia, gentis successione ab Adamo decimus. nam a Lamecho est genitus, cui pater fuit Mathusala. hic autem Enochi fuit filii Jaredi, Malahelo geniti, qui cum pluribus fratribus ex Cainane prognatus fuerat Enosi filio. Enosus vero Sethi filius erat, Adami nepos. contigit autem hæc vastitas anno ætatis Noe sexcentesimo, mense secundo,

γῆν τε τὴν αὐτῶν ἀσεσίαις κατοικήσαντες, ἀδεεστέρως μηδενὸς αὐτοῖς ἄχρι πλείστης δυσκόλου περιστάντος. σοφίαν τε τὴν περὶ τὰ οὐράνια καὶ τὴν τούτων διακόσμησιν ἐπινόησαν. ὑπὲρ ἣ δὲ μὴ διαφυγεῖν τοὺς ἀνθρώπους τὸ ἀφάνισμα, μὴ ἣ πρὸ εἰς γνῶσιν ἐλθεῖν φθορεῖσαι, στηλογραφοῦσιν ἀφανισμὸν ἀδάμιτον τῶν ὅλων ἐσεσθαι, τὴν μὲν κατ' ἰσχὺν πυρὸς, τὴν ἕτερον δὲ κατὰ βίαν ἐπομβρίαν ὕδατος, στήλας δύο ποιησάμενοι, τὴν μὲν ἐκ πλίνθου, τὴν δὲ ἐπ' ἐσχάρας ἐκ λίθων, ἀμφοτέρας ἐνέγραψαν τὰ ὑπομνήματα. ἵνα καὶ τῆς πλινθίνης ἀφανισθείσης ὑπὸ τὴν ἐπομβρίας ἡ λιθίνη μένουσα παράσχῃ μαθεῖν τοῖς ἀνθρώποις τὰ ἐγχεχαραγμένα δηλοῦσα. καὶ πλινθίναν δὲ ὑπ' αὐτῶν ἀναπεφηνάναι. μένει δ' ἄχρι νῦν δεῦρο κατὰ τὴν συριάδα.

Κεφάλαιον δ'.

Ὡς ὁ κατακλυσμὸς ἐγένετο, καὶ ἐν τρισὶν νηχθεὶς σταθοῖς λάρναξι μετὰ τῶν συγγενῶν κατῴκησεν ἐν τῷ σιναρῶ πεδίῳ.

ΚΑΙ ἔστι μὲν ἑπτὰ γενεὰς διέμειναν θεὸν ἡγούμενοι δεσπότην εἶναι τῶν ὅλων καὶ πάντα πρὸς ἀρετὴν ἀπεβλέποντες. ἔπειτα μεθίστανται καὶ χρόνῳ, μεταβάλλοντες πρὸς τὸ χεῖρον ἐκ τῶν πατρίων ἐθισμῶν, μήτε τὰς νενομισμένας τιμὰς ἐπὶ τοῦ θεῶ παρέχοντες, μήτε δὲ πρὸς ἀνθρώπους δικαίᾳ χαίρουσι λέγειν. ἀλλ' ἓν πρότερον εἶχον τῆς ἀρετῆς ζῆλοσιν, ἀνταλλάσσοντα τῆς κακίας τοῦτ' ἐπιδεικνύμενοι δι' ὧν ἔπραττον. ἔνθεν αὐτοῖς τὸ θεῖον ἐξεπολέμησαν. πολλοὶ γὰρ ἄγγελοι θεῶ γυναιξὶ συμμιγέντες, ὕβρεις ἐγέννησαν παῖδας, καὶ πάντα ὑπερόπτας καλοῦ, ἅτε τὸ θεῖον τῇ δυνάμει πεποίηκεν. ὅμοια τοῖς ὑπὸ γηγάντων πεπλασθῆναι λεγομένοις ὑφ' ἑλλήνων, καὶ ἔστι δράσεσιν ἀνάδικον. ὁ νῶχος ἣ τοὺς ὑπ' αὐτῶν πεπτωκότας δυσεραίνων καὶ ἀλγηδόνας ἔχων, ἔπειθεν ἐπὶ τὸ κρεῖττον τὰ βουλεύματα καὶ τὰς πράξεις μεταφέρειν. ἐρῶν δὲ οὐκ ἐπείθοντας ἀλλ' ἰσχυρῶς ὑπὸ τῆς ἡδονῆς τῶν κακῶν κεκρατημένους, θέλοντας καὶ μὴ φανίζεσθαι αὐτὸν μετὰ γυναικῶν καὶ τέκνων, καὶ τῶν τούτοις συναίκων, ἐξεχώρησε τῆς γῆς. ὁ ἣ θεὸς τοῦτον μὲν τὰ δικαιοσύνης ἠγάπησε. κατεδίκαζε ἣ οὐκ ἐπὶ μόνον τὰ κακίας, ἀλλὰ καὶ πᾶν ὅσον ἦν ἀνθρώπινον τοῦτο δόξαν αὐτοῦ ἀφθεῖραι, καὶ πεῖσαι γένος ἕτερον πατρίοις καθαρὸν ἀπημαμένους αὐτῶν τὸν βίον, ἐπὶ πᾶσιν ἐτῶν οὐδὲ ὅσα πρότερον ἔζων, ἀλλ' ἑκατὸν εἴκοσιν, εἰς ἐλάσσω τὸ ἥμισυ μεταβαλὼν. καὶ οἱ μὲν ἄτεως ἀφανίζοντες πάντες νῶχος ἣ σώζει μόνον, ὑποδεμένῳ μηχανὴν αὐτῷ ἐκ πρώτης τοῦ θεοῦ σωτηρίαν τοῦ θεοῦ, τοιάνδε λάρνακα κατασκευάσας, τὸ μῆκος πηχῶν τριακοσίων, πεντήκοντα ἣ τὸ πλάτος, καὶ τριάκοντα βάθος, εἰς πύργην σωτὴρ μητρὸς τῶν παίδων καὶ τῆς τούτων γυναικὸς ἐσέβη, τά τε ἄλλα ὅσα πρὸς τὰς χρείας αὐτοῖς ἐπιτηδείως ἐμέλλεν ἐν δέμνιον. ζῶά τε πατρία πρὸς διατήρησιν τοῦ γένους αὐτῶν, ἀρρενά τε καὶ θήλεα συνεισκαλόμενος, ἄλλα τε τούτων ἑπτάπλασίονα τὰ ἀριθμόν. ἦν δὲ ἡ λάρναξ τὸς τε τοίχους καρτερὰ ἐκ τοῦ ὀροφὴν, ὡς μηδαμόθεν ἐπικλύζεσθαι, μηδ' ἠπείλησεν τοῦ ὕδατος βίας. καὶ ὁ νῶχος μὲν οὕτω μετὰ τῶν οἰκείων διατοῦ ἐζωώθη, ἦν δ' αὐτὸς μὲν, ὡσὸ ἀδάμου δέκατος. λαμέχου γὰρ ἦν υἱὸς, οὗ πατὴρ ἦν μαθουσάλας. οὗτος ἣν τοῦ ἐνώχου ἐκ ἰαρέδου, μαλαήλου ἣ ἰαρέδος ἐγένοντο, οἷς ἐκ καΐνου γενόμενος σὺν ἀδελφοῖς πλείοσιν. ἐνώχου ἣ σὴθ υἱὸς ἦν τοῦ ἀδάμου. συνέβη ἣ τοῦτο τὸ πάθος κατὰ τὸν ἑξακοσιοστὸν ἔτος ἤδη νώχου τὰ ἀρχῆς, ἐν μηνὶ δευτέρῳ,

δὲ μὴν ὁ καὶ μακεδόνων λεγόμενος μαρσουάνης ὁ καὶ ἔρμιος. οὕτω γὰρ αἰγύπτιοι τὸν ἐναυτὸν ἤσαν διαπεχοντες. μωϋσῆς δὲ τὸν νισὰν ὃς ἐστὶ ξανθικὸς, μῆνα πρῶτον ἔθηκε· ἑορτάς τε ἄγεσθαι, καὶ τὰ πάτρια ἐξ αἰγύπτου τοὺς ἑβραίους διασῴζειν. ἔτος δ' αὖτε καὶ πρὸς ἁπάσας τὰς εἰς τὸ θεῖον τιμὰς ἦρχεν. ἔθηκε μὴν τοῦτο καὶ πράσεις καὶ τὰ ἄλλα διοικήσιν, τὸ πρῶτον κόσμον διαφυλάξαι. τοῦ δὲ ἐπομβρίαν ἄρξασθαι φησὶν ἑβδόμῃ καὶ πεντεκαιδεκάτῃ μηνὸς καὶ ἑκάδι. χρόνῳ δὲ ὕστερον ἐκ τούτου ἀδὰμ ὁ πρῶτος γεγονὼς ἐτῶν ὑπῆρχε διχιλίων ἑξακοσίων πεντήκοντα ἕξ. ἀναγράψαντα δὲ ἃ ἔχουσι τὰ τῆς ἱερᾶς βίβλους, σημειωμένων μὴ πολλῆς ἀκριβείας τῶν τε καὶ τὰς ἡλικίας τῶν ἀδιαφανῶν ἀνδρῶν καὶ τὰς πλάσεις. ἀδὰμ μὲν γὰρ ἐν τριακοσιοστῷ ἤδη καὶ ἑξακοσιοστῷ ἔτει γεγονὼς, πᾶς σὴθ γίνεται. ὃς ἐνακόσια μὲν καὶ τριάκοντα ἐβίωσεν ἔτη. σὴθος δὲ, ἃ πέμπειν καὶ ἑξακοσιοστὸν ἔτος ἐνώμοσεν ἔνωσον. ὃς δωδεκα ζήσας ἔτη καὶ ἐνακόσια, κάϊνᾶ τῷ παιδὶ τῶν πραγμάτων ἐπιμέλειαν ἀποδίδωσι, τεκνώσας αὐτὸν πρὸ ἑκατὸν καὶ ἐνενηκοστὸν ἔτος. ἔτος ἐβίωσεν ἔτη πέντε πρὸς τοῖς ἐνακοσίοις. κάϊνὰς δὲ βιὺς δέκα καὶ ἐνακόσια, μαλέηλον ἧον ἔχει ἔτει γενόμενον ἑκατοστῷ ἑβδομηκοστῷ. ἔτος ὁ μαλέηλος ζήσας πέντε πρὸς ἐνενηκοντα καὶ ὀκτακοσίοις ἐπελεύτησεν ἰάρεδον καταλιπὼν ἧον. ὃς ἔτος ἤδη δεύτερον καὶ ἑξηκοστὸν, καὶ ἑκατοστὸν γεγενημένος, ἐγέννησεν ἔνωχον εἰς δύο καὶ ἑξηκοντα πρὸς τοῖς ἐνακοσίοις βιώσαντα. ἔνωχον δὲ ὁ ἧος ἰάρεδος ἔσχε· γεννηθεὶς πρὸ ἔτη δύο καὶ ἑξηκοστὰ καὶ ἑκατὸν τὰ πατρὸς αὐτῷ τυγχάνοντος. ἔτος ζήσας πέντε καὶ ἑξηκοστὰ πρὸς τοῖς τριακοσίοις, ἀνεχώρησε πρὸς τὸ θεῖον, οὗπερ καὶ τελευτήσαντα αὐτὸν ἀναγεγράφασιν. μαθουσάλας δὲ ἐνώχου παῖς καὶ ἔτος αὐτῷ γεγονὼς ἑβδομηκοστὸν καὶ ἑκατοστὸν, λάμεχον ἧον ἔσχε, ἔτη γεγενῆσθαι δύο καὶ ὀγδοηκοστὰ καὶ ἑπτακόσια. ᾧ τὴν ἀρχὴν παρέδωκεν, αὐτὸς, αὐτὴν καθαρῶν ἐννέα καὶ ἑξηκοστὰ πρὸ ἐνακοσίοις. λάμεχος δὲ ἄρξας ἑπτὰ πρὸ ἐπτακοσίοις ἔτεσι, νῶχον τῶν πραγμάτων ἀποδείκνυσι διάδοχον τοῦ ἧου, ὃς λαμέχῳ ἡγούμενος, δεύτερον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος ἰωβηλαῖον ἐνακοσίοις ἔτεσιν ἄρξατο πραγμάτων. ταῦτα σαναγόμενα τὰ ἔτη, τὰ παρεγγεγραμμένον συμπληροῖ χρόνον. ἐξεπιζέτω δὲ μηδεὶς τὰς πλάσεις τῶν ἀνδρῶν, τῆς γὰρ αὐτῶν παιδείας καὶ τῆς ἐκείνων ἀπογόνοις συμπαρεξέτεινον τὸν βίον, ἀλλὰ τὰς ἡλικίας αὐτῶν μόνον ἐράτω. Ἐπομβρίσαντος δὲ τοῦ, καὶ ὕσαι ἀρξαμένου, τὸ ὕδωρ ἡμέρας πεντεκαιδεκάτῃ ὅλας καταφέρεται ὡς ἐπὶ πήχεις πέντε καὶ δέκα τοῦ χωμάτος ὑπερέχον. καὶ ἔστω τὸ αὐτὸν τὰ μὴ ἀφανισθῆναι τελείους φυγῆς ἀφορμὴν ἔχοντας. παυσαμένου δὲ ὑετοῦ, μέλλις ἤρξατο ὑποβαίνειν τὸ ὕδωρ ἐφ' ἡμέρας ἑκατὸν καὶ πεντήκοντα, ὡς μὲν ἑβδόμῳ, ἰσημερίου δὲ τοῦ ἑβδόμῃ. ἔπειτα τῆς λάρνακος πρὸς ἄκραν τινὰ ὄρους σταθείσης καὶ τοῦ ἀρμένιον, σωτὴς ὁ νῶχος, ἀνοίγει ταύτην. καὶ θεασάμενος γῆν βεβαίαν πρὸ αὐτοῦ, ἐπὶ χερσαίας ἤδη γέγονεν ἐλπίδος, ἠρέμει. ὀλίγας δὲ ὕστερον ἡμέρας μᾶλλον ὑποχωροῦντος δὲ ὕδατος, μεθίησι κόρακα, βουλόμενος μαθεῖν εἰ καὶ τὰλλα τῆς γῆς ἐκλελειμμένου τοῦ δὲ ὕδατος ἀσφαλές ἐστιν ἤδη πρὸς ἔκβασιν. ὁ δὲ πᾶσαν ὑλὴν ἐπιλιμναζομένην πρὸς νῶχον ἐπανῆλθε. μὴ δὲ ἡμέρας ἑπτὰ πρὸς τρὶς αὖθις ἐκπέμπει

A qui Dius à Macedonibus vocatur, ab Hebræis Marsonane. sic enim Ægyptii distinxerunt annũ. Moses autem Nisan, qui est Xanthicus, mensem primum in suis fastis ordinavit, quod per hunc Hebræos ex Ægypto eduxisset. eundem etiam omnium, quæ ad rem divinam pertinerent, exordium fecit: alioqui, quod ad nundinationes rerum venalium, reliquamq; dispensationem anni attinet, nihil de pristino ritu annotavit. Vim autem imbrium cœpisse ait vigesima septima jam dicti mensis post annum ab Adamo primo homine bis millesimum sexcentesimum quinquagesimum sextum. hoc spatium temporis relatum est in sacros codices, diligenter annotantibus priscis illustrium virorũ tam natales quam obitus. Adæ siquidem, qui nongentos & triginta vixit annos, cum esset triginta & ducentorum annorum, Sethus filius natus est: Sethus autem ducentesimo & quinto anno gemuit Enosum. qui dum quinque & nongentis vixisset annis, Cainano filio suo rerum curam tradidit, quem genuerat anno centesimo nonagesimo. hic vixit annis decem & nongentis. Cainan, cum vixisset decem & nongentis annis, Malalehelem filium dereliquit, quem genuit anno ætatis centesimo septuagesimo. Iste Malalehel, cum vixisset quinq; ac nonaginta & octingentis annis, defunctus est, Jaredum filium derelinquens, quem gemuit, qvum sexaginta duorum & centum esset annorum. cui novem & sexaginta & nongentis annis viventi Enochus filius successit, natus, cum sexaginta duorum & centum annorum pater ejus existeret, qui, exactis trecentis sexaginta quinque annis, discessit ad Deum: unde finis ejus non invenitur esse conscriptus. Matusala autem Enochi filius, quinto ei & centesimo natus anno, Lamechum filium habuit, qvum esset annorum octoginta septem & centum: cui tradidit principatum, quem ipse tenuerat annis nongentis sexaginta & novem. Lamechus autem, cum habuisset principatum annis septingentis & septem, Noe filium suum rebus præfecit: qui de Lamecho natus est, agente annum ætatis secundum & octogesimum supra centesimum. quiq; quinquaginta & nongentis annis rerum administrationi præfuit. Hi anni, in unam summam contracti, supra scriptum tempus conficiunt. Non sunt autem disquirendi obitus virorum illorum: cum liberis enim suis agebant vitam, eamque usq; ad ipsorũ nepotes extendebant: sed natales tantum eorum in hac ratione sunt spectandi. Cæterum Deus, signo dato, imbres emisit: qui, cum nonaginta continuis diebus ruerent, ad quindecim cubitos aqua super terram extitit: quæ causa omnem salutem ademit, non habentibus, quo se in tutum reciperent. centesima autem & quinquagesima die, postquam pluere desiit, tandem cœperunt aquæ sidere, mense septimo, vicesimo septimo die mensis. destituta deinde arca in vertice montis cujusdam in Armenia, sentiens hoc Noë, aperuit eam: & videns circa ipsam aliquantulum terræ, meliore spe concepta, paulisper quievit. mox post paucos dies magis recedente aqua, emisit corvum, cupiens cognoscere, si qua alia parte terrarum aquæ decessissent, ut tutò exscendere posset. at ille, comperto, totum adhuc stagnare, ad Noë est reversus. is post septem dies co-

Genes. 7. 8.

lumbam ad explorandum terræ ſtatum emiſit. A quæ cum lutata & frondem olivæ ferens rediſſet, intellecto, terrã a diluvio jam eſſe liberatam, poſtquam alios ſeptem dies exſpectaſſet, animantes ex arca emiſit: & ipſe quoque cum liberis egreſſus, mactatis Deo victimis, epulabatur una cum familia. Apobaterion, id eſt egreſſorium, loco nomen Armeni fecerunt. Hujus autem diluvii & Arcæ meminerunt omnes barbaricæ hiſtoriæ ſcriptores, & in his Beroſus Chaldæus. narrans enim de hoc diluvio ſic fermè ſcribit: Fertur autem & navigii hujus pars in Armenia apud montem Cordyæorum ſupereſſe, & quosdam bitumen inde abraſum ſecum reportare, qvo vice amuleti loci ejus homines uti ſolent. Meminit horum & Hieronymus Ægyptius, qui antiquitates Phœnicum ſcripſit, & Mnaſeas, & alii plures quin & Nicolaus Damaſcenus libro nonageſimo C ſexto de his rebus narrat in hæc verba: Eſt ſuper regionem Minyarum magnus mons in Armenia, nomine Baris, in quo multos profugos diluvii tempore ſervatos ferunt, & quendam arca vectum in hujus vertice hæſiſſe, ac reliquias lignorum ejus longo tempore duraviſſe. qui fortaſſis is fuit, de quo etiam Moſes ſcribit Judæorum legislator.

Geneſ. 8. Noë autem veritus, ne Deus, damnatis ad interitum hominibus, per ſingulos annos terram inundaret, victimis incenſis, precabatur, ut in poſterum priſtinus rerum ordo maneret, & nulla tanta incideret calamitas, per quam univerſum animalium genus in ſalutis periculum adduceretur: utque affectis merito ſupplicio ſceleſtis, parceret innocentibus: quos ipſe ſuperſtites eſſe voluerit, & ſua ſententia abſolverit. alioqui miſeriore conditione ipſos fore & gravius damnatos, ſi non in univerſum incolumes alteri diluvio reſervarentur, & prioris pavorem ac ſpectaculum perpeſſi, & poſterioris exitio deſtinati. orabat igitur, acciperet ſacrificium propitius, neve ullam poſthac tantam iram contra terram conciperet: ut operibus ſuis eam excolerent, &, urbibus exſtructis, feliciter vitam degerent, nullis commodis carentes, quibus ante cataclyſmum fruebantur, & ad extremam ſenectutem longævitatemqve, qvalis majorum fuorum fuerat, pervenientes.

His precibus finitis, Deus juſtitia viri delectatus, votis ejus annuit, negans ſe deletis interitus autorem fuiſſe: ſed ipſos ſibi ſuapte malitia debitas pœnas acciviſſe. Si enim deletos cuperet, nunqvam in hanc vitam eos introducturum fuiſſe. Potius enim eſſe, ne dare qvidem vitam, qvàm eos, qvibus dederis, perdere. ſed continuis, inqvit, contumeliis, qvibus pietatem mihi debitam violabant, coëgerunt me, vindictam de ſe ſumere. non ſum autem poſthac tam iracunde pœnas peccatorum exacturus, præſertim te deprecatore. qvod ſi qvando majores tempeſtates concitavero, cavete, expaveſcatis ob *Geneſ. 9.* vim imbrium. nunqvam enim in poſterum aqvæ terram ſunt inundaturæ. Jubeo tamen, ut ab humana cæde puras manus abſtineatis, &, qvi contra fecerit, ſeverè puniatis. aliorum animalium uſum ad voluntatem ac libitum veſtrum permitto.

ta copia, ut tota regio malo hoc repleretur: præ quarum frequentia & homines plurimi extinguebãtur, & terra nullo pacto coli poterat: & qui præsentaneum exitium evadebant, infecti tamen earum veneno à morbis corripiebantur. Rege vero ne tum quidem resipiscente, ut voluntati divinæ cederet, sed mulieres quidem, cum viris dimittente, pueros vero retinere volente, non defuerunt Deo variæ prioribus etiam graviores pœnæ, quibus ob regis malitiam in universam gentem severe animadverteret: sed, exulceratis intus in cute corporibus, miserabilem in modum non mediocris numerus absumebatur. Et cum ne sic quidem rex respiceret, grando nunquam ante in Ægyptio cœlo visa, tunc vero major quam apud alios hiberno tempore, aut in septentrionali regione, vere jam adulto, superne ruens omnes eorum fructus contrivit: & si quid intactum grando reliquit, nubes locustarum supervenientes ita absumpserunt, ut fructuum colligendorum spes Ægyptiis omnibus omnino sit adempta. Quod si rex stultus tantum, & non etiam malus fuisset, poterat vel jam dictis cladibus admonitus resipiscere, ut tandem de aliquo tot malorum remedio cogitare inciperet. at Pharaothes, tametsi non ita insaniebat, ut causam non intelligeret, tamen tanta malitia pectus ejus obsederat, ut adduci nullo modo posset, quin Deo quasi per contentionem repugnare, & in publica commoda sciens volensque peccare pergeret. itaque tandem Hebræis pueros etiam una cum mulieribus concedit, sed jussis, ut bona sua Ægyptiis tanquam prædam relinquerent, eo qvod ipsorum bonis nihil post tot calamitates superesse conquerebantur. Moyse vero negante, æqvum postulari, alioqui non habituros, unde sacrificarent, atque hac controversia diutius durante, tam densæ tenebræ omnisque luminis expertes Ægyptiis sunt circumfusæ, ut prospectu in universum privati alii alio casu absumerentur, illo quoque metu imminente, ne forte penitus ab ea caligine absorberentur. deinde his discussis, post tres dies actotidem noctes, cum nondum flecteretur Pharaothes, ut liberum exitum permitteret, his verbis cum Moyse aggreditur: Quousque repugnabis Dei voluntati, qui omnino vult ac jubet Hebræos dimitti, nec est aliud præter hoc remedium, adversus mala, quibus affligimini. Rex v. irate ferens hanc dicendi libertatem, minatus est eum capite plectendum, si posthac de hac re molestus esse pergeret. Respondit Moyses, se non amplius hac de causa verba facturum, sed ipsum cum optimatibus Ægyptiis ultro Hebræos rogaturum, ut quamprimum inde proficiscantur. atque his dictis abiit. Deus autem cum decrevisset adhuc una plaga ictos Ægyptios cogere ad dimittendos Hebræos, jussit Moysen edicere populo, ut paratum habeant sacrificium,

Exod. 10. 11, 12.

καὶ ἡ γῆ τῆς ὀπιμελείας τῆς ἀπὸ τῶν γεωργῶν ἀπέστρεπτο. εἰ δέτι ⸂ διέφυγε τλεῖν ὑπ' ἐκείνοις ἀπώλειαν, νόσῳ τῇ ⸂ τῶν ἀνθρώπων ὑπομιμένοντων ἐδαπανᾶτο. τὸ δ' ἦ Φαραώθου μηδ' ὅτως ἴσχοντ⸂ τῆς τοῦ θείου βουλήμασιν, ἀλλὰ τὰς μὲν γυναῖκας σὺν ἀπαίρειν τοῖς ἀνδράσιν ἀξιοῦντος, καταλιπεῖν δὲ τοὺς παῖδας, σὺν ἠπόρει τὸ θεῖον τλεῖν πονηρίαν αὐτὸ, πλείοσι κακοῖς καὶ μείζοσιν ἐνδεδημηκόσι μετερχόμενον βασανίσαι. ἀλλὰ γὰ δεινῶς αὐτοῖς ἐξηλκοῦντο τὰ σώματα τῶν ἐντὸς διαφθειρομένων, καὶ τὸ πλῆθος τῶν αἰγυπτίων ὅτως ἀπωλλυτο. μηδ' ὑπὸ ταύτης δὲ τῆς πληγῆς σωφρονιζομένου τοῦ βασιλέως, χάλαζα μετὰ σφοδρὸν ⸂ κατ' αἰγυπτον ἀέρος τοῦτο πεπνυκότ⸂, μὴ ὁμοία τῇ παρ' ἄλλοις ἄρα χειμῶν⸂ καπούσῃ, μείζων δὲ τῆς ἀπὸ τοῖς τὰ βόρεια καὶ τλεῖν ἄρκτον νεμομένοις ἔαρ⸂ ἀκμάζοντ⸂ καταπεχθεῖσα, τοὺς καρποὺς αὐτῶν κατέκλασεν. ἔστεπε φύλον ἀκρίδων ὀπινέμεται τλεῖν ὑπὸ τῆς χαλάζης μὴ καταβλαβεῖσαν αὐτοῖς, ὥστε πᾶς ἀκρὶς πάσας τοῖς αἰγυπτίοις τὰς ἀπὸ τῆς γῆς τῶν καρπῶν ἐλπίδας διολέσαι. ἤρκει μὲν οὖν τὸν διχανοπορίας ἀνέητον καὶ τὰ προειρημένα τῶν κακῶν εἰς σωφρονεῖν καὶ ξυμφέροντ⸂ τλεῖν ὀπινοιᾶν ὠφελῆσαι. Φαραώθης δὲ οὐ πω τῦν ἀπὸ ἀφροσυνῆς, ἴσον ὑπὸ κακίας, οὐδόμενο⸂ τῆς αἰτίας, ὅμως ἀντεφιλονείκει τῷ θεῷ, καὶ τοῦ πρέπον⸂ ἑκὼν προδότης ἐγίνετο. καὶ κελεύει μὲν τὸν λαὸν, μετὰ τῶν γυναικῶν ἀπαγαγεῖν τοὺς ἑβραίους. τὴν δὲ λείαν αὐτῆς καταλιπεῖν ἐφθαρμένης αὐτῆς τῆς οἰκείας. τὰ δὲ μωϋσέως οὐχὶ δίκαια φάσαντ⸂ αὐτὸν ἀξιοῖ. δεῖν γὰ αὐτοὺς τῷ θεῷ τὰς θυσίας ἐκ τῆς λείας ἐπενεγκεῖν. καὶ τρεσόμενον διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν τοῦ χρέους, σκότ⸂ βαθὺ καὶ φέγγους ἄμοιρον ἐπέχεσθαι τῆς αἰγυπτίοις, ὑφ' οὗ τὰς τε ὄψεις ὑποπλεομένους ὑπὸ παχύτητ⸂ οἰκτρῶς τε ἀποθνήσκειν, σωτέσαμεν καὶ δεδιέναι μὴ καταπαθῶσιν ὑπὸ τοῦ νέφους. ἔπα πύπυ διασκεδαθέντ⸂ μὴ τρεῖς ἡμέρας καὶ τοσαύτας νύκτας, ὡς οὐ μεπνόει τοῖς τλεῖν ἔξοδον τῶν ἑβραίων ὁ Φαραώθης, προελθὼν ὁ μωϋσῆς φησίν. ἄχρι πότε ἀπειθεῖς τῇ τοῦ θεοῦ γνώμῃ; κελεύει γὰ ἔτ⸂ ἀπολύειν τοὺς ἑβραίους, καὶ σὺν ἔστιν ἑτέρως ἀπαλλαγεῖαν τῶν κακῶν ὑμᾶς μὴ ποιοῦντας. ὁ δὲ βασιλεὺς ἐρεθισθεὶς ὅτι τοῖς προειρημένοις ἠπείλησεν αὐτὸ τλῶ κεφαλῶ ἀποτιμεῖν, εἰ πάλιν προσ πύτων ἐνοχλῶν αὐτῷ προσέλθοι. μωϋσῆς ⸗ αὐτὸς σὺκ ἐπ' πιησεσθαι προσ τούτων λέγους, ἔφησεν. αὐτὸν δὲ ἐκεῖνον σὺν καὶ τοῖς πρώτοις τῶν αἰγυπτίων παρακαλέσειν τοὺς ἑβραίους ἀπελθεῖν. καὶ ὁ μὲν ταῦτ' ἐτῶν ἀπαλλάσσεται. ὁ δὲ θεὸς δηλώσας ἔτι μιᾷ πληγῇ τοὺς αἰγυπτίους καταναγκάσειν ἀπολῦσαι τοὺς ἑβραίους, ἐκέλδσε μωϋσεῖ προαγγεῖλαι τῷ λαῷ θυσίαν ἐπίμηλον ἔχειν, παρασκδσομένους τῇ τεσσαρδεκάτῃ τοῦ ξανθικοῦ μῆνος εἰς τλῶ πασαρεσκαιδεκάτλω. ὃς προ⸗ μὲν αἰγυπτίοις Φαρμυθὶ καλεῖται, ἑβραίοις δὲ παρ' ἑβραίοις. μακεδόνες δ' αὐτὸν ξανθικὸν προσαγορδουσιν. ἀπάγειν τοὺς ἑβραίους πάντα ὑποπομιζομένους. καὶ ὁ μὲν ἐπίμηλος ἔχων ἤδη τοὺς ἑβραίους πρὸς τ' ἔξοδον, καὶ διατάξας εἰς φρατρείας, ἐν αὐτῷ σωεῖχεν. ἐνστάσης ⸗ τῆς πασαρεσκαιδεκάτης, πάντες πρὸς ἔξοδον ἔχοντες, ἦσαν. καὶ

præparatum tertiadecima Xanthici mensis in quartamdecimam, qui apud Ægyptios Pharmuthi vocatur, idem Hebræis Nisan, & Macedonibus Xanthicus: utque ipse Hebræos educat omnia sua secum portantes. ille vero instructos prius ad profectionem, & per sodalitia distributos in uno loco continebat.

καὶ τῷ αἵματι τὰς οἰκίας ἥγιζον, ὑσσώπου κόμας ἀναλαβόντες. καὶ διεπήσαντες, τὰ λοιπὰ τῶν κρεῶν ἐκαυσαν, ὡς ἐξελευσόμενοι. ὅθεν νυνὶ ἔτι κατὰ τὸ ἔθος οὕτως θύομεν, τὴν διαβατήριον πάσχα καλοῦντες. σημαίνει δὲ ὑπερβασία, διὰ ὅτι κατ' ἐκείνην τὴν ἡμέραν ὁ θεὸς αὐτοὺς ὑπερβὰς αἰγυπτίους ἐπαίσκηψεν τὴν νόσον. ἡ γὰρ φθορὰ τῶν πρωτοτόκων κατ' ἐκείνην ἔπεσε τὴν νύκτα τοῖς αἰγυπτίοις, ὡς συνελθόντας πολλοὺς τῶν περὶ τὸ βασίλειον διαστωμένων τῷ Φαραώθῃ συμβουλεύειν λαλύειν τοὺς Ἑβραίους. καὶ μωυσῆν καλέσας ἐκεῖνος ἀπέναι παρεστάζετο, εἰ τῆς χώρας ἐξέλθοιεν παυσάμενοι τὴν αἰγυπτίων κακοπαθοῦσαν ἐπολαβών. δώροις τε τοὺς Ἑβραίους ἐτίμων, οἱ μὲν ὡς ἐπὶ τάχιον ἐξελθεῖν αὐτοὺς καὶ τῆς λατνιακῆς παύσεσθαι. καὶ οἱ μὲν, ἔξιόντων κλαιόντων καὶ μετανοούντων, ὅτι χρήσαιντο χαλεπῶς αὐτοῖς τῶν αἰγυπτίων. τὴν δὲ πορείαν ἐποιοῦντο κατὰ λητὼς πόλιν ἔρημον οὖσαν ἐν τοῖς τοῦ πελουσιώτου μὲν ὕστερον κτίζεται ἐκεῖ, καμβύσου καταφθείραντος τὴν αἴγυπτον. σωτήμως δὲ πεπεμμένοι τὴν ὁδὸν εἰς βεελσεφῶντα χωρίον τετάχαι παρὰ τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν. μηδενὸς δὲ τῶν ἀπὸ τῆς γῆς ἐπιτηδείων διὰ τὴν ἐρημίαν, πεφυραμένους τοὺς ἄλευρα καὶ πεπηγότι μόνον ὑπὸ βραχείας θερμότητος τοῖς ἀπ' αὐτῶν ἄρτοις διετρέφοντο. καὶ πάντας ἐπὶ τριάκοντα ἡμέρας ἐχρήσαντο. πρὸς πλείονα μὲν οὐκ ἐξήρκεσε χρόνον αὐτοῖς, ὅσα ἐκ τῆς αἰγύπτου ἐπεφέροντο, καὶ ταύτην τὴν τροφὴν ταμιευόμενοι, ἐς πρὸς ἀναγκαῖα ἀλλὰ μὴ πρὸς κόρον αὐτῇ χρώμενοι. ὅθεν εἰς μνήμην τῆς τότε ἐνδείας ἑορτὴν ἀγομεν ἐφ' ἡμέρας ἑπτὰ, τὴν τῶν ἀζύμων λεγομένην. τὸ μὲν οὖν πᾶν πλῆθος τῶν μεταναστευσάντων γυναιξὶν ἅμα καὶ τέκνοις ἐπεπόνθει οὐκ εὐκαταμέτρητον τὸν. οἱ δὲ στρατεύσιμον ἔχοντες ἡλικίαν ἑξήκοντα μυριάδες ἦσαν.

A illuceſcente vero quartadecima. omnes ad exitum animati ſacrificabant, ſanguine domos luſtrabant, aſperſas hyſſopo: &, peracta cœna, reliquias carnium exuſſerunt tanquam exituri. unde nunc quoque ſolemne manet nobis idem ſacrificium, qui feſtivitatem vocamus paſcha. id tranſitum ſignificat, eo qvod Deus illa die præteritis illæſis Hebræis, Ægyptios morbo percuſſit. nam peſtis illa nocte abſumpſit primogenita Ægyptiorum, ut agminatim ad regiam concurreretur à proximis, vociferantibus non amplius detinendos Hebræos. tum rex, accito Moyſe, mandat, ut abeant, ratus poſt eorum exitum regionem ceſſantibus calamitatibus ſublevandam. donis etiam Hebræos honorabant, alii qvo celerius diſcederent, alii propter vicinitatis conſuetudinem. atque hoc pacto exitum eſt, flentibus Ægyptiis & pœnitentibus ob præteritam malam tractationem. Iter autem faciebant per Latopolim tunc deſertam: Babylon enim poſt eo loco eſt condita, Cambyſe Ægyptum vaſtante. cumque abeuntes iter ſtrenue continuarent, tertia die pervenerunt Beelſephontem ad rubrum mare ſitam. cumque nihil per viam invenirent propter ſolitudinem, macerata farina & modico calore in panis ſpeciem ſolidata ſe ſuſtentabant; quo victu per triginta dies ſunt uſi. neque enim plus commeatus Ægypto extulerant, atque eum ipſum parce diſpenſabant ad neceſſitatem magis quam ad ſatietatem. quapropter in memoriam ejus inopiæ feſta per octo dies celebramus, quos vocamus azymorum. cæterum multitudo migrantium una cum liberis & uxoribus vix erat numerabilis, qui vero militarem ætatem habebant, ſexcentorum millium numerum explebant.

Κεφάλαιον ς'.
Ὡς μωυσέως αὐτοῖς ἡγουμένου τὴν αἴγυπτον ἐξέλιπον.

CAP. VI.
Quomodo, Moyſe duce, Ægyptum reliquerunt.

Κατέλιπον δὲ τὴν αἴγυπτον, μηνὶ ξανθικῷ, πεμπτῇ καὶ δεκάτῃ τῆς σελήνης, καὶ ἔτη τριακόσια καὶ πεντακόσια ἢ τὸν πρόγονον ἡμῶν ἄβραμον εἰς τὴν χαναναίαν ἐλθεῖν. τῆς δὲ ἰακώβου μεταναστάσεως εἰς τὴν αἴγυπτον γενομένης, διακοσίοις πρὸς τοῖς δεκαπέντε ἐνιαυτοῖς ὕστερον, μωυσῆ δὲ γεγόνει μὲν ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη. ὁ δὲ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀαρὼν τρισὶ πρεσβύτερος. ἐπεκόμιζον δὲ καὶ τὰ τοῦ ἰωσήπου ὀστᾶ, ταῦτ' ἐκείνου τοῖς ἰδίοις αὐτὸς κελεύσαντος. αἰγύπτιοι δὲ ὅτι τοῖς ἑβραίοις ἐξελθοῦσι μετενόουν. καὶ ὃ βασιλέως δεινῶς φέροντος, εἰς τὴν ταραχὴν ὃ μωϋσέως τούτων γεγονότων ἐπ' αὐτοὺς, ἐγνώκεσαν ἀπέναι καὶ λαβόντες ὅπλα καὶ ἅρμα πολλὰ, ἐδίωκον ὡς ἐπαναξόντες αὐτοὺς, εἰ καταλάβοιεν καὶ δὴ ἔκειτ' αὐτοὺς ἐντεύξεσθαι τοῦ θεοῦ, τὴν δὲ ἔξοδον αὐτοῖς γεγενέναι. κρατήσειν δὲ ῥᾳδίως αὐτῶν ὑπέλαβον, ἀποτάλων τε ὄντων καὶ ἐπὶ τῆς ὁδοιπορίας πεποτωμένων. παρ' ἕκαστον δὲ ἀναπνεῖν νομίζοντες ἡ χωρήσαν ἐπαισθάνεσθαι τὸ δίωξιν, καὶ τοι χαλεπῆς ἅμα ὁδεύσαντες γῆς, καὶ στρατιώταις μόνον, ἀλλὰ καὶ καθ' ἑαυτοὺς ἕκαστος τοῦτο τοὺς ἑβραίους ἀπήγαγεν, ἵν' εἰ μετανοήσαντες οἱ αἰγύπτιοι διώκειν ἐθέλοιεν, τιμωρίαν τῆς παρανομίας καὶ παραβάσεως τῶν ὁμολογημένων ἔχοιεν.

Reliquerunt autem Ægyptum menſe Xanthico, luna quintadecima, anno quadringenteſimo trigeſimo, poſtquam Abraham pater noſter in Chananæam venit: & poſt Jacobi migrationem in Ægyptum anno ducenteſimo decimoquinto. Moyſes vero annum tunc agebat octuageſimum, & frater ejus Aaron triennio erat major. deferebant etiam ſecum oſſa Joſephi, ita ut filiis ſuis mandaverat. Ægyptios autem pœnituit, quòd Hebræos dimiſiſſent: cumque rex præ cæteris hanc rem ægre ferret, totum præſtigiis Moyſis imputans, decretū eſt, ut in eos irruerent. & correptis armis reliquoque apparatu, perſequebantur, retracturi, ſi poſſent aſſequi. non enim timendum, ne Deus offendatur, cum jam ſemel exitus illis ſit conceſſus. ſperabant etiam facile ſe in poteſtatem redacturos inermes & de via laſſos. itaque obvium quemque rogantes, qua tenderent, raptim inſequebantur, tametſi per viam difficilem non ſolum exercitibus, ſed expeditis quoque viatoribus. Moyſes autem hac Hebræos ideo duxit, ut ſi pœnas malitiæ violatique pacti perſolverent:

Exod. 12.

XIV.

Ægyptii, mutata ſententia, perſequi eos vellent,

neve Palæstini, qvos ob veterem simultatem in-
fensos habebat, ex hac profectione certiores fie-
ri possent. est enim illorum regio Ægypto con-
termina. quapropter, omissa via, quæ in Palæsti-
Exod. 14. nam ducit, per desertum via dispendiosa ac dif-
ficili voluit Chananæam invadere: obiterque
juxta Dei mandata in montem Sina populum sa-
crificaturum adducere. sed ubi ad rubrum mare
perventum est, ecce, Ægyptiorum multitudo
circumfusa in arctum eos compellit. aderant e-
nim septingenti currus cum equitum quinqua-
ginta millibus, & ducenta millia scutatorum pe-
ditum, hi vias omnes obsederant, quibus effugi-
um Hebræis patere poterat, inter rupes & mare
concluſis, quo loco mons præ aspretis invius ad
littus usque procurrit. atque ita ne fugæ quidem
spe relicta, Hebræos mare inter & montem ob-
sidione premebant, oppositis armatis, qua exitus
in campos aperiebatur. in hac locorum iniqui-
tate concluſi, cum nec obsidionem præ inopia
tolerare, nec exitum ad fugam invenire possent,
nec arma adessent, etiamsi maxime pugnare cu-
perent, nihil superesse videbant, nisi rut turpi de-
ditione saluti consulerent: qvo factum est, ut
Moysen incusarent, obliti prodigiorum, quibus
libertatem eis Deus significaverat: minimum-
que aberat, quin, propheta lapidato, contemptis-
que per incredulitatem pollicitationibus, dedi-
tione in priſinam servitutem redirent. nam &
lamentis mulierum ac puerorum exasperabantur, nihil nisi perniciem expectantium, cum es-
sent rupibus & mari & armatis circumcirca cin-
cti, nec ulla spes effugii relinqveretur. Moyses
autem, efferata licet contra se turba, nulli suc-
cumbens difficultati, non cessabat eis prospicere,
Deo fretus, qvem post tot libertatis præsagia
probabile non erat permissurum, ut aut delerentur, aut in potestatem inimicorum relaberentur, cumque medius in concione constitis-
set, sic ad eos verba fecit: Si homo aliquis res
vestras bene ac prudenter hactenus adminis-
trasset, oportebat & in posterum similem ejus
curam & diligentiam expectare; nunc postquam
Deus ipse gubernandos vos suscepit, quantæ in-
saniæ fuerit ejus opem non sperare, qui per me
ultro vobis præstitit, quicquid ad vestram salu-
tem ac libertatem conferre videbatur, imo hæc
ipsa difficultas & angustia magis vos ad sperar-
dum accendere debuerat. ipse enim vos in ar-
ctum hunc locum concludi voluit, ut ex tanta
necessitate præter vestram æque ac hostium opi-
nionem servaret, atque in hunc modum declara-
ret non solum potentiam suam, sed favorem
etiam, qvo vos perpetuo prosequitur. non
enim in parvis rebus Deus propitius au-
xilium afferre solet, sed cum potissimum,
quando spei supereſt minimum. ergo hujus ope
freti, qui potest & ex parvis magna facere, & ho-
rum potentiam debilem reddere, ne terrea-
mini Ægyptiorum apparatu, neque propter fu-
gam mari & montibus impeditam animum despondete. potest enim Deus & hos in planitiem & mare
in terram vertere.

Καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ παλαιστίνους δυσμενῶς ἔχοντας καὶ πολλαὶ
ἀπέχθειαν σύσσωσιν ἐβουλήθη λαν γένναν ἀπερ-
χόμενος. ὁμορος γάρ ἐστιν τῆ τῶν αἰγυπτίων χώρα. καὶ
ἀφ' ἧς τὰ, τλεῖ μὲν ἄλγουσιν εἰς τλεῖ παλαιστίνλεῖ ὁσι ἀ-
πήγαγε τὸν λαόν. ἀλλὰ ἀφ' ἧς ἐρήμου πολλεῖ ἀνύσειε
ὁδὸν καὶ καιροπαθήσειε ἐβουλεῖτο εἰς τλεῖ χανα-
ναίαν, ἐπ' ὄρ ἀφ' ἧς τὰς ἐντολὰς τὰ θεῦ κελεύσαντ
ἀγαγεῖν τὸν λαὸν εἰς τὸ σινᾶϊον ὄρος ὁπῶ πρῶτον θυ-
σίας. καταλαβόντες δὲ τοὺς ἑβραίους αἰγύπτιοι εἰς μά-
χην παρεσκεύαζοντο, καὶ σαφῶς ἑωρῶσιν αὐτοὺς ὑπὸ πο-
λυχειρίας εἰς ὀλίγον χωρίον ἐξαπόσια μὲν αὐτῶν ἅρμα-
τα ἔπτα τε σὺν ἱππεῦσι πεντακισμυρίοις, καὶ πεζῶν μυ-
ριάδες ἦσαν εἴκοσι. τὰς τε ὁδοὺς ἀπεφράγνυσαν αἷς
φεύξεσθαι τοὺς ἑβραίους ὑπελάμβανον, μεταξὺ χρη-
μνῶν αὐτοῖς ἀπροσβάτων καὶ τῆ θαλάττης ἀπολαμβά-
νοντες. πλοῖα γὰρ εἰς αὐτλεῖ ὄρος ὑπὸ τραχύτητος ὁδὸς
ἄπορον. καὶ φυγῆς ἀπολαμβανόμενοι τοιαρσιῶ ἐν τῆ
παρεμβολῆ τῆ πρὸς θαλάτταν ὄρεσι τοὺς ἑβραίους ἀ-
πέφραττον τῷ στρατοπέδῳ καὶ στόμα ἐφιδρυσάμενοι, ὅ-
πως τλεῖ εἰς τὸ πεδίον ἔξοδον ὦσιν αὐτοὺς αἱρήμενοι.
μήτ' οὖν ὑπομένειν πολιορκουμένοις τρόπω ἀφ' τλεῖ
ἐνδεια τ' ἐπιτηδείων δυνάμενοι, μήτε φυγῆς ἐλπίδα
ὁρῶντες, ὅπλων τε παντὸς ἐνδεῖς ὄντες εἰ καὶ μάχεσθαι δόξειεν
αὐτοῖς, ἐν ἐλπίδι δὲ πάντα ἀπωλείας καθιστήκεσαν εἰ
μὴ μεταβάλοιντο ἑαυτοὺς τοῖς αἰγυπτίοις ἐθελησίους.
καὶ τὸν μωϋσλεῖ ἠτιῶντο, πάντων ὑπὲλελησμένοι τῶν σὺν
θεῦ πρὸς τλεῖ ἐλευθερίαν αὐτοῖς σημείων γεγονότων,
ὡς καὶ τὸν προφήτλω παρορμῶντα καὶ τλεῖ σωτηρίαν αὐ-
τοῖς ἐπαγγελλόμενον, ὑπὸ ἀπιστίας λίθοις ἐθελῆσαι
βαλεῖν. μεταβολήν τε σφᾶς τοῖς αἰγυπτίοις διεγνω-
κέναι. πλῆθος τε λεῖ καὶ ὀδυρμὸς γυναικῶν καὶ παίδων πρὸ
ὀφθαλμῶν ἐχόντων τὸν ὀλεθρον, ὄρεσι καὶ θαλάττη πε-
κλεισμένων καὶ πολεμίοις καὶ φυγλεῖ ἀδαμῆ ὄν τέ-
των ὑπενοῆντο. μωϋσῆς δὲ καὶ τοῖς ἀχριῶντα πρὸς
αὐτὸ πλῆθος, ὅτ' αὐτὸς ἐνέκαμνε τῆ πρὸς αὐτοὺς
προνοίᾳ, καὶ τῷ θεῷ καταφρόνῃ. τε τι ἄλλα πρὸς τλεῖ
ἐλευθερίαν αὐτοῖς ὅσα προῆκται παρεσκεύαστος, καὶ μηδὲ
τὰ αὐτοὺς ἑαυτοὺς ὑπὸ τοῖς ἐχθροῖς ἡμομένους ἢ δου-
λεύειν ἢ ἀποθνῆσκειν. καὶ φῶς ἐν μέσοις, οὐδὲ ἀνθρώπους
εἶπεν καλῶς τὰ παρόντα πεπολιτευμένους πρὸς ἡμᾶς
δίκαιον λεῖ ἀπιστεῖν, ὡς οὐχ ὁμοίοις ἐσομένοις πρὸς τὰ
μέλλοντα τῆς δὲ θεᾶ καὶ ὑπογινώσκειν ὑμᾶς προνοίας,
μανίας ἔργον ἂν εἴη, παρ' ἃ πάνθ' ὑμῖν ἀπήντηκεν, ὅσα δὲ
ἐμοῦ πρὸς σωτηρίαν καὶ τλεῖ ἀπαλλαγὴν τ' δουλείας,
ἃ δὲ προσδοκῶσιν ὑπῆρχετο. μᾶλλον δὲ χρεῖ ἐν ἀπόροις
γεγυμνεμένους βοηθὸν ἐλπίζειν τὸν θεόν. ἃ δὲ καὶ τὸ καὶ εἰς
ταυτλω ἡμᾶς προκεκλῆσθαι τὴν δυσχωρίαν ἔργον, ἵν' ἐξ
ἀμηχάνων ὅτι ἐπ' αὐτοῖ νομίζεται σωτηρίαν ἔχειν οὕτ'
οἱ πολέμιοι, ὁ ἐκ τούτων φυσάμενος τλεῖ τι ἰσχυῶ ὑπε-
δέξηται τὴν ἑαυτῆ καὶ τλεῖ ἡμᾶς προνοιαν. ἃ γὰρ
ὑπὸ μικροῖς τὸ θεῖον τὴν ἑαυτοῦ συμμαχίαν ὅσαν εὔνοιαν
δίδωσιν, ἀλλ' ἐφ' οἷς ἀνθρωπίνλεῖ ἐλπίδα μὴ βλέπειν
πρὸς τὸ κρεῖττον παρῆσαν. ἔστιν τοίνυν βοηθῶ πεπισ-
κότες, ᾧ δύναμις καὶ τὰ μικρὰ ποιῆσαι μεγάλα, καὶ τῶν
τηλικούτων ἀσθενειαν καταφρονῆσαι, μὴ καθοπλισθῆ-
ναι τλεῖ αἰγυπτίων παρασκευήν. μηδ' ὅτι θαλασσα
καθορᾶτε ὑμῖν, ὄρεσι φυγῆς ὁδὸν ἃ παρέχουσα, ἀφ' τὰ τ'
ἀπογινώσκειν τ' σωτηρίας. ῥᾴστον γὰρ ἂν καὶ ταῦτ' ὑμῖν
πεδία ἃ θεὰ θελήσαντ καὶ γῆ τὸ πέλαγ.

Κεφά-

Κεφάλαιον ζ.

De τῇ θαλάσσῃ τῆς ἐρυθρᾶς διωκομένοις ὑπὸ τῶν αἰγυπτίων ἀναχωρῆσαι, φυγεῖν δὲ αὐτῆς παρέχειν.

Τοσαῦτα εἰπὼν ἤλαυνε τοὺς ἐπὶ τὴν θάλατταν τὴν αἰγυπτίαν ὁρῶντας. ἐν ὑφ' ὀδόντων, καὶ τῇ πόνῳ παλαιπωρημένους τῆς διώξεως, εἰς τὸν ὑστεραίαν τὸν μάχιμον ὑπερβάλλειν ἀλλήλους, καλῶς ἔχειν ὑπελάμβανον. ἐπεὶ δὲ ὁ μωσῆς τῇ αἰγυπτίων μανίᾳ ἐγγὺς ἐγένετο, καθὼς τὸν βακτηρίαν θεὸν ἱκέτευε, καὶ σύμμαχον καὶ βοηθὸν ἐπάλξεις λέγων. οἶδε αὐτὸς μὲν αἰγυπτίους ὅτι φυγεῖν ἡμῖν ἐκ τῶν παρόντων, οὔτε κατὰ βούλευσιν οὔτε κατ' ἐπίνοιαν ἐστὶν ἀνθρωπίνην. ἀλλ' ἤδη τι πάντως σωτήριον χρατῷ τῇ σῇ τὸν σὸν βούλησιν ἀφεῖναι τὸν αἴγυπτον σὺν ἐστὶ σκοπεῖν. ἡμεῖς παλλὰν ἀπεγνωκότες ἐλπίδα καὶ μηχανὴν, εἰς τὸν σὸν μόνου καταφεύγομεν. καὶ ἐπὶ σῷ τῆς σῆς προνοίας ἔλθοι ἐξαρπάσαι τῆς αἰγυπτίων ἐργῆς ἡμᾶς δυνάμενον ἀφορῶμεν. ἀφίκοιτο ὁ τῶν παντοχέως τὸν σὸν ἐμφανίζον ἡμῖν δύναμιν. καὶ τὸν λαὸν ἐπὶ ἀνελπιστίας καταπεπληκότα πρὸς τὸ χεῖρον, ἀνάγειν εἰς εὐθυμίαν, καὶ τὸ τῆς σωτηρίας ἱλαρόν. ἐν σοὶ γὰρ ἀλλοτρίοις δ' ἐσμὲν τοῖς παροῦσι. ἀλλὰ σὴ μὲν ἡ θάλασσα, σὸν δὲ τὸ ἀβατὸν ἡμᾶς ὄρος. ὡς ἀνοιχθῆναι μὲν τοῦτο σοῦ κελεύσαντος, ἠπειρῶδες γένεσθαι δὲ καὶ τὸ πέλαγος. ἔνεστι δὲ ἡμῖν διαπεράσαι καὶ διὰ ἀέρος, δόξαν ἀφεῖσι τῇ σῇ τοῦτον ἡμᾶς σωζεσθαι τὸν τρόπον. τοσαῦτα δεηθέντος τοῦ τῇ βακτηρίᾳ τὸν θάλασσαν. ἡ δὲ ὑπὸ τῆς πληγῆς ἀνέκοπη, καὶ εἰς ἑαυτὸν ὑποχωρήσασα, γυμνὸν ἀφῆκε τὴν γῆν ὁδὸν ἐρυθραίοις εἶναι καὶ φυγήν. μωσῆς δὲ ὁρῶν τὴν ὀπτασίαν ἐν θεῷ. καὶ τὸ πέλαγος ἀναχωρῆσαν αὐτοῖ τὴν ἰδίας ἡγεμόνα, πρῶτος ἐνέβαινεν αὐτῇ καὶ τοὺς ἑβραίους ἐκέλευεν ἕπεσθαι. λόγῳ θείας ὁδοῦ πεμπομένους τὸν πρόνοιαν, καὶ τὸν κινδύνων τῶν παρόντων πολεμίων ἡδομένους καὶ χάριν ἔχοντας, λόγῳ τὴν ὠφέλειαν ἔτους ἐξ αὐτῆς σωτηρίαν ἀναφανεῖσαν. τῶν δὲ τοῦ ἐκείνων αὐτῶν ἀλλ' ἐμένων μὴ ἀνοήτως, ὡς συμπεριφέρονται αὐτοῖς τῷ θεῷ, μείνεσθαι μὲν αὐτοὺς αἰγυπτίους τὸ πρῶτον ἐδόκουν ὡς ἐπὶ πεζὸν ὁλέθρου ἐρμωμένους. ἐπεὶ δὲ εἶδον ἀλλαξεῖς ἐπὶ τὸ πολὺ πεφυκεχοφότας, καὶ μηδὲν αὐτοῖς ἐμπόδιον μηδὲ δυχερὲς ἀπαντῆσαν, διώκειν ὡρμήκεσαν αὐτοὺς, ὡς καὶ κείνους ἠρεμήσαντος τὸ πελάγους. καὶ παρελθόντες τὸν ἵππον καταβαίνουσιν ἑβραίοις δὲ καθοπλιζομένοις, καὶ τὸν χρόνον εἰς τοῦτο τρέβοντας ἐφθασαν εἰς τὴν ἀντιπέραν γῆν ἀπαθεῖς σκευωρίας. ὅθεν ὁ ἱεροσολεωτέρους συνέβαλεν πρὸς τὸν δίωξιν ὡς ὁδὸν ὁδὸ αὐτῶν πεπομένων εἶναι. αἰγύπτιοι δ' ἐλάνθανον ἰδίαν ὁδὸν ἑβραίοις γεγομένου, ἀλλ' ἀχὶ κοινὸν ἐμβαίνοντες, καὶ μέχρι σωτηρίας τῶν κεκινδυνευκότων πεπομένου, ἀλλ' οὐ χὶ καὶ τοῖς ἐπ' ἀπωλείᾳ τῇ τούτων ὡρμημένοις, χρῆσθ' θέλουσιν. ὡς οὖν ὁ τῶν αἰγυπτίων στρατὸς ἅπας ἐντὸς ἦν, ὅπλιχεῖται πάλιν ἡ θάλασσα καὶ ἀβιαπαλαμβάνει ῥοώδης ὑπὸ πνευμάτων κατιῶσα τοὺς αἰγυπτίους, ὄμβροι τε ἀπ' ὀράνου κατέβαινον καὶ βρονταὶ σπληροὶ προεξαπομένης ἀστραπῆς, καὶ κεραυνοὶ κατηνέχθησαν, ὅλως δ' οὐδὲν ἦν τῶν ἐπ' ἀπωλείᾳ καὶ μῆνιν θεῦ συμπεπτόντων ἀνθρώποις ὃ μὴ τότε συνῆλθεν. ἐσθὺς αὐτοὺς ζοφώδης καὶ σκοτεινὴ κατέλαβεν. καὶ οἱ μὲν ἔτως ἀπώλοντο πάντες ὡς μηδ' ἄγγελον τὴ συμφορᾶς τοῖς ὑπολελειμένοις ὑποσπέσθαι.

CAP. VII.

Quomodo mare ſciſſum Hebræis Ægyptios fugientibus viam aperuit.

HÆc effatus ad mare eos, Ægyptiis ſpectantibus, ducebat. Habentes enim eos ſub oculis, quod eſſent perſequendo defatigati, pugnam in ſequentem diem differre conſultius putabant. ut vero ad extremum littus ventum eſt, tum Moyſes, ſumpta virga, Deum in auxilium ſupplex invocat, dicens: Tu, domine, ſcis ipſe, quod nec viribus nec artibus humanis ullum hinc nobis patet effugium: ſupereſt, ut ipſe ſalutem huic populo expedias, qui, Ægypto relicta, huc eſt delatus, tuam voluntatem tuamque fidem ſecutus. ad te ſolum omni alia ſpe, omni conſilio deſtituti confugimus: ad tuam tantum providentiam reſpicimus, quæ ſola nos iratis Ægyptiis eripere poteſt. ſuccurre igitur propere, & potentiam tuam exere, & populum jam conclamatæ ſalutis ad fiduciam & ſpem excita, in difficultatibus conſtituti ſumus, ſed noſtris, non tuis. tuum eſt, Domine, hoc mare, tuus & mons, qui nos claudit: & hic poteſt, te jubente, aperiri, & illud in terram verti. poſſumus & per aerem ſublimes effugere, ſi ita nos ſervari tibi placeat. hæc precatus, mare virga percutit: quo ictu repente ſciſſum, & retrorſum ſe recipiens, nudum ſolum Hebræis ad fugam capeſſendam relinquit. Moyſes autem videns adeſſe Deum, & mare de ſuo ſolo ceſſiſſe, primus progreditur, hortatus Hebræos, ut alacriter ſequantur per viam divinitus datam, & læti, præterito periculo gratias agant ob tam incredibilem ſalutis rationem tam ſubito exortam. illis vero impigre ſubſequentibus, nimirum divina ope fretis, Ægyptii primum inſanire eos putabant, in manifeſtam perniciem ruentes. poſtquam vero viderunt eos longe proceſſiſſe, & impune abſq; omni impedimento iter facere, impetu facto, perſequi eos cœperunt, quaſi & ipſi tutum per mare iter habituri: &, præmiſſis equitibus, a littore deſcendebant: jamque in adverſum littus evaſerant Hebræi, hoſtibus a tergo relictis, quos armis graves ipſa etiam miraculi novitas non nihil eſt remorata: ſed cum incolumes illos terram tenere viderent, ſibi quoque eundem eventum pollicebantur. Verum fefellit eos hæc opinio, neſcientes non quorumvis talem viam eſſe, ſed Hebræorum tantum, & fugientibus tantum ad ſalutem patere, non hoſtibus, qui eos perdendi animo inſectarentur. ergo cum jam univerſus exercitus introgreſſus eſſet, refunditur iterum mare, & Ægyptios fluctibus involvit, ventis etiam eodem impellentibus: acceſſerunt & imbres de cœlo, & aſpera tonitrua fulguribus ſimul intermicantibus fulmina quoque deferebantur, & nihil omnino deerat eorum, quæ ab irato Deo hominibus ad perniciem immitti ſolent: nam & nox eos caliginoſa nimis ac tenebroſa comprehendit. atque ita totus ille exercitus eſt deletus, ut ne nuncius quidem cladis domum revertere-

tur. Hebræi vero vix ſui compotes erant præ gaudio ex tam inopinata ſalute concepto, accedente huc etiam hoſtium interitu, quo major eſſet libertatis ſecuritas, nemine ſuperſtite, qui eos in ſervitutem vindicare cuperet, & Deo ex profeſſo illis auxilium ſubmittente: quapropter tum ſua ſalute, tum inimicorum ſupplicio læti magis, quam ulli antehac homines, in hymnis & hilaritate totam noctem exegerunt: & Moyſes carmen laudes Dei & ob præſentem favorem gratiarum actiones continens hexametro verſu
Exod. 8.9. compoſuit. Hæc ego, ut in ſacris codicibus inveni, ita ſigillatim conſcripſi. Nemo autem mirari debet tanquam incredibilia, ſi priſcis hominibus & ad malitiam etiam tum rudibus, de ſalute periclitantibus, via per mare patuit, ſive Dei voluntate, ſive naturæ ſponte: quandoquidem heri & nudiuſtertius Alexandri ductu Macedonibus Pamphylium mare ceſſit, & aliam viam non habentibus illac iter aperuit, cum Deus ejus opera ad deſtruendum Perſarum imperium uti decreviſſet: id quod omnes teſtantur, qui res geſtas illius regis ſcripto prodiderunt. Sed de his, ut cuique libet, ita ſentiat. Poſtera vero die, cum æſtus & ventus arma Ægyptiorum in littus expuliſſet, in quo tum Hebræi caſtra poſuerant, Moyſes id quoque divina providentia factum interpretatus, ne poſthac inermes eſſent, collecta viritim diſtribuit: atque ita jam probe munitos ad Sina montem duxit, ſacrificaturus ibi Deo, & munera pro ſalute populi oblaturus, quemadmodum juſſum eſſe jam ante dictum eſt.

A ψου. τοὺς δ' ἑβραίους ἐδὲ καπεχῶν ἦν ὅτι τῇ χαρᾷ τ῀ ὥρᾳ δόξῃ σωτηρίας καὶ τῇ τ῀ πολεμίων ἀπωλείᾳ, βεβαίως νομίζοντας, ἠλευθερῶσθαι τῶν ἀναγκαζόντων δουλεύειν διεφθαρμένων, ⸂τὸν θεὸν οὕτως εὐαργῶς ἐχοντας βοηθοῦντα. ⸃οἱ μὲν αὐτοί τε τὸν κίνδυνον φεύγοντες, ⸂καὶ πεσόντι πολὺ ἐχθροὺς ὁπλίζοντες κεκοσμημένους, ὡς οὐκ ἄλλοι τινὲς μνημονεύοντες τῶν πρόσθεν ἀνθρώπων, ἐν ὕμνοις ἦσαν ⸃καὶ παιδιαῖς ὅλην τὴν νύκτα. ⸂καὶ μωϋσῆς ᾠδὴν εἰς τ῀ θεὸν ἐγκώμιόν τε καὶ τ῀ εὐμοιρίας εὐχαριστείαν πρεσχούσαν, ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ συνεπήξατο. ἐγὼ μὲν οὖν ὡς εὗρον ἐν τοῖς ἱεραῖς βίβλοις, ἔτως ἕκαστον τούτων παρέδωκα. ἐξουσίαν δ' ἔχει μηδεὶς ἐδὲ λόγον τὸ πρόσδοξον, ἢ ἀνεχαίοις ἀνθρώποις ⸂καὶ πονηρίας ἀπείροις εὑρεθῆ σωτηρίας ὁδὸς καὶ λῃ θαλάσσης, ἔτε χ῀ βούλησιν θεοῦ, ἔτε κατ' αὐτόματον, ἔσθ' ὅτε καὶ τοῖς τὸν ἀλέξανδρον τὸν βασιλέα τῆς μακεδονίας χθὲς καὶ πρώϊον γεγονόσιν ⸃ἀνεχώρησεν τὸ πάμφυλιον πέλαγος, καὶ ὁδὸν ἄλλην οὐκ ἔχουσιν, παρέσχεν τῷ δι' αὐτ῀ καταλύσαι τὴν περσῶν ἡγεμονίαν ⸂καὶ θεοῦ θελήσαντ῀. καὶ ἅπαντες ὁμολογοῦσιν οἱ τὰς ἀλεξάνδρου πράξεις συγγραψάμενοι. ταῦτα μὲν ἔν τούτων ὡς ἑκάστῳ δοκεῖ λαμβανέτω. τῇ δ' ὑστεραίᾳ τὰ ὅπλα τῶν αἰγυπτίων πεσόντα τῷ στρατοπέδῳ τ῀ ἑβραίων ὑπὸ ῥᾳ καὶ τῆς βίας ⸂τ῀ πνεύματ῀ ἐπ' ἐκεῖνο ὁπλιδούσης, ὁ μωϋσῆς ⸃τοῦτο ἐκάσας τῇ τοῦ θεῦ προνοίᾳ γεγονέναι, ὅπως μηδὲ ὅπλων ὦσιν ἄπειροι, συναγαγὼν ⸃πάντας διεπάσας τοὺς ἑβραίους, ἦγεν ἐπὶ τὸ σινάιον ὄρος θύσων ἐκεῖ τῷ θεῷ, καὶ τὰ σῶτρα τῆς πληθύ῀ ἀποδώσων καθὼς αὐτῷ καὶ προεῖπεν.

B

C

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΤΡΙΤΩ ΛΟΓΩ ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ
ἱερῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Πῶς μωσῆς τὸν λαὸν ἐξ αἰγύπτου ἐπὶ τὸ σινᾶιον ὄρος ἐξήγαγεν. Κεφ. α.
Περὶ τῆς τῶν ἀμαλεκιτῶν καὶ συμμάχων ἥττης, καὶ ὅσα ἐκ τῶν πολεμίων λείαν ἰσραηλῖται ἐκτήσαντο. Κεφ. β.
Πῶς σαμιζάδαι ῥαγουήλου τοῦ γαμβροῦ μωσῆ ἐδωκεν. Κεφ. γ.
Πῶς μωσῆς ἀναβὰς εἰς τὸ σινᾶιον ὄρος, καὶ λαβὼν παρὰ θεοῦ τὰς τῶν δέκα λογῶν πλάκας, τὰ κατ' αὐτὰς παρέδωκεν. Κεφ. δ.
Περὶ τῆς σκηνῆς ἣν μωσῆς ἐπήνεγκε σὺν τῇ λοιπῇ μεταφερομένην καὶ ἐγκρυπτομένην. Κεφ. ε.
Περὶ τῆς κιβωτοῦ, ἐν ᾗ μωσῆς τὰς νομικὰς πλακὰς ἐναπέθηκεν. Κεφ. ς.
Περὶ τραπέζης καὶ λυχνίας χρυσῆς καὶ θυμιατηρίων τῶν ἐν τῇ σκηνῇ. Κεφ. ζ.
Περὶ τῶν τε ἱερέων καὶ ἀρχιερέως κοσμισμοῦ. Κεφ. η.
Περὶ τῶν ἀκάρων ἐκφορᾶς, καὶ ἃ τινα τοῖς ἑορταῖς καὶ ἱερουργίαις νενόμισται. Κεφ. θ.
Νόμοι περὶ θυσιῶν καὶ ἀφέσεως ἁμαρτημάτων. Κεφ. ι.
Νόμοι καθ' ἕνα τῶν πλημμελούντων. Κεφ. ια.
Σπονδαὶ καὶ μανιτείαι, δι' ὧν ἐπορεύοντο, καὶ τῶν σφαγιαζομένων κόλασις. Κεφ. ιβ.
Περὶ κατασκόπων οἳ ἐξαπεσταλησαν τὴν χαναναίαν γῆν, καὶ ἀπειλῆσαι τοὺς ἰουδαίους ἐξέφερον. Κεφ. ιγ.

HÆC IN JOSEPHI TERTIO ANTIQVITATUM JUDAICARUM LIBRO CONTINENTUR.

Quomodo Moyſes populum ex Ægypto in Sina montem eduxit. Cap. I.
De Amalecitarum & ſociorum clade, & præda, quæ Iſraelitis inde obtigit. Cap. II.
Raguelis conſilium, quod genero ſuo Moyſi dedit. Cap. III.
Moyſes, conſcenſo Sina monte, acceptas à Deo decem præceptorum tabulas ad populum reportat. Cap. IV.
De tabernaculo per Moyſem in terra deſerta facto, quod ſimilitudinem templi portatilis referebat. Cap. V.
De arca, in qua tabulas legis Moyſes collocavit. Cap. VI.
De menſa & candelabro aureis, deque altaribus tabernaculi. Cap. VII.
De pontificiali ac ſacerdotali ornatu. Cap. VIII.
De Aaronis ſacerdotio, & quæ leges ad feſta ac ſacrificia ſpectent. Cap. IX.
Leges de ſacrificiis & purificationibus. Cap. X.
Leges belli & conſuetudines. Cap. XI.
Seditio contra Moyſem propter egeſtatem, & ſeditioſorum pœna. Cap. XII.
De ſpeculatoribus, qui, explorata Chananæorum regione, reverſi Iſraelitis terrorem hoſtium incuſſerunt. Cap. XIII.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

FLAVII JOSEPHI ANTIQVITATUM JUDAICARUM

Liber Tertius.

CAP. I.

Qvemodo Moyses populum ex Ægypto in Sina montem eduxit.

RECENTEM hanc lætitiam ex inſperato acceptæ ſalutis offuſcavit nonnihil itineris moleſtia, quo per deſerta in Sina montem ducebantur: qvod emetienda eſſet regio difficilis propter ciborum & aquarum extremam inopiam, & ne brutis quidem alendis, nedum hominibus idonea. erat enim tota ſqualida, & nihil omnino humoris habens, unde fructus provenire ſolent. talem autem viam neceſſario ſunt ingreſſi, cum aliam non poſſent: deferebantque ſecum aquam, priuſquam deſertum intrarent, hauſtam, duce ita præmonente. qva abſumpta, puteos magno labore propter duritiem terræ fodientes aquabantur: ac ne ſic quidem vel ſatis bonam, vel qvantum ſufficeret, inveniebant. in hunc modum iter facientes perveniunt prima veſpera in locum quendam, cui propter aquas vitioſas nomen fecerunt Mar, amarorem vocabulo ſignificante: ibique laſſis de via, & commeatu quoque jam abſumpto, inopiam ſentire incipientibus, divertere placuit. invitabat ad manendum puteus forte repertus, qui tametſi tantis copiis non poſſet ſufficere, nonnihil tamen ſolatii propter naturam regionis præbebat. audiebant enim nihil aquæ in progreſſu ſe inventuros, hæc ipſa quoque amara fuit & nulli potabilis, non homini ſolum, ſed & ne jumento quidem. Moyſes autem videns eis animum cecidiſſe, nec habens, quod diceret, non enim erat res cum hoſte, quem virtute repellere poſſet, ſed & viri & imbellis mulierum ac puerorum multitudo ex æquo periclitabantur, ægre expediebat conſilium, populi miſeriam ad proprium infortunium referens. ad hunc unum enim concurrebant, mulierculæ infan-

Exod. 15.

Κεφάλαιον ά.

Πῶς μωϋσῆς τὸν λαὸν ἐξ αἰγύπτου πρὸς τὸ σινᾶϊον ὄρος ἐξήγαγεν.

ΠΑΡΑΔΟΞΟΥ μὲν τῆς ἐξαίφνης σωτηρίας ἔτους γλυκυθείσης, δεινῶς ἐλυπεῖ πάλιν αὐτοὺς ἀγομένους διὰ τὸ σινᾶϊον ὄρος ἡ χώρα πλέως οὖσα ἐρήμου, καὶ τῶν πρὸς τροφὴν αὐτοῖς ἀπροσπόριστον, ἀνανέμεσθαι μὲν καὶ ὕδατος εἰς τὸ ἔσχατον. καὶ μὴ μόνον ἀνθρώποις τὴν παρασκευὴν ἐνδεῆ, ἀλλὰ μηδ' ἄλλο τι τῶν ζώων ἱκανὴν ἔχουσαν. ψαφαρὰ γὰρ ἐστι καὶ νοτερὸν ἐξ αὐτῆς οὐδὲν, ἔστι καὶ φυτοῦ παρεῖναι δύναμιν. τοιαύτην δ' ἔσεσθαι τὴν χώραν ἐξ ἀνάγκης ἐδόκουν, ἑτέραν ἀπιόντες οὐκ ἔχοντες. ἐπεφέροντο δ' ἐκ τῆς παρόδου πεπερασμένῃ ὕδωρ ἐκ φρεατογοῦ κεκελευσμένοι. καὶ τούτου δαπανηθέντες, ἐκφρέατων ἐποιοῦντο τὴν ὑδρείαν, σπάνιον μὲν συλλεγόμενον τῆς γῆς καὶ τὸ ὁρισθὲν μόλις ἀποκρῖνον ἀλλ' ἐπιμόνως λίαν, καὶ ἔτως ἦν αἰνιον ἀφικνεῖσθαι τοῦτον ἐδεύοντες τὸν τρόπον πρὸ δείλης ἐφίασιν εἰς μάρατην, ἔτως ἀπὸ τοῦ ὕδατος κακίαν ὀνομάσαντες. μάρα γὰρ ἡ πικρία λέγεται. καὶ αὐτόθι πεπαλαιωρημένοι τῇ συνεχεῖ τῆς ὁδοιπορίας καὶ τῇ τῆς τροφῆς ἀπορίᾳ, καὶ γὰρ τοῦ αὐτοῖς τελέως ἀπηλειπτο, καπέκειτο. φρέαρ γὰρ ἓν, ὃ δὴ καὶ μᾶλλον ἔμενον, ἀσθενὲς αὐτὸ μὲν ἐξαρκεῖν δυνάμενον πεντήκοντα στρατῷ, βεβαρκίαν μέν τοι παρεῖχον αὐτοῖς εὐθυμίαν, ἐν ἐπίνοιαις ἔχουσι τὰς χωρίους, καὶ γὰρ ἤκουεν ἀπὸ τῶν ἐξανευρίσκοντων μηδὲν ἔμπροσθεν βαδίζοντι εὑρήσειν πικρὸν ἢ ἐπίνοιο τὸ ὕδωρ καὶ ἄπορον ἅπαν, οὐκ ἀνθρώποις μόνον, ἀλλὰ καὶ τοῖς ὑποζυγίοις ἀφόρητον. ἐρῶν δ' ὁ μωϋσῆς ἀθύμως διακειμένους καὶ δεδιὸς πάραγμα τὸ ἀναπόληκτον, οὐ γὰρ ἐχθρὸς ἦν στρατὸς, ὡς τι τοῦ βιαζομένου τῆς ἀνάγκης ἀποτάξαι τὸ ἀνδρεῖον, ἀλλὰ διαφθείρετο πᾶν ἡμιφόρων πλῆθος τὸ καὶ γυναικῶν ὄχλου ἀσθενέστερον, τῆς ἐπείνων διδασκαλίας ἐν χαλεπωτέροις ἦν, τὸ συμφορᾶν τὴν ἁπάντων ἰδίαν αὐτοῦ ποιούμενος. καὶ γὰρ οὐδ' ἐπ' ἄλλον τινὰ συνέτρεχον, ἀλλ' ἐπ' αὐτὸν, ἀντιβολοῦντες γύναια

παρὰ μὲν τοῦ θεοῦ τὴν πίστιν, αὐτὸς δ' ἄνθρωπος τοῦτο ἐνόμιζον, μὴ
θεωρῶν, αὐτὸς ἐπιμελόμενος αὐτοῖς ἀφορμήν τινα σω-
τηρίας. ἱκετεύσαντος οὖν τοῦ Μωσέως τὸν θεὸν, μεταβαλὼν τὸ
ὕδωρ ἐκ τῆς πικρότητος κακίας καὶ ποτιμον αὐτοῖς ἀπερ-
γάσατο. καὶ κελεύσαντος αὐτῷ τοῦ θεοῦ χάριν, λαβὼν ξύλον
τινὰ ὁ τυχὸν ἐν τοῖς ἐρείπιοις ἔκειτο, διαιρᾷ μέσον,
καὶ τῷ μήκει τοῦ παντὸς ἐπιμερίζει, εἶτα εἰς μέσον
εἰς τὸ φρέαρ, ἔπειθε τοὺς ἐφεστῶτας τὸν θεὸν ἐπήκοον δοὺς
τῆς δεήσεως γενόμενον, καὶ ὑποχείριον τὸ ὕδωρ αὐτοῖς πα-
ρέξειν οἷον διατιμωμένοις, πρὸς τὰ ὑπ' αὐτοῦ κελευόμενα
μὴ ὀκνηρῶς ἀλλὰ προθύμως ὑπουργοῦσιν. ἐρωμένων
δ' αὐτῶν τὸ καὶ ποιούντων ἂν μεταβάλλοι τὸ ὕδωρ, κε-
λεύει τοὺς ἐν ἀκμῇ ὄντας ἐξαντλεῖν, λέγων τὸ
ὑπολειπόμενον ἔσεσθαι πότιμον αὐτοῖς προσεχνεωθέντος
τοῦ πόνου. καὶ οἱ μὲν ἐπόνουν, τὸ δὲ ὑπὸ τῶν συνεχῶν
πληγῶν γεγυμνασμένον καὶ κεκαθαρμένον ἤδη πότιμον
ἦν. ἄραντες δ' ἐκεῖθεν εἰς ἰλιὺν ἀφικνοῦνται, πρόρρωθεν
μὲν ἀναβλέψαντες ὁρᾶσθαι. καὶ γὰρ φοινικόφυτος ἦν. πλησιά-
ζοντες δ' ἀπελέγχεται πίνημα. καὶ γὰρ οἱ φοίνικες ὄντες οὐ
πλείους ἑβδομήκοντα δυσωχρίᾳ τὸ ἦσον καὶ χαμαὶ ζηλοῦ-
σι. τὸ δ' ὕδατος δυσπορίαν ψαφαρᾷ καὶ πάντως ὄντες χωρίῳ, ἔτι
γὰρ ἐκ τῶν πηγῶν δώδεκα οὐσῶν τὸν ἀριθμὸν νοτερὸν πα-
ρεῖχε ἀρδευτὸν αὐτοῖς δι' ἐλπίδα χρήσιμον. ἀλλὰ μὴ
δυναμένων ἐκβλύειν μηδὲ ἀναχεῖν, ἰκμάδες ἦσαν
ἐλάχισται. ἀρυσαμένοις τοῦ ψάμμου τυθὲν ἀπόπατον.
κἀντεῦθεν ἔλαιζον ἔλαιον εἰς χεῖρας, ἄχρηστον δ' ἐστὶν
ἐκτὸς ἢ λαμπρὸν εἶναι. παρὸν τε φέρειν ἐν ἀθενῆ τὸ
δόμα. διὰ τὴν ἀπάνθρωπον τῆς ἐξ ὕδατος εἰς ὃ τι ἀφορμῆς καὶ
ἐπιβλήσεως. εἶχον οἱ ἐν αἰτίᾳ τὸν στρατηγὸν, καὶ κατα-
βοῶντες αὐτοῦ, τοῦ παντελοῦς ἀπορίαν καὶ τοῦ πόνου τὸ κακῶν
ἀπαίτιον παρεχόμενον λέγοντες. τριακοστὸν γὰρ ὁδεύοντες ἡ-
μέραν, ὅσα μὲν ἐκ Φέροντο πάντα ἦσαν ἀναλωκότες.
μηδὲν δ' ἐντυγχάνοντες δυσέλπιδες ἦσαν περὶ τῶν
ἄλλων. πρὸς δὲ τῷ παρόντι κακῷ τοῦ λιμοῦ ἔντος,
καὶ ἐν μνήμῃ ὄντες τῶν ἀπηργμένων αὐτοῖς ἐκ τοῦ θεοῦ
καὶ τῆς Μωϋσέως ἀρετῆς καὶ συμπότου κωλυόμενοι, δι'
ὀργῆς τὸν στρατηγὸν εἶχον, καὶ λίθοις βαλεῖν αὐτὸν ὡρ-
μηκότων ὡς αἰτιώτατον τῆς ἐν ποσὶν συμφορᾶς. ὁδὸν
οὖν ἀνηρθισμένου δὲ πλήθους ἐπὶ πικρῶς ἐπ' αὐτὸν
κεκινημένου τοῦ θεοῦ θαῤῥοῦντος, καὶ τῷ στωικότι τῆς περὶ
τοὺς ἐμφόβους προνοίας, παρίησιν εἰς μέσους ἐκκα-
θίσταται ἐπὶ τοῖς χώμασι ἐπὶ τοῖς λίθοις ἐχόντων. ὁρμᾷ
τε κεχαρισμένος ὢν, καὶ πλήθεσιν ὁμιλῶν πιθανώ-
τατος, κατεπαύσατο ῥᾳδίως τῆς ὀργῆς μὴ τῶν παρόντων
αὐτοὺς δυσκόλων μεμνημένους λήθην ἔχειν τῶν ἐμ-
προσθεν εὐεργεσιῶν ὠφελημάτων. μηδ' ὅτι νῦν πονοῦν-
τες, τῆς Αἰγύπτου σκύβαλον τοὺς ἐν θεοῦ χάριτας ἐκ δω-
ρεᾶς ἐν μεγάλων καὶ ἐκ ῥᾳδίου ἐτύχομεν ἡγούμε-
νον. προσδοκᾶν δὲ καὶ τῆς παρούσης ἀπολλαγὴν ἀμ-
ηχανίας ἐκ τῆς ἐν θεοῦ κηδεμονίας. ὃν εἰκὸς δοκι-
μάζοντα τοῦ ἀρετὴν αὐτῶν, πῶς τε καρτερίας ἔχουσιν
καὶ μνήμης τῶν προηργμένων, εἰμὴ πρὸς ἑκάτερα ἠγοιν-
το. Αἰγύπτου ἐκ ποσὶν κακὰ γεγονέναι αὐτοὺς τοῖς ἄρα χα-
λεπὸς. ἐλέγχεσθαι δὲ αὐτοὺς ὀκνήσαντας, ἔτι πρὸ τοῦ
ἐπομένου οὔτε πρὸ τοῦ μνήμην τῶν εὐ γεγονότων, ἔτ-
τας μὲν ἐν θεῷ καὶ τῆς ἐκείνου γνώμης καθ' ὃν ἐκλε-
λάμπεσθαι τὸ ἀγνῶτον καταφρονήσας, ἔτως δὲ πρὸς αὐτ
τὸ ἐπιτρέπειν αὐτὸ Αἰγυπτίοις καὶ τοῦτο μηδὲν αὐτοὺς
Αἰγυπτιάσαι μῶν ὧν ἔπασχε τὴν παρεῖναι κατ' ἐπι-

tibus opem implorantes, viri vero mulieribus, A
ne se despiceret, utq; salutis remedium aliquod
quæreret, ad preces igitur versus orat, ut Deus,
mutata aqua, ex vitiosa potabilem reddat: quo
annuente hanc gratiam, arripit frustum ligni
forte ibi jacens, & medium per longitudinem
scissum in aquam mittens, docet Hebræos Deum
exauditis precibus, pollicitum daturum se a-
quam desiderantibus, si gnaviter jussa perage-
rent. quibus rogantibus, quid facto opus sit, ut
aqua mutetur. jubet robustissimum quemque
certatim puteum exhaurire, dicens, majore par-
te evacuata, reliquum potabile fore. quo facto, B
aqua agitatione continua puriot reddita, potum
jam non aspernandum multitudini exhibuit.
Hinc castris motis, pervenerunt Ilym, agrum, ut
primo aspectu è longinquo videbatur, non ma-
lum, ferebat enim palmas. ut vero propius est C
ventum, fefellit omnium expectationem. palmæ
enim non plures erant quam septuaginta, eæque
non admodum proceræ propter loci ariditatem.
nam ne a fontibus quidem rigabantur, qui duo-
decimo loco erant, sed non ita largi, ut emissis
rivulis humiditatem terræ submini strarent, quare
ad egerendam harenam versi in nullas venas
incidere poterant, & si quid modicum distillaret, D
fossione turbatum inutile ad potum reddebatur.
arbores quoque non multum fructum ferebant
propter eandem aquarum inopiam. quamobrem
exortum est murmur multitudinis contra du-
ctorem, omnem miseriæ suæ causam in unum il-
lum conferentis. triginta enim dierum itinere
confecto, commeatum omnem, quem secum ex- *Exod. 16.*
tulerant jam absumptum desiderabant, & cum
nihil alimentorum in terra deserta invenirent,
minimum à desperatione aberant: atque ita, præ- E
sente egestate, præteritorum tam Dei quam
Moysis beneficiorum memoriam excutiente, in
iram concitati, videbantur jamjam, correptis fa-
xis, in imperatorem suum invasuri, autorem in-
teritus sibi clamitantes. at ille irritatam multitu-
dinem & tam acriter in se concitatam animad-
vertens, fretus Deo & conscientia rei bona fide F
administratæ, prodit in medios vociferantes &
saxa intentantes. cumque singularem quandam
gratiam in vultu præferret, popularique facun-
dia cum primis polleret, exorsus est iram eorum
mitigare, obsecrans, ne in præsentem necessita-
tem intenti omnium præteritorum beneficiorum
memoriam abjicerent: utque à difficultate tunc
premente animum ad Dei gratiam ac dona ver- G
terent, quibus toties præter opinionem cumula-
ti fuissent, nunc quoque expectarent eum bonum
exitum procuraturum, quem verisimile sit ad
probandam eorum fortitudinem, patientiam &
gratitudinem, utq; appareat, præteritane an præ-
sentia plus apud eos possint, hanc rerum angusti-
am immisisse. cavendum igitur, ne ob intoleran-
tiam atq; ingratitudinem divino favore indigni
deprehendantur, qui & voluntatem ipsius, quam
ministrum ejus iniquis odiis persequantur, præ-

secuti Ægyptum reliquissent, contemnant, & se
sertim cum hactenus in nullo eorum, quæ Dei jussu gerenda susceperat, deceptos se queri possint.

Enumerat deinde ſingillatim. qvomodo afflicti fuerint Ægyptii, dum eos contra Dei voluntatem detinere conarentur: qvomodo idem flumen illis quidem cruentum & ad potum inutile, ipſis vero dulce fuerit ac potabile. quomodo ita, refluo mari, locum eis & viam ad effugium cedente, ipſi quidem per eam evadentes ſalutem ſint conſecuti inimicos vero internecione deletos inſpectaverint: & quomodo in eam usque diem inermes, Deo præbente, armorum quoque copiam ſibi comparaverint: tum quoties ex ipſis interitus faucibus eos præter omnium opinionem incolumes Deus eripuerit, qui cum ſemper ſit omnipotens, ne tum quidem de ipſius providentia deſperandum. qvamobrem æqvo animo ferenda omnia, cogitandumque non eſſe ferum auxilium, quantumvis differatur, qvod, rebus adhuc integris, accipitur. & ſic exiſtimandum, non contemni à Deo ſua pericula, ſed fortitudinem explorari ac libertatis amorem, ut videat, utrum ejus cupidine & ciborum & aquarum inopiam ſuſtinere valeant, an potius more pecudum dominis in ſuum uſum paſcentibus ſervire malint. Se quidem non tam ſibi privatim timere, cui cæſo injuſtè nihil mali accidere poſſit: quam ipſorum incolumitati, ſi per iſtam lapidationem facta & conſilia Dei damnare videantur. His verbis furentes ad ſaniorem mentem reduxit, & jam ad facinus armatis ſaxa de manibus excuſſit. ſed quoniam intelligebat, non de nihilo concitatos, ad preces & ſupplicationes confugit: &, conſcenſa quadam ſpecula, opem Dei rebus per inopiam afflictis depoſcebat, in cujus ſolius manibus ſalus populi repoſita eſſet: utque propitius veniam daret populo duris rebus exaſperato, & propter hoc more humano ab officio decedenti. Deus vero curæ ſibi populum fore pollicetur, & opem, quam peterent, jamjam affuturam. His impetratis, Moyſes deſcendit ad multitudinem: illi vero animadvertentes promiſſionibus divinis lætum, & ipſi, poſito mœrore, vultus hilares ſumpſerunt. tum ille ſtans in medio concionis, ait ſe præſenti neceſſitati à Deo remedium afferre, nec ita multo poſt magna vis coturnicum, qvod genus avium præ cæteris Arabicus ſinus alit, ſuperato interjacente mari longo volatu feſſarum, qui alioquin etiam non eſt ſublimis, in Hebræos defertur. illi vero cibos divinitus oblatos certatim comprehendentes, remedium inopiæ quærebant: & Moyſes rurſum ad ſupplicationes vertitur, ob auxilium à Deo promiſſum ſimul atque exhibitum: qui ad hunc modum paſtis alia mox alimenta demiſit. nam interim dum Moyſes precabundus palmas attollit, ros de cœlo delabitur: qui cum manibus ejus hærens concreviſſet, ſuſpicatus ille hanc quoque alimoniam à Deo demitti, deguſtat: lætusq; re comperta, turbam ignaram & putantem, hiberna tempeſtate ningere, monet opinione falli, nec vulgarem rorem de cœlo deſcendere, ſed alimoniam, quæ ope alia deſtitutos periculo famis eximeret: ac mox prægustatam offert, ut experto crederent. illi vero ad ejus exemplum novo cibo læti fruebantur, qui ſuavitate ad mellis dulcedinem accedebat, aſpe-

A λὴν δ' ἀπ' αὐτῶν κελεύσεν. καταριθμησάμενος δ' ἐν πάσῃ, ὡς τὰ φθαρέντα αἰγύπτιοι κατίχνη αὐτὸς ὧδε τ' δ' ἀπ' ἐγώ-
μην βιαζόμενοι. καὶ πίνα τρόπον ὁ αὐτὸς ποταμὸς, ἐκεί-
νοις μὲν αἷμα καὶ ἄπορος, αὐτοῖς δ' πότιμος καὶ γλυκύς.
πῶς τε ἀφ' θαλάσσης ἀναφυγούσης αὐτοῖς παρέχωπε-
τω, καὶ τ' ὁδὸν ἀπελθόντες αὐτῇ ταύτῃ σωθέντας μὲν
αὐτοὺς, τοὺς δ' ἐχθροὺς ἀπόδοντες ἀπολωλότας. ὅπ τε ἀπα-
νίζοντας ὅπλων εἰς ἀπορίαν ὁ θεὸς καὶ τούτων κατασκή-
B σαντες. τά τε ἄλλα ὅσα πρὸς αὐτὸν τῶν ἀφθαρήτων
δόξαν γεγονέναι. σώσαι ὁ θεὸς ἐκ φθαλόγου, καὶ ὡς δυ-
νάμις αὐτῶν μὴ ὑπογενέσθαι μηδὲ νῦν αὐτὸ τῶν πρό-
νοιαν. ἀλλ' ἀοργήτως φέρειν λογιζομένους μὲν τὴν
ἀπορίαν μηδὲ βεβαίαν γίνεσθαι, εἰ μὴ παραυτίκα,
εἰ μὴ πρὸ πινὸς πειρασθήναι δυσκόλου πάρεσιν. ἡγου-
μένους δ' ὁ κατ' ὀλιγωρίαν μέλλειν τ' τὸν θεὸν, ἀλλ' ὅπι
πείρα τῆς ἀνδρείας αὐτ καὶ τ' φέρειν τ' ἐλευθερίαν ἡδονῆς.
ἵνα μάθοι πότερον ποτὲ τροφῆς ἀπορίαν καὶ ἀπάνιν ὕ-
C δατος ὑπερ αὐτῆς ἐστ ἐνεσκεῖν ἕτοιμοι. ἢ δουλείαν μᾶλ-
λον ἀγαπᾶτι καθ' πιρ τὰ βοσκήματα τῆς κρατεῖσιν ἐ
τῆς πρὸς τὰς σκεύων ὑπηρεσίας ἀφθόνως τρεφομέ-
νοις. δεδιέναι δ' λοιπὸν ὀχ ἅτως ὑπερ τ ἑαυτῶ σωτη-
ρίας. πίστας γὰρ οὐδὲν καπὲν ἀδίκως ὀστοβανών. ἀλλ'
ὑπερ αὐτῶν μὴ δι' ὧν ἐπ' αὐτ βάλλουσι λίθων δ' θεῶ
καθαιρόμενον νομιοθῶσιν. ἅτως αὖ ἐπραΰνει αὐτοὺς καὶ τ'
μὲν τ' βαλεῖν ὁρμῆς ἐπέσχεν, καὶ εἰς μετάνοιαν ὧν ἐμελ-
D λον ὁρᾶν ἔτοιμ' ψεν. παθὼν δ' σὺν ἀλόγως αὐτὸς λέγ τ'
ἀναγκαῖον τοῦτο νομίσας, ἔγνω δεῖν ἐφ' ἱκετείαν δ' θεὸν καὶ
φθόκλησιν ἐλθεῖν. καὶ ἀναβὰς ὅπι πινα σκοπιὰν ἤτ'
πόρον πινὰ τῷ λαῷ καὶ τ' ἐνδείας ἀπαλλαγήν. ἐν αὐτῷ
γὰρ εἶναι τ' σωτηρίαν αὐτ'. ἐ σὺν ἐν ἄλλῳ. σωγνώσκειν
δ' τοῖς νῦν ὑπὸ τῆς ἀνάγκης ὑπὸ δ' λαῦ πραττομένοις
φύσ δυσαρέστου καὶ φιλαυτίου δ' τῶν ἀνθρώπων ἐν οἷς
ἂν ἀτυχῇ γίνους ὄντος. ὁ δ' θεὸς προνοήσειν τι ἐπαγγέλ-
λεται ἐ παρέξειν ἀφορμὴν ἐκ ζητῆσιν. μαύσης δ' δ' θεῦ
E ταῦτ' ἀκούσας, καταβαίνῃ πρὸς τὸ πλῆθος. οἱ δ', ὡς εἶ-
δον καὶ τοῖς ἐπαγγελίαις τοῖς ὧδ δ' θεῦ γεγηθότες,
μετέβαλλον ἐκ τ καταφρόνας ὅπι τὸ ἱλαρώτερον. ἐ σὺν
ἐκείνοις ἐν μέσοις, ἤκειν ἔλεγε φέρων αὐτοῖς ὧδὰ τὰ
θεῦ τ' ἐκ τῶν ἐνεσκηκότων ὄπλων ἀπαλλαγήν. ἐ μετ'
ὀλίγον ὀρτύγων πλῆθος, τρέφ δ' τοῦτο τὸ ὄρνεον ὡς ἥδιστ
ἕτερον ὑπερβάθιος κόλπος, ἐρίπλα δ' τοῦ μεταξὺ θαλάσ-
σαν ὑπερελθὸν, καὶ ὑπὸ κόπ τ' ἅμα τῆς πτήσεως ἐ
F πρόσγειον μᾶλλον τῶν ἄλλων ἐν, καταφέρεσθαι εἰς τοὺς
ἑῴους. οἱ δ' συλλαμβάνοντες ὡς τροφὴν αὐτοῖς δ' θεῦ,
πρότερ μηχανησαμένῳ τοῦ ἐνδειαν ἴσχυσ. καὶ μαύσης
ἐπ' εὐχὰς τρέπ δ' τοῦ θεοῦ ταχεῖαν καὶ ὧδ τ' ὑπόσχεσιν
ποιησαμένῳ τὴν ὑπικουρίαν. εὐθὺς δ' μὲ τοῦ
πρώτου ἀφορμὴν τῆς τροφῆς καὶ δευτέραν αὐτοῖς κα-
πέπεμπεν ὁ θεός. ἀνέχοντος γὰρ δ' μαύσεως τὰς χεῖρας
ὑπὸ τὰς εὐχὰς, δρόσος κατ' ἐνέχθη. καὶ ἐπιπηγνυμέ-
G νης τὰς χερσὶν μαύσης ὑπονοήσας καὶ τούτου εἰς τρο-
φὴν ἥκειν αὐτοῖς ὧδὰ δ' θεοῦ, γεύσας τ', καὶ ἡδεῖς
δ' πλήθους ἀγνοοῦντος καὶ νομίζοντος νίφεσθ. ἐ τῆς
ὥρας εἶναι δ' ἔτους τὸ γινόμενον, ἀνεδίδασκεν οὐ καὶ τοῦ
σκεύων ὑπόληψιν αὐτ' ἐξαιρῶν καταφέρεσθ τοῦ ὄρνε-
σιν. ἀλλ' ἐπὶ σωτηρίᾳ τῇ αὐτ καὶ διατροφῇ. καὶ χαυόμε-
νος τοῦτ' αὐτοῖς παρέχε πιστεύειν. οἱ δ' μιμούμενοι τὸν
πρωτηγὸν ἥδοντο τῷ βρώματι. μέλιτι δὲ ἐοικὸς τοῦ γλυ-
κύτητα

ting ningere, monet opinione falli, nec vulgarem rorem de cœlo deſcendere, ſed alimoniam, quæ ope alia deſtitutos periculo famis eximeret: ac mox prægustatam offert, ut experto crederent. illi vero ad ejus exemplum novo cibo læti fruebantur, qui ſuavitate ad mellis dulcedinem accedebat, aſpe-

κύτητα καὶ τλεὺ ἡδονλεὺ ἐμφερές. ὅμοιον δὲ τῇ τῶν ἀ- A
ρωμάτων βδέλλῃ. τὸ δὲ μέγεθ⊖ τῷ κορίανδρου
σπέρματι. [illegible] συλλογλεῖ λίαν αὐτὸ ἑαυτοῦ ἕκα-
στος. [illegible] ἐξ ἴσου ἀσσαρώνα, τοῦτο δ'
ἦν [illegible] τκάσλεω ἡμέραν τολλέγειν. ὡς οὐκ ἄπο-
λαυστος αὐτοῖς τοῦ βρώματ⊖ ἵνα μὴ τοῖς ἀδυνάτοις
[illegible] λαμβάνειν, δι' ἀλλλεὺ τῶν δυνατωτέρων
[illegible] αὐτῶν περὶ τλεὺ ἀναίρεσιν. οἱ μέν τι πλέον
ὑπερβεβλημένοι μέτρ⊖ συναγαγόντες οὐδὲν περισ- B
σὸν εἶχον· ὁ δὲ κακοπαθήσας. ἀσσάρων⊖ γὰρ οὐδὲν
πλέον εὗρισκον. ὃ δ' ἐπολοφ⊖ντ⊖ εἰς τλεὺ θεῖον
ἄκρον, ὅπως οὐδεμία λεὺ διαφθαρέντος ὑπό τι σκωλη-
κῶν καὶ πικρίας οὕτω θεῖον λεὺ τὸ βρῶμα καὶ ἀδόκη-
τον ἀμιγὲς ἦ τοῖς ταύτλεω νεμομένοις τλεὺ ἐκ τῶν ἄλ-
λων ἀσορίαν. ἔτι ἦ καὶ νῦν ἔστ⊖ πᾶς ἑκεῖν⊖ ὁ τόπ⊖,
ἐν ᾧ πᾶς καὶ τότε μωυσῆ χαμόθρυον τὸ θεῖον κατε-
πέμψατο τλεὺ Δ[illegible]τεροφλεῦ. καλοῦσι ἦ ἑβραῖοι τὸ βρῶμα C
τῦτο μάννα. τὸ γὰ μᾶν, ἐπερώτησις κ' τλὶ ἡμετέραν
Δ[illegible]λέκτον, τί τῦτ' ἔστιν ἀναπρίνουσι. καὶ οἱ μὲν χαίρον-
τες ὅτι τῆς ἀπ' οὐρανοῦ πεμφθῆσιν αὐτοῖς διεπέ-
λασε. τῇ δὲ τροφῇ ταύτῃ ποσαράκοντα ἔτεσιν ἐχρή-
σαντ⊖ δεῖον χρόνον ἤσαν ἐν τῇ ἐρήμῳ. ὡς δ' ἐκεῖθεν
ἀφικνοῦντ⊖ ῥαφιδεὶν ἦκον παλαισπαρηγέντες τὸν δι-
ψῶντ⊖ ἔχοντον, ἔν τε ταῖς πρότερον ἡμέραις πιδαξιν
ὀλίγας ἐπευγχάνοντες, κ' τότε παντάπασι ἄνυδρον δεί-
σαντες τλεὺ γλεῦ ἐν κακοῖς ἦσαν, καὶ πάλιν δι' ὀργῆς D
τὸν μισθλεὺ ἐποιοῦντο. ὁ δὲ, τλεὺ ἐρημλεὺ δ' πλήθους
ὄντ⊖ μᾶλλον ἐκλίνας, ὅτι λιτὸς τρέπεται δ' θεοῦ,
ἀφθονωτέρων ὡς τροφλεὺ αὐτοῖς ἔδωκεν δεομένοις,
οὕτως καὶ πόσιν ὕδατος ἀφθονεστέρου δεομένοις, καὶ τῆς
ἐπιτροφῆς χάριτος πρὸ μὲν παρόντος οὐδέν. ὀδ' εἰς μα-
κρὰν τλεὺ δαπρεσβείαν ἐκάλλετο, τῷ ἦ μωυσῆ παρέξειν
ὑπερφυᾶ πηγὴν, κ' πλήθ⊖ ὕδατος, ἔθεν ἀ προσδο-
κήσειν. καὶ κελεύει τῷ βάκλῳ πλῆξαντα τὴν πέτραν, E
λεὺ εἴσω αὐτόθι ὠθρωκημένῃλεω, παρ' αὐτῆς λαμβά-
νειν τὴν ἀπεμίαν ὧν δέον. φροντίζειν γὰ καὶ ὅ μὴ σω
τῶν μηδ' ἐργασίαν τὸ πόθεν αὐτοῖς φανλεῦσαι. καὶ μωυ-
σῆς αὐτὸ λαλεῦ πρὸς ὃ θεὸς ὠθρώπεται πρὸς τὸν
λαὸν, προειμένοντα καὶ εἰς αὐτὸν ἀφορᾶν τε. κ' γὰ ἤδη
καὶ ἐθεώρων αὐτὸν ἀπὸ τῆς σκοπῆς ἑρμώμενον. ὡς δ'
ἦκεν, ἀπαλύνει αὐτοὺς καὶ ταύτης τῆς ἀνάγκης τὸν θεὸν
ἔλεῳ καὶ κεχαρῆσθαι σωτῆρα οὐδ' ἐλπισθέντα, ἐκ
τῆς πέτρας πατρὸν αὐτοῖς ῥυήσεσθ' λέγων. τῶν ἦ F
πρὸς τὴν ἀκολεὺ κατεπλαγέντων, εἰ ἀπό τι δ' δίψους
καὶ τῆς ὁδοιπορίας πεπαλαιπωρημένοις ἀνάγκη γέγο-
νε κόπῳ τὴν πέτραν, ὁ μωυσῆς πλήσσει τε τῇ βακτη-
ρίᾳ, ἐ χαράσσ⊖ ἐξέβλυσεν ὕδωρ πολὺ καὶ διαυγέστα-
τον. οἱ δὲ τοῦ ὠθρωπίνῳ δ' γενόντ⊖ καταπλάγησαν
ἐ πρὸς τὴν ὄψιν ἤδη τὸ δίψος αὐτ' ἔληθε. ἐ πίνουσιν
ἡδὺ καὶ γλυκύτατον ἅμα, καὶ οἷον ἂν εἴη θεῦ τὸ δῶρον
δόντες. τόν τε σὺ μωυσῆν ἐθαύμαζον οὕτως ὑπὸ τοῦ
θεοῦ τετιμημένον, καὶ θυσίας ἡμέρωντο τὴν δ' θεὸν πε- G
ρὶ αὐτοὺς προνοιαν. δηλοῖ ἦ ἐν τοῖ ἱερῷ ἀνακειμένη
γραφή, τ' θεὸν μωυσῆ προεπῶν οὕτως ἐκ τῆς πέτρας
ἀναδοθησεσθαι ὕδωρ.

ctu vero ad aromatis ſimilitudinem, quod bdellium dicitur, magnitudine coriandri ſemini ſimilis: eumque pro ſe quisque certatim colligebant. ſed mox edicto admonentur, ut ex æqvo aſſaronis menſuram qvotidie colligerent: non enim defore hoc cibi genus. qvod eo factum eſt, ne infirmioribus deeſſet, dum robuſtiores per avaritiam plus ſatis colligunt. quod ſi quis, contempto edicto, ultra præſcriptum modum collegiſſet, plus defatigatus nihilo plus habebat quam cæteri. quicquid enim ultra aſſaronem ſequenti die ſupererat, inutile reddebatur, amaritudine ac vermibus corruptū: adeo divinus & incredibilis erat hic cibus: cujus hæc natura eſt, ut qui hunc habet, alium non deſideret. Quin & noſtris temporibus tota ea regio genere hoc compluitur, quemadmodum olim in Moyſis gratiam Deus id alimentum demiſit. hoc Hebræi manna vocant. nam hæc vox man in noſtra vernacula eſt percontativa, quid hoc eſt? interrogans. atque ita perpetuum gaudium ac ſecuritatem per hunc cibum ſunt adepti, qvo per annos quadraginta deinceps ſunt ſuſtentati: tantum enim temporis in deſerto hæſerunt. Sed ex loco, in qvo hæc primum contigerunt, caſtris motis, poſtquam in Raphidim pervenerunt, extrema jam ſiti laborabatur, eo qvod & præcedentibus diebus raros fontes invenire datum eſt, & tunc in regionem omnino aquis carentem inciderunt. Rurſum igitur Moyſen increcebantur. ille vero, declinato aliquantiſper turbæ furore, ad deprecandum vertitur, rogans, ut qui cibum in egeſtate dederat, nunc potum qvoq; in extrema neceſſitate largiretur tantum non ſiti deficientibus, quandoquidem ſolus cibus in hoc rerum ſtatu nihil proderat. Deus vero nihil cunctatus promittit Moyſi daturum ſe fontem & aquarum abundantiam, unde minime ſperarent: jubetque, ut virga feriens petram in conſpectu ſitam, inde peteret ea, quæ deſiderabant. velle ſe, ut per otium & abſque labore potum adipiſcantur. His acceptis a Deo, Moyſes revertitur ad populum præſtolantem & intentis oculis ſe ſpectantem. jam enim videbant a ſpecula deſcendentem. qui poſtquam reverſus eſt, ait Deum eos ex hac etiam neceſſitate liberaturum, & inſperato modo ſalutem largiturum, fluvio de petra illa prorumpente. qvo audito territis, ſi laſſitudine ac ſiti enectis petra eſſet excidenda, Moyſes ferit eam virga, quæ veſtigio dehiſcens aquam evomuit copioſiſſimam ſimul ac limpidiſſimam. illi vero inopinato ſpectaculo attoniti, vel aſpectu ipſo recreabantur: moxque magna cum voluptate bibebant, quod eſſet dulcis & qualem divinitus datam eſſe conveniebat. quapropter & Moyſen plurimi faciebant, quem Deo tam carum viderent, & Deo pro accepto beneficio, quas poterant, per ſacrificia gratias referebant. Teſtantur autem ſacræ literæ in templo dedicatæ, qvod Deus Moyſi prædixerit petram ex ſe aquam profluentem eſſe edituram.

CAP. II.

De Amalecitarum & sociorum clade, & præda, quæ Israelitis inde obtigit.

Κεφάλαιον β.

Περὶ τῆς τῶν ἀμαληκιτῶν καὶ συμμάχων ἥττης, καὶ ὅσην ἐκ τῶν πολεμίων λείαν ἰσραηλῖται ἐκτήσαντο.

II. *Exod. 17.*

χώραν. καὶ τὴν περαίαν ἅπασαν κατασχόντες, καὶ
ὅτι τὴν τῶν λοιπῶν ἤδη κτῆσιν ἀβραΐσειν ἐτόλμων.
ἔρημοι δὲ σωφρονισθέντες ἀπὸ τῶν κακῶν εἰς ἱκετείας ἐ-
τράπησαν δὲ θεῖ. καὶ θυσίας ἐπιφέροντο προκαλοῦντες F
αὐτὸν μετρίασαι, καὶ πρὸς τὴν δέησιν αὐτῶν ὑπακ-
οῦσαι παύσασθαι τῆς ὀργῆς. ὁ δὲ θεὸς μεθαλλόμενος
εἰς τὸ ἡμερώτερον, ἔμελλεν αὐτοῖς βοηθεῖν. ἀμμανιτῶν
δὲ στρατευσάντων ὅπι τὴν γαλαδηνὴν, ὑπῆντων οἱ ὅπλ-
τοι πρὸς τὸ ὄρος. δεόμενοι δὲ στρατηγήσοντος.

casione, calumniatus eum quasi volens male pugnasset, effecit, ut urbe pelleretur. cæterùm Abimelechus cognito, qvod Sicimitæ ad vindemiæ reliqvum exituri essent, insidias circa urbem disponit. cumqve prodiissent, tertiam suorum partem occupare portas jubet, ne civibus reditus in urbem pateret, cæteri verò dispersos circumveniunt. Itaqve ubiqve plurima cædes patrabatur. & urbe capta primo impetu ac solo æqvata, saleqve in ruinis ejus seminato, tum demum militem inde abduxit. atqve ita Sicimitæ sunt deleti. Qvotqvot autem per regionem dispalati periculum evaserant. collecti denuo, petra quadam occupata, locum natura munitum muro insuper cingere volebant. Sed hoc consilium prævenit Abimelechus, qui quam primum id cognovit, exercitum eò adduxit. & arrepto fasce arido, jussisqve cæteris idem facere, brevi petram strue lignorum circumdedit: subjectoqve igne, & fomentis ingestis flammam ingentem excitavit, ita ut nemo evaderet, sed una cum uxoribus & liberis absumerentur. numerus virorum fuit circiter mille qvingentos, præter imbellem turbam satis magnam. Tale fuit Sicimitarum exitium, dolendum sane, nisi qvòd meritas pœnas dederunt ingratitudinis erga virum optimè de se meritum. Abimelechus autem Israelitis Sicimitarum internecione perterritis, videbatur non fore præsenti fortunæ contentus, neqve prius conqvieturus, qvàm universos perderet. mox enim exercitum ad Thebas duxit: & capto ex incursu oppido, circa turrim qvandam restitit, quæ quod esset non mediocris, populo fuit receptaculum. hanc expugnaturus cum propius januam accessisset, mulier fragmine molæ demisso caput subeuntis ferit. ad qvem ictum humi collapsus rogavit armigerum, ut se occideret, ne mulieris manu periisse diceretur. qvo facto fratribus debitas impietatis pœnas exsolvit simul & crudelitatis, qva in Sicimitas usus est: qvæ qvidem clades juxta Jothanis præsagium illis accidit. cæterùm exercitus duce mortuo, miles in suas qvisqve domos reversus est.

XII. *Jud.* 10. Israelitarum deinde gubernacula Jairus Galadenus de tribu Manassetide suscepit, vir tum rebus cæteris, tum numerosa prole felix, triginta enim filios habuit, eqvites egregios, & Galadenæ oppidorum principes. is cùm viginti & duos annos in principatu vixisset, jam senex defunctus, in Camone urbe Galadenæ est sepultus. Res autem Hebræorum rursum in pejore statu erant, legibus autoritatem suam non amplius obtinentibus. qua occasione arrepta Ammanitæ & Palæstini cum valido exercitu regionem eorum ingressi, omnia rapinis vastabant: & occupatis locis ultra Jordanem, trajicere flumen & reliqvam regionem invadere parabant. Hebræi verò calamitatibus castigati supplices opem divinã implorant: & victimis numen placare conati, rogabant, ut iram finiret, aut certe moderatius exerceret. DEUS autem jam propitius, auxilium eis non negavit. Igitur Ammanitis Galadenam cum exercitu ingressis, incolæ ejus regionis obviam illis cum armis veniunt: sed imperatore carebant.

Erat autem qvidam Japhthes, vir patris virtute celebris, qvi proprios milites alebat: ad hunc missis nunciis rogabant, ut in auxilium veniret, promittentes se perpetuum copiarum imperium ei tradituros. ille non admisit preces, causatus qvod nullam opem ei tulerint, dum à fratribus
Jud. 7. manifestam injuriam pateretur. Cum enim non esset eadem matre natus, sed externa, qvam pater amore captus in ædes induxerat, contempta ejus solitudine ejecerunt hominem. tunc autem in Galadena degebat, omnibus qvotqvot ad se venirent stipendia solvens. Tandem exoratus, & jurejurando accepto imperium copiarum penes se fore, militem suum cum eis conjunxit. Et cùm maturè qvicqvid facto opus erat, providisset, exercitu in urbe Masphaca collato, mittit legatos ad regem Ammanitarum, expostulatum qvod res alienas invaderet. Qvi missis aliis oratoribus respondit, ipsos potius iniqvè agere, qvi Ægyptiorum fugitivi alienis bonis incubarent: postulatqve ut de regione Amoræa decederent, qvæ ad majorum suorum ditionem pertineat. Contra Japhthes negabat eum meritò qveri de adepta qvondam Amoræa, sed magis gratiam debere pro Ammanitide relicta potuisse enim Moysen & illam occupare. Se vero agris neqvaqvam cessurum, qvos annis jam trecentis DEO volente tenuissent, & potiùs litem hanc armis direpturum. His dictis legatos dimisit. ipse votum fecit, si victoria potiretur, sacrificaturum se qvicqvid domum reverso primùm occurrisset. congressus deinde cum hoste vicit egregiè: fugientesqve persecutus est usqve urbem Maniathen. & ingressus regionem Ammanitidem multas urbes delevit, præda militi concessa: finemq; servituti imposuit qvam sua gens per annos decem & octo pertulerat, fortunior militiæ qvam domi. redeunti enim obviam facta est filia virgo, præter qvam nullos alios liberos habuit. Ingemuit pater, ictus dolore nimio: dein conqvestus de importuno officio, indicavit victimam esse DEO destinatam. at illa non illibenter accepit, gratulatoriam se fore pro victoria patris & civium libertate hostiam. unum rogavit, ut sibi liceret juventutem suam cum æqvalibus per bimestre tempus deplorare, atqve ita voto patrem solvere. qvo impetrato, ad præfinitum terminum patet mactatam holocautoma obtulit, neqve legitimum neqve DEO gratum sacrum faciens, nec qvicqvam pensi habens, qvid fama de hoc facto locutura esset. Petitus post hæc bello ab Ephræmi tribu, qvod sine illis in Ammanitas expeditionem fecisset, & nunc solus præda simul & gloria frueretur, primo excusavit, nec ignorasse eos, qvòd consangvinei bello premerentur, nec auxilium attulisse, qvod vel non vocatos ferre decebat, ultro deinde accusavit, qvòd iniqvè facerent, qvi non ausi hostem aggredi, nunc contra cognatos ferocirent. postremo minatus est, pœnas sibi DEO volente daturos, si insanire pergerent. ut verò nihil se verbis proficere sensit, accito è Galadena exercitu venientes excepit: plurimis-

A λῶ δέ τις ἰάφθης, ἀνὴρ ἀφ' ὑπερβολῆς τῶν πατρῴων ἀρετῶν δυνατὸς καὶ δι' οἰκείαν αὐτοῦ ῥαστώνην λῃστὰς ἔτρεφεν αὐτὸς μισθοφορῶν. πρὸς τοῦτον οὖν πέμψαντες ἠξίουν αὐτὸν συμμαχεῖν, ἐπαγγελλόμενοι ἄρχειν εἰς ἅπαντα αὐτῷ τὸν χρόνον τῶν ἰδίων ἡγεμονείαν. ὁ δ' οὐ προσίετο τὴν ἀδικίαν αὐτῶν, ἐγκαλῶν ὅτι μὴ βοηθήσειαν αὐτῷ ὑπὸ τῶν ἀδελφῶν ἀδικουμένῳ φανερῶς. οὐ γὰρ ὁμοίως ἐμίσησεν αὐτούς, ἀλλὰ ξένον τὴν μητέρα δι' ἐρωτικὴν ἐπιθυμίαν ἐπεισάγοντος αὐτοῖς τοῦ πατρός, ἐξέβαλον καταφρονήσαντες δι' αὐτὸν ἀθενείας. καὶ ὁ μὲν διέτριβεν ἐν τῇ γαλααδίτιδι καλουμένῃ χώρᾳ. πάντας τοὺς ὅθεν οὖν ἀδικημένους πρὸς αὐτὸν ἤδη μεθ' ὧν ἔχόμενον. ἐκλιπαρησάντων δ' αὐτῶν καὶ ὑπισχνουμένων εἰς ἀεὶ παρέξειν αὐτῷ τὴν ἡγεμονίαν ἐστράτευε. ὁ πεισθεὶς ὀξέως τὴν τῶν πραγμάτων περιουσίαν, ἐν πόλει μασφακὴ καθίσας τὸν στρατὸν, πρεσβείαν πέμπει πρὸς τὸν ἀμμανίτην, αἰτιώμενον τῆς ἀλλοτρίας. ὁ δ', ἀποπεμψάμενος ἢτιᾶτο τῶν ἰσραηλιτῶν τὴν ἔξοδον τὴν ἀπ' αἰγύπτου, καὶ τῆς ἀμφοτέρας αὐτοὺς ἠξίου χωρεῖν, ὡς πατρῴας ὄσης ἀρχῆθεν. ὑπερεμέμφετο δὲ ὁ ἰάφθας, ὡς ὅτι τῆς ἀμφοτέρας τοῖς προγόνοις αὐτῶν δικαίως ἐγκαλοῦσι, χάριν τε μᾶλλον τῆς ἀμμανίτιδος αὐτοὺς ἔχειν ὀφείλουσι παρεθείσης. δυνατὸν γὰρ μυσῆν καὶ ταύτην λαβεῖν. ὡς δὲ χωρεῖν τε ἰδίας εἶπεν γῆς, ἣν θεὸς κατασχὼν ἀμφοτέρους μὴ τρισκαίδεκα ἔτη νέμοντας, μάχεσθαι πρὸς αὐτοὺς ἔφησεν. ἐτῶν μὲν πρεσβείας ταῦτ' εἶπεν ἀπέλυσεν. αὐτὸς δ' ὁπλίζετο καὶ νικᾶν, καὶ θυσίαν ἐποιεῖτο καὶ ἐν ζωῇ εἰς τὰ οἰκεῖα ἐπανελθεῖν, ἃ πᾶν ὅτι καὶ πρῶτον αὐτῷ συντύχοι ἱερεύσειν, συμβαλὼν νικᾷ πολύ. καὶ φονεύων ἐδίωκε μέχρι πόλεως μανιάθης. καὶ λαβὼν εἰς τὴν ἀμμανίτιν, πόλεις τε ἠφάνισε πολλὰς, καὶ λείας ἤλασε. καὶ τοὺς οἰκείους δούλειας ἀπήλλαξεν, ἐν ἔτεσιν ὀκτωκαίδεκα ταύτην ἐποιήσαντες. ἀναστρέφων δὲ συμφορᾷ περιπίπτει κατ' ὄρος ἐμοίᾳ τοῖς κατωρθωμένοις αὐτῷ ὑπήντησε γὰρ ἡ θυγάτηρ αὐτῷ. μονογενὴς δ' ἦν ἔτι παρθένος. ὁ δὲ ἀνοιμώξας ὅτι τῷ μεγέθει τὸ πάθος, κατημέμφετο τῆς ὄψεως τὴν ἀπάντησιν ταυτησὶ τὴν θυγατρός. καθιερῶσαι γὰρ αὐτὴν τῷ θεῷ. τῇ δὲ τὸ συμβησόμενον οὐκ ἀηδῶς προσέπεσεν, ὅτι νίκην τε πατρὸς καὶ ἐλευθερίαν τῶν πολιτῶν πεθυμημένῃ. παρεκάλεσε δὲ δύο μῆνας αὐτῇ δοθῆναι πρὸς τὸ, μετὰ τῶν πολιτῶν δυσθρηνῆσαι τὴν νεότητα, τότε μεῖναι τὰ κατὰ τὸ χρεών. συγχωρήσας δὲ κατὰ τὸν προειρημένον χρόνον, μετὰ ὃν διελθοῦσα θυσίαν τὴν πρέπουσαν ὁλοκαύτωσεν, οὔτε νόμιμον, οὔτε τῷ θεῷ κεχαρισμένην θυσίαν ἀπὸ πολῶν, μὴ διαφυλάσσουσα τὸν λογισμὸν τὸ γενησόμενον οἷον τὸ πρῶτον δόξαν τοῖς ἐπακούσασι. τῆς δ' ἐφραίμου φυλῆς ἐπ' αὐτὸν στρατευσάσης ὅτι μὴ κοινωνήσαιτο τὴν ἐπ' ἀμμανίτας ἐλασίαν αὐτοῖς, ἀλλὰ μόνον καὶ λείαν ἔχοι, καὶ τὴν ὅτι τοῖς πεπραγμένοις δόξαν, πρῶτον μὲν ἔλεγεν ὡς οὔτε λάθοιεν αὐτοὺς οἱ συγγενεῖς πολεμούμενοι, καλούμενοί τε πρὸς συμμαχίαν ἀ ἔδει ποιοῦντο, δέον καὶ πρὸ δεήσεως ἐπικουρίας ἐπεκθεῖναι. ἔπειθ' ὡς ἄδικα πεπονθότων ὅτι χρῶσι τοῖς πολεμίοις ἀ πολεμήσαντες εἰς χεῖρας ἐλθεῖν, ὅτι δὲ τοὺς συγγενεῖς ὡρμηκότες. ἡπίληπτο σὺν τοῦ θεοῦ λήψεσθαι δίκην παρ' αὐτῶν ἂν μὴ σωφρονῶσιν. ὡς δ' οὐκ ἔπειθεν, ἀλλὰ συνέβαλεν αὐτοῖς ἐλθοῦσι μὴ πρεπῶς, ἢ μεταμεμπτῶς ἐκ τῆς γαλααδίτης ἐληλύθει, φόνου τε πολλοῦ αὐτῶν ἐργάσατο, καὶ διω-

καὶ διώκων τραπέντας περὶ λαβὼν μέρει τινὶ περὶ σελμὼν ἐπ' Ἰορδάνου τὰς διαβάσεις, κτείνει ὡς δισχιλίους καὶ τετρακισμυρίους γενομένους. αὐτὸς δ' ἄρξας ἔτη ἓξ ἔτη, τελευτᾷ καὶ θάπτεται ἐν τῇ αὐτοῦ πατρίδι σεβεεί. τῆς Γαλαδινῆς δ' ἐστὶν αὕτη. τελευτήσαντος δὲ ἐκεῖνον, τλὺς ἀρχὴν ἀψάνης παρελαμβάνει, Φυλῆς ὢν Ἰούδα, βηθλεέμων δὲ πόλεως. τούτῳ δὲ παῖδες ἦσαν ἑξήκοντα τετράκοντα μὲν ἄῤῥενες, αἱ λοιπαὶ δ' θυγατέρες, ὃς καὶ πάντας ζῶντας κατέλιπε. τὰς μὲν ἀνδράσιν ἐκδοὺς, τοῖς δ' γυναῖκας ἠγάγετο. πέδας δ' οὐδὲν ἐν τῷ ἐπιβιοτεῖ χρόνῳ λύσας καὶ μνήμης ἄξιον, γηραιὸς ὢν ἀπέθανε. καὶ ταφῆς ἐν τῇ πατρίδι τυγχάνει. ἀφραμνοῦς δ' οὗτος ἀποθανόντος, ἀδ' ὁ μετ' αὐτὸν παρελαβὼν τὴν ἡγεμονείαν ἦλων ἐπ' ἔτη δέκα καθῆρχεν αὐτῶν, Φυλῆς ὢν τῆς Ζαβουλῆς ἐπιβιοτεύσας ἀξίως. ἄβδων δὲ ἦλωνος παῖς, Φυλῆς μὲν τῆς ἐφραμίτου, πόλεως δὲ τῆς Φαραθωνιτῶν γεγονὼς, αὐτοκράτωρ ἡγεμὼν ἀποδειχθεὶς μετ' ἦλων, μένης ἐν τῇ εἰρηνείᾳ μνημονεύθη, διὰ τὴν ἰδιότητα καὶ τὴν ἄδειαν τῶν πραγμάτων, λαμπρὸν μηδὲ αὐτὸς μηδὲν ἐργασάμενος, υἱοὺς δὲ ἦσαν αὐτῷ πεντήκοντα, καὶ τούτων τὴν ἡλικιὰν καταλειπόντες τριάκοντα, ἱππικοῖς ἅπασιν ἐπιβαίνειν ἀρίστοις χρησμένοις, καὶ πάντας ὑπὲρ γῆς ἀπολιπών. ἐνηκοντούτης γηραιὸς, καὶ ταφῆς ἐν Φαραθὼ λαμπρᾶς τυγχάνει.

plurimisque in conflictu cæsis, & postquam in fugam versi sunt, præmissis qui vada Jordanis occuparent. intercluso effugio, circiter quadraginta duo millia hominum peremit. ipse expletis sex principatus annis defunctus sepelitur in patria sua Sebei, quæ sita est in regione Galadena. Huic in principatu successit Apsanes, natus è tribu Judæ, ex Bethlemis oppido. huic liberi fuêre LX. mares XXX. totidem deterioris sexus, quos omnes superstites reliqvit, has nuptas, illos uxoribus cura & opera sua conjunctos. cumqve nihil memorabile in principatu septenni gessisset, admodum senex diem obiit, in patria sua sepultus. Helon post hunc assumpsit principatum, tribu Zabulonita: qvo per decennium functus, nec ipse qvicqvam gessit memoratu dignum. Qvi deinde successit Abdon Elielis filius tribu Ephræmita, ex urbe Pharathone, nihil præter numerosam prolem habet memorabile, alioqvi per summam securitatem & pacem, qvæ sub eo floruit, nulla data est ei rerum fortiter & gloriose gerendarum occasio. Filios habuit qvadraginta, nepotes triginta: atqve egregiis eqvitibus septuaginta comitatus circumvectabatur, qvos omnes superstites reliqvit. Mortuus est jam senex, & in Pharathone magnifice sepultus.

Κεφάλαιον ί.

Περὶ τῆς σαμψῶνος ἀνδρίας, καὶ ὅσων κακῶν αὐτὸς παλαισίνοις ἐδήμευσε.

Μετὰ δ' ἔτον παλαισῖνοι πολιτήσωνται κρατοῦσι τ' ἰσραηλιτῶν. καὶ φόρους παρ' αὐτῶν ἐλάμβανον ἐπ' ἔτη τεσσαράκοντα. ταύτης δ' ἐλευθερωθῆναι τῆς ἀνάγκης, τοῦτο τὸ τρόπῳ. μανώχης τις δανιτῶν ἐν ὀλίγοις ἄριστος καὶ τῆς πατρίδος ὁμολογούμενος πρῶτος, ἦκε γυναῖκα ἐν δ' μορφίᾳ περιβλεπτον, καὶ τ' καθ' αὐτὸ διαφέρον. παίδων δ' ἐγνωμένων αὐτῷ, δυσφορῶν ὅτι τῇ ἀπαιδίᾳ, τὸν θεὸν ἱκέτευεν, ὅτι τὸ πρόσχημα συνεχῶς φοιτῶν μὴ τῆς γυναικὸς, δοῦναι διαδοχὴν αὐτοῖς γένηται. μέγα δέ ἐστι τὸ πεδίον. ᾧ δὴ καὶ μανώχης σὺν ἐρωτος ὅτι τῇ γυναικὶ, καὶ διὰ τὸ ζηλοτυπίας ἀκρατῶς. μονωθείσῃ δὲ τῇ γυναικὶ, φάντασμα ὅτι φαίνεται ἄγγελος θεοῦ νεανίᾳ καλῷ παραπλήσιος καὶ μεγάλῳ, καὶ διαγελιζόμενος αὐτῷ παιδὸς γονὴν καὶ θεοῦ πρόνοιαν, καλόν τι καὶ ῥώμην ὅτι φανεῖς, ὑφ' ᾧ πάντων παλαισίνας ἀνδρουμένῳ, παρήνεττε τὰς κόμας αὐτῷ μὴ ἀποκείρειν. ἔσαι δ' αὐτῷ παῖς ἄλλο μὲν πᾶν ποτὸν ἀποτροφὴ, θεοῦ δὲ τὸ προσταττόντος, πρὸς ὕδωρ δὲ μόνον οἰκειότης. καὶ ὁ μὲν ἔξω ἦν, ὡχετο, κατὰ βούλησιν ἐλθὼν τοῦ θεοῦ. ἡ δὲ πανδρὶ παραγενομένῳ τὰ ὦφθη θεοῦ ἀγγέλου διηγήσατο, θαυμάζουσι δέ τε νεανίσκου τὸ κάλλος καὶ τὸ μέγεθος, ὡς ἑκάτερον ἐκ τῶν ἐπαίνων εἰς ἔκπληξιν κατὰ ζηλοτυπίαν πρεσβῆναι καὶ ὑπόνοιαν τοῦ ἐκ τοιούτου πάθους κινεμένου. ἡ δ' βελομένη τ' ἄλογον τ' ἀνδρὸς λύπην ἀπαλλαῦσαι, τ' θεὸν ἱκέτευε πάλιν πέμψαι τ' ἄγγελον, ὡς ἂν καὶ τῷ ἀνδρὶ αὐτ' ὀφθείη. καὶ παραγίνεται πάλιν καὶ χάριν θεοῦ ἀγγέλου ὄντων ἐν τῷ προαστείῳ. καὶ τῇ γυναικὶ φαίνεται θεοῦ ἀνδρὸς μεμονωμένῃ.

CAP. X.

De Sampsonis fortitudine, & quanta mala Palæstinis fecerit.

POst hujus mortem Palæstini superaverunt Israelitas, & tributa ab eis exegerunt per annos quadraginta. Ab ea miseria liberati sunt in hunc modum: Manoches qvidam vir inter Danitas optimus, patriæ suæ sine controversia princeps, uxorem habuit eximia pulchritudine suspiciendam supra omnes ejus ætatis fœminas: ex qua cùm nihil liberorum susciperet, ægre ferens orbitatem, in suburbanum suum, qvod erat in campo magno, cum uxore ventitans, crebris precibus solicitabat DEUM, ut daret sibi liberos. Insaniebat autem in uxorem præ amore, eratqve vehementer zelotypus. Cumqve aliqvando sola ageret mulier, spectrum se illius oculis obtulit angelus DEI specie juvenis pulchri & magni, lætum nuncium afferens fore, ut favore DEI nascatur eis filius, pulcher & insigni robore: qvi ubi ad virilem ætatem pervenerit, compescendam esse ab eo Palæstinorum insolentiam. jussitqve ne capillitium ei detonderetur, utqve DEO sic volente ab omni alio potu abstineret, sola aqva contentus. postremo addens à DEO se missum abiit. illa marito reverso angeli verba indicat, mire prædicans juvenis staturam & pulchritudinem, ita ut vir tali laudatione motus ad zelotypiam, nonnihil de uxoris pudicitia male suspicari inciperet. qvæ volens hunc marito stultum mœrorem adimi, supplex DEUM rogavit, ut iterum angelum mittere dignaretur, quo ille à conjuge etiam posset

XIII. *Jud. 13.*

conspici: & impetrata hac gratia, rursum in suburbano versantibus apparuit angelus soli mulieri.

illa rogat, ut paulisper maneat, dum virum adducit, qvo permittente, cum Manoche mox ad eum revertitur. qvo viso, ne tum qvidem suspicari desiit: rogavitqve, ut sibi quoque eadem indicaret. illo respondente, satis esse, quod mulier sciat: jubet qvisnam esset dicere: ut nato filio referre ei gratiam & munus aliqvod donare possint. negavit ille sibi opus muneribus, nec enim horum causa de filio lætum se attulisse nuncium. cumqve iterum rogaretur, ut saltem hospitalem tractationem admitteret, non annuit. tandem exoratus, ut paulisper maneret, dum aliqvid affertur, cum mactasset hædum Manoches, coqvendumq; uxori dedisset, paratis omnibus jussit deponi in petra & panes & carnes absqve vasculis. quo facto virga, quam gestabat, carnes attigit: confestimqve flamma emicante cum panibus absumptæ sunt, & angelus fumo tanqvam vehiculo in cœlum ascendere ab eis visus est. Manoche autem solicito, ne qvid periculi immineret ex aspectu numinis, uxor bono jubet esse animo, affirmans, magno suo bono DEUM se vidisse: cumqve concepisset, diligenter mandata retinuit. Nato deinde infanti Sampson est nomen inditum. quod robustum significat: qui mox egregia animi ac corporis indole præditus, promisso capillitio victusqve sobrietate divinum nescio qvid præ se ferebat. Cumque adolevisset, comitatus parentes in Thamnam urbem Palæstinorum conventus tempore, implicitus amore puellæ indigenæ, rogavit suos parentes, ut id connubium procurarent. quibus excusantibus, quod diversi essent generis, quodqve religio vetaret ejusmodi nuptias, vicit juvenis pertinacia, effecitqve, ut virgo sibi desponderetur. crebro deinde sponsam intervisens, in itinere in leonem incidit, nec tamen ejus occursum declinavit licet inermis, sed nudis manibus adortus beluæ fauces eliisit, ejusqve cadaver in dumetum viæ vicinum abjecit. aliquot post diebus eandem viam ad puellam remetiens, offendit examen apum mellificare in leonis pectore, & sumptis inde tribus favis eos cum cæteris muneribus adamatæ obtulit. Ad nuptias deinde celebrandas Thamnitas convocat, qui quod vires ejus haberent, suspectas, honoris specie triginta assectatores ex æqualium numero juveni adhibent, jussos observare, ne quid auderet. Convivis deinde, ut fit, hilarescentibus ait, se qvæstionem propositurum suis sodalibus, quam si intra sex dies solverent, cuique sindonem se daturum & tunicam. qui tum quod sagaces videri cuperent, tum quod lucrum non fastidirent, jubent eum proponere. Ille, ex voraci, inquit, cibus prodiit, & ex immiti svavitas. in his explicandis cum hæsissent triduo nec proficerent, puellam aggrediuntur minis simul & precibus, ut expiscata secretum è marito indicium sibi faceret. ille repulsis aliqvādiu blandiciis, cum rogandi finem non faceret,

Jud. 14.

A ἡ δ' ἀπιμέναι δεηθεῖσα ὡς ἂν ἀγάγοι τὸν ἄνδρα συγχωρήσαντος μέτεισι τὸν Μάνωχον. ὁ δὲ, θεασάμενος, οὐδ' οὕτως ἐπαύετο τῆς ὑποψίας. ἠξίωσέ τε καὶ αὐτῷ δηλοῦν, ὅσα τῇ γυναικὶ μεμύσαιεν. ἀρκέσειν δὲ φράσαντος ταύτῃ μόνῃ εἰδέναι, τῆς μὴ λέγειν ἐκέλευεν, ἵνα τοῦ παιδὸς γνωμένου χάριν αὐτῷ καὶ δωρεὰν ὀφείλωσι. τοῦ δὲ, μηδὲ τοιοῦτον αὐτῷ δέεσθαι φήσαντος, οὐδὲ γὰρ κατὰ χρείαν τὰ ἀγγελίσασθαι ἦκε τῆς τοῦ παιδὸς γονῆς, B ξενίαν παρακαλοῦντος καὶ ξενίων μεταλαβεῖν, ἐπένευσε. πεισθεὶς δ' ὅμως λιπαροῦντος ἀπιμέναι ὡς ἂν ξένιον αὐτῷ τι κομίσῃ, καὶ θύσαντος ἔριφον μανώχῃ, ἑστὸν ὀπτᾶν τῇ γυναικὶ κελεύσαντος, ἐπεὶ πάντ' ἦν ἕτοιμα, παρεσκεύασεν ἀπὸ τῆς πέτρας ἀποθέσθαι τούς τε ἄρτους καὶ τὰ κρέα χωρὶς τῶν ἀγγείων. καὶ πεισάντων, ἅπτεται τῇ ῥάβδῳ ἣ εἶχε τῶν κρεῶν. τὰ δὲ, λαμψάντος πυρὸς, ἅμα τοῖς ἄρτοις ἐκαίετο. καὶ ὁ ἄγγελος διὰ τοῦ καπνοῦ ὥσπερ ὀχήματος ἀνίων εἰς οὐρανὸν αὐτοῖς φανερὸς ἦν, μανώχῃ δὲ φοβουμένῳ μή τι σφαλερὸν αὐτοῖς ἐκ C τῆς ὄψεως τοῦ θεοῦ γένοιτο, θαρρῦναι ἡ γυνὴ παρεκελεύετο. ἀπὸ γὰρ συμφέροντι τοῦ αὐτῶν τὸν θεὸν αὐτοῖς ὠράθῆναι. καὶ κύουσα ἔκλινε, καὶ φυλακὴν εἶχε τῶν ἐντολῶν, καὶ γενόμενον τὸ παιδίον, σαμψῶνα καλοῦσιν. ἰσχυρὸν δ' ἀποσημαίνει τὸ ὄνομα. ηὔξετο δ' ἐκ παῖς ῥᾳδίως καὶ δῆλος ἦν θεοφιλούσων ἀπὸ τῆς περὶ τὴν δίαιταν σωφροσύνης καὶ τῆς τῶν τριχῶν ἀνέσεως. ἀφικόμενος δὲ μετὰ τῶν γονέων εἰς D θαμνὰ πόλιν τῶν παλαιστινῶν, πανηγύρεως ἀγομένης, ἐρᾷ παρθένου τῶν ἐπιχωρίων. καὶ παρακαλεῖ τοὺς γονεῖς, ἄγεσθαι πρὸς γάμον αὐτῷ τὴν κόρην. τῶν δὲ ἀρνουμένων, διὰ τὸ μὴ ὁμόφυλον εἶναι, τοῦ θεοῦ κατὰ τὸ ἑβραίων συμφέρον ἐπινοοῦντος τὸν γάμον, σκηνικὰ μνηστεύσασθαι τὴν παρθένον. συνεχῶς δ' ἀπερχόμενος πρὸς τοὺς γονεῖς αὐτῆς, συμπαίζει χαίρουσι, καὶ γυμνὸς ὢν ἐκδεχόμενος αὐτὸν ἀγχεῖ ταῖς χερσὶ, καὶ εἰς τὸ χωρίον τὸ ὑλῶδες ἐνδοτέρω τῆς ὁδοῦ, ῥίπτει τι θηρίον. πάλιν τε ἀπιὼν πρὸς τὴν E κόρην, ἐπιτυγχάνει σμήνει μελισσῶν ἐν τῷ σώματι τοῦ λέοντος. σκέψεως δὲ γενομένης τρία μέλιτος κηρία σὺν τοῖς λοιποῖς δώροις οἷς ἐκόμιζε δίδωσι τῇ παιδί. ἣ δ' ἀμνησίαν ἔδωκε τῷ εὐνοχίαν τῶν γάμων, ἐφ' ᾧ δ' αὐτὸς ἄπαντας, διὰ δὲ τῆς ἰσχύος ὃ νεανίσκος τριάκοντα δόντων αὐτῷ τοὺς ἀκμαιοτάτους λόγῳ μὲν ἑταίρους ἑσομένους, ἔργῳ δὲ φύλακας μήτε ποδαγεῖν ἐθέλησαι, τοῦ πάντα ποιοῦντος καὶ παιδιᾶς ἕνεκα, οἷα φιλεῖ ποιεῖν τοὺς τοιούτους καιροῖς, ὁ σαμψὼν εἶπεν. ἀλλὰ ποιοῦντος F ἐμοῦ λόγον εἰ λύσετε ἕτερον ἐφ' ἡμέρας ἑπτὰ πειρωμένοις τὴν ζήτησιν, ὑφάνας τε καὶ στολὰς γεραιὰς τῆς συνέσεως κατ' ἄνδρα ἑκάστου φέρειν εἶδε παρ' ἐμοῦ. φιλοτιμουμένων δὲ ὁμοῦ τε συνιέτων δόξαι καὶ κέρδος εὑρεῖσθαι καὶ λέγειν ἀξιούντων, φησὶν, ὅτι τὸ παμφάγον γεγονὸς βορὰν ἡδίαν ἐξ αὐτοῦ καὶ πάνυ ἀηδοῦς ὄντος. τῇ δ' ὑπὲρ τρεῖς ἡμέρας ὃ δυναμένων ἐξευρεῖν τὸ νοούμενον, παρακαλούντων ἢ τὴν κόρην μαθεῖν παρ' ἀνδρὸς αὐτοῖς μυῆσαι, καὶ γὰρ ἠπείλουν αὐτὴν ἐμπρῆσαι ὅτου μὴ παρὰ δόξαν, ὁ σαμψὼν δεομένης τῆς κόρης εἶπεν αὐτῇ, τὸ μὲν πρῶτον ἀντεῖχεν. ἐγκειμένης δ' αὐτῆς, καὶ εἰς δάκρυα τροπιζούσης, καὶ τεκμήριον πεμπούσης τῆς πρὸς αὐτὸν δυσνοίας τὸ

μὴ λέγειν αὐτῇ, μισεῖν τε τὸν αἴτιον αὐτῇ δ' ἔλεγεν, εἶπεν βασάνους μέλιτος κηρία κομίσειν αὐτῇ. καὶ ὁ μὲν οὐδὲν ὑφορώμενος ἔλεγεν, ἐπιμένει τὸ πᾶν, ἡδὺ σκεῦος τὸν λόγον τοῖς δεηθεῖσι.

κατὰ τὴν ἑβδόμην ἡμέραν, καὶ λιὼ εἶδε τὸν πρᾶ- A & lacrymans gratam se illi negaret, tandem,
γμα λόγον αὐτῷ ἀφεῖναι, πρὶν ἢ δύναι τὸν nihil suspicans rem totam de leone aperit, &
ἥλιον εἰσελθόντος, φασὶ, οὔτε λέοντος ἀηδέστερόν unde tres illos favos nactus fuerit. illa juveni-
τι τῆς συντυγχάνουσιν, ἢ τι ἥδιον μέλιτος χεωμέ- bus prodit omnia. ergo cùm præfinita solven-
νους. Ὁ δὲ σαμψὼν εἶπεν, ὅτι γυναικὸς εἶναί τι δολε- dæ qvæstioni dies adesset, ante solis occasum
ρώτερον, ἧς ὑμῖν ἐκφέρω τὸν ἡμέτερον λόγον. καὶ convenientes: Neqve leone, inqviunt, qvic-
τοῖς μὲν δίδωσιν ἃ ὑπῆρχετο, λέαιν πιησάμενος qvam occurrenti immitius, neqve melle gu-
ἀπαλωτῶν τινὰς κατὰ τὴν ὁδὸν αὐτῷ συντυγχά- stanti svavius. Ibi Sampson subjecit, neqve mu-
νοντας. τὴν δὲ γάμον ἐκείνου παραιτησάμενος, καὶ ἡ πρὸς liere doloſius, qvæ vobis qvæstionem nostram
ἀφαιρέσεσι τῆς ὀργῆς αὐτὸν, σωλῶν αὐτοῦ φίλῳ aperuit. Nihilominus illis persolvit qvæ pro-
νυμφευθὲν γεγονότι. πρὸς δὲ τὴν ὕβριν ταύτην, B miserat, spoliatis qvibusdam Ascalonitis, qvos
σαμψὼν παροξυνθεὶς, ἅπαντας ἔγνω. κἀν αὐτῇ πα- fortè per viam invenit obvios: sed iratus mu-
λαιστὰς μετέρχεσθαι. θέρους δ' ὄντος, καὶ πρὸς ἀμη- lieri remisso nuncio res suas sibi habere jussit,
τὸν ἤδη τῶν καρπῶν ἀκμάζοντων, συλλαβὼν τριακο- ac gerere. at puella contempta, ut vicissim illi
σίας ἀλώπεκας, καὶ τὰ ἀρῶν ἐξάψας λαμπάδας ἡμ- moveret stomachum, nupsit ejus sodali qvi
μένας, ἐξαφῆκεν εἰς τοὺς ἀρούρας τῶν παλαιστινῶν, καὶ priores nuptias conciliaverat. Hac contume- *Jud. 15.*
ἐφθείρετο μὲν οὕτως αὐτοῖς ὁ καρπός. παλαιστῖνοι δὲ lia commotus Sampson decrevit de tota gente,
γνόντες σαμψῶνος εἶναι τὸ ἔργον, καὶ τινὰ αἰτίαν δι' ὃν pœnas sumere: & commodum maturis segeti-
ἔπαθε, πέμψαντες τὰς ἄρχοντας εἰς θαμνὰ, τὸν γα- bus tempus jam messis aderat. ergo compre-
μβρὸν αὐτοῦ γυναῖκα καὶ τοὺς συγγενεῖς ζῶντας κα- hensis trecentis vulpibus, & facibus ad caudas
τέκαυσαν, ὡς αἰτίους τῶν κακῶν γεγονότας. σαμψὼ- C earum annexis, per arva Palæstinorum omnes
νος δ' πολλοὺς ἐν τῷ πεδίῳ τῶν παλαιστινῶν ἀπεκτόνα dimisit, quibus passim discurrentibus totus
ὑπὸ κατωκῆ. πέτρα δ' ἐστὶ ἰσχυρὰ, τῆς ἰούδα φυ- frugum proventus momento ferè temporis con-
λῆς. παλαιστῖνοι δ' ἐστράτευσαν ἐπὶ τὸν φυλαί. τοῦ δὲ crematus est. Qvo cognito gentis principes,
οἱ ἰνδιγὲς λεγόντων πεμφθῆναι αὐτοὺς ἐπὶ τὴν πέτραν & quid Sampsonem ad perpetrandum faci-
τοῦ σαμψῶνος ἁμαρτημάτων, φόβῳ αὐτοὺς πο- nus moverit, missis in hoc Thamnam satellitibus, uxorem qvondam ejus cum cognatis, damni dati reos priùs factos, vivos exusserunt publicè. Sampson autem in Palæstinos late grassatus cædibus, ad habitandam Ætam se contulit, ea est petra bene firma, in tribu Judæ sita. At Palæstini totam tribum bello impetunt: qvibus bellum deprecantibus, quòd nec Sampsonis culpæ essent affines, nec de solenni tributo qvicqvam diminuerent, responsum est non absolvendos ab hoc crimine, ni Sampsonis deditionem facerent. Illi volentes hanc suspicionem à se amotam, armatis tribus millibus ad petram veniunt, & expostulantes, qvod suis facinoribus Palæstinos Hebræis infensos redderet, qvi irritati facilè possent toti genti magnam aliquam cladem rependere, dicentesqve in hoc se venisse, ut comprehensum illis dederent, postulabant, ut consensu ipsius facere hoc sibi liceat. qvi jurejurando accepto nihil præterea molituros, sed hosti tantum deditionem faciendam, descendens de petra in cognatæ gentis potestatem se permisit: & illi vinctum priùs duobus funibus, Palæstinis tradendum ducebant. cumqve ventum esset ad locum, qvi obscurus ante nunc ex Sampsonis facinore inclaruit, Maxilla nominatus, nec procul abessent à castris hostium, procurrentibus obviam Palæstinis, & lætitiam re ex sententia gesta clamore testantibus: Sampson abruptis repente vinculis, arreptaqve maxilla asini, qvæ fortè jacebat præ pedibus, in medios hostes irruit: qva feriens qvotqvot assequi potuit, circiter mille interfectis cæteros metu dare terga compulit. qva victoria plus satis elatus, & opis divinæ immemor, cùm totum sibi tribueret, quòd maxilla tantum armatus fudisset ac fugasset hostiles copias, ingenti siti oborta, confessus nihil esse quantas libet vires humanas, DEO victoriam acceptam retulit, supplexq; rogavit, ut arrogantiæ data venia, succurreret & periculo se eximeret. nec irritæ fuêre preces, sed copiosus fons subito è qvadam petra,

prorupit. loco Maxillæ nomen Sampſon impoſu-
Jud. 18. it, qvod in hodiernum uſq; durat. Poſt hoc præ-
lium jam Palæſtinos contemnens venit Gazam,
& in publico diverſorio egit. qvo audito Gazæo-
rum magiſtratus, ne clam abire poſſet, ſtationes
pro portis collocant. Sampſon vero qui inſidias
mature ſenſerat, circa mediam noctem ſurgens,
portas cum ipſis clauſtris ac vectibus. cæteroq-
ve paratu revulſas, & humeris impoſitas, in
montem, qui eſt ſupra Hebronem perlatas de-
poſuit. paulo vero poſt à patriis inſtitutis de-
ſciſcere, & in peregrinos mores degenerare in-
cepit, qvod ei omnium malorum fuit princi-
pium. cum enim meretricem quandam Palæ-
ſtinam adamaſſet, nomine Dalalen, conſvetudi-
ne ejus delectabatur. Qvamobrem qvi apud Pa-
læſtinos rerum potiebantur, accedunt eam, &
magnis pollicitationibus inducunt, ut eliciat è
Sampſone cauſam tanti roboris, propter qvod
invictus haberetur ab hoſtibus. Aſſenſit illa,
& cum prima occaſio data eſt inter compotatio-
nem & muliebres blanditias extollens ejus res
geſtas, omni aſtu utebatur, ut cognoſceret, cur
tantopere virtute excelleret. Sampſon vero ad-
huc mentis compos eisdem artibus contra mu-
lierem utens: ſi ſeptenis, inqvit, vitibus flexili-
bus revinctus fuero, fiam nihilo aliis fortior.
Tacuit illa, rem ita ſe habere putans: commu-
nicatoqve ſuper hoc cum magiſtratibus con-
ſilio, incluſaqve in penitiore domus parte ma-
nu militum, bene potum ac ſopitum accurate
ut ab ipſo didicerat vinxit. deinde excitato in-
dicat adeſſe qvosdam qui illum vellent aggredi,
ille ruptis virgeis vinculis ad reſiſtendum ſe
expedit. Mulier tunc fruſtrata paulo poſt aliam
opportunitatem nacta, gravibus qverelis aggreſ-
ſa eſt virum, quod amanti non ſatis fidens, ce-
laret eam id, quod maxime ſcire cuperet, ac ſi
neſciat tacere, quicquid alios ſcire amaſio ſuo
non expedit: rurſumqve ſimili figmento eluſa
eſt, cum ſeptem funibus alligatum perditurum
ſe vires diceret. experta enim hoc quoque ni-
hil effecit: cumqve urgere non deſiſteret tertio
mulierem ludificatus eſt, dicens capillos ſuos
oportere implecti licio, atqve ita parari vincu-
la, ac ne hoc quidem verum experta, poſtremo
adhibitis omnibus artibus non prius rogandi
finem fecit, quam fatali jam neceſſitate inſtante
victus importunitate Sampſon in gratiam muli-
erculæ ſuum ipſe ſecretum prodidit: DEUS, in-
qvit, mei curam habet. & ejus providentia na-
tus hanc comam alo, cujus tonſuram ipſe mihi
interminatus eſt. nam in eo capillitio totas ſibi
vires conſiſtere. Hoc cognito, neſcienti comam
deraſit, & hoc pacto imbecillem factum inimi-
cis prodidit, repugnare amplius non valentem.
illi orbatum oculis & vinctum abduxerunt.
Procedente deinde tempore cum jam capillus
repullularet. cumqve ſolenne Palæſtinis adeſſet
epulum, conſidentibus optimatibus in qvo-

Ἔθεν ὁ σαμψὼνης σκάλει τὸ χαλώμενον σιαγόνα. καὶ μέ-
χρι δ' δεῦρο ἔτο λέγεται. μὴ δὴ τούτῳ τῷ μάχλῳ
σαμψὼνης, καταφρονῶν τ παλαιστινῶν, ἐς γάζαν ἀφι-
κνεῖται, καὶ ἔν τινι τ καταγωγίων διέτριβε. μαθόντες δὲ
τῶν γαζέων οἱ ἄρχοντες τῷ αὐτόθι παρασίαν αὐτῷ, τὰ
πρὸς τῶν πολῶν ἐπέδρας καταλαμβάνουσιν, ὅπως
ἐξιὼν μὴ λάθῃ. σαμψὼνης δὲ, οὐ γὰ λανθάνουσιν αὐτὸν τοῦτο μηχανησάμενοι. ὡς μεσοῦσαν ἤδη
τὴν νύκτα ἀναστὰς, τὰς πύλας σὺν αὐτοῖς τε φλιαῖς καὶ
μοχλοῖς, ὅση τε ἄλλη περὶ αὐτὰς ἰσχὺς ἦν ξύλωσις, ἀρά-
μενος κατώμαδον, εἰς τὸ ὑπὲρ ἑβρὼν ὄρος φέ-
ρων κατεπήγνυσι. παρέδραμε δ' ἤδη τὰ πάτρια, καὶ
τῷ οἰκείαν δίαιταν παρεχάραττε ξενικῶν μιμήσει
ἐθισμῶν. καὶ ἔτ' ἀρχὴ αὐτῷ κακοῦ γένεται. γυναι-
κὸς γὰ ἐπιμειξόμενος ὠδῇ τοῖς παλαιστινοῖς ἐρα-
θεὶς δαλάλης σωλὼ αὐτῇ. καὶ τῶν παλαιστινῶν οἱ
ἔ κοινοῦ σωεδρεύοντες σωελθόντες πρὸς αὐτὸν,
πείθουσιν ἐπαγγελίαις μαθεῖν ὠδῇ ἔ σαμψὼνος
τῷ αἰτίαν τῆς ἰσχύος, ὑφ' ἧς ἀληθὴς ἐστι τοῖς ἐ-
χθροῖς. ἡ δὲ ὠδὴ πρὸν καὶ τοιαύτῃ σωουσίαν ἀνα-
μάζουσα τὰς πρόξεις αὐτοῦ, ἐπιχειρεύετο μαθεῖν πι-
στοποιούμενον σωὺχὶ κατ' ἀρετήν. ὁ δὲ σαμ-
ψὼνης, ἐπὶ γὰ φρονεῖν ἰσχυρὸς ἦν, ἀντιπαίζει τῷ
δαλάλῃ φαμένος, εἰ πλήμασιν ἐπὶ δεθείη ἀμπε-
λίνοις, ἐπὶ καὶ σθένειν δυναμένοις, ἀσθενέστερος
ἂν πάντων ἔσοιτο. ἡ δὲ, ὅτι μὴ ἠσύχασεν. δόλον
μηχάσασα δὲ τοῖς ἄρχουσι παλαιστινῶν, ἐνήρθρισεν
τῶν στρατιωτῶν ἔνδον τινὰς, καὶ καθεύδοντα μεθύσ-
τα, κατέδησε τοῖς πλήμασιν κατὰ τὸ ἰσχυρότατον. ἔ-
πειτ' ἀνεγείρασα, ἐδήλου παρεῖναί τινας ἐπ' αὐτόν.
ὁ δὲ, ῥήξας τὰ πλήματα βοηθεῖν ὡς ἐπερχομένων
αὐτῷ τινῶν ἐπειρᾶτο. καὶ ἡ γυνὴ σωεχῶς ὁμιλοῦν-
τος αὐτῇ ἔ σαμψῶνος, δεινῶς ἔχειν ἔλεγεν, εἰ κατὰ
πίστιν ἔνοιάς τῆς πρὸς αὐτὸν μὴ λέγει ταῦθ' ἅ-
περ δεῖται, ὡς οὐ σφαλησομένης, ὅσα μὴ γινώσκεσθαι
συμφέρειν οἶδεν αὐτῷ. ἔ δὲ πάλιν ἀπατῶντος αὐ-
τὴν καὶ φήσαντος, ἑπτὰ κάλοις δεθέντα τῷ ἰσχνῷ
ἀπολέσειν. ἐπεὶ καὶ ἔτο ποιήσασα, οὐδὲν λύσας,
τρίτον ἐνυφλεῦσα τὰς κόμας αὐτοῦ ἐμιμύνεν, ὡς δ'
οὐδὲ τούτου γλωμένου ἀληθὲς ἠρέσκετο, δεομένης
πλουσιαίτατον ὁ σαμψὼνης, ἔδει γὰ αὐτὴν συμφορᾷ πε-
ρισπεῖν χαρίζεσθαι βουλόμενος τῇ δαλάλῃ, ἐ-
μοῦ φησὶ ὁ θεὸς κήδεται, καὶ κατὰ τῶν σκέπου πέ-
νοιαν γίνηθεὶς, κρίλου τούτῳ τρέφω παρεγγυήσαν-
τος μὴ ξυρᾶσθαι ἔ θεοῦ. τῶν γὰ ἰσχνῶ εἶναί μοι
κατὰ τῶν ταύτης αὔξησιν καὶ ὠδαμονῶ. ταῦτα
μαθοῦσα, καὶ στερήσασα τῆς κόμης αὐτὸν, ὠδὸν δίδωσι
τοῖς πολεμίοις, σὺν ἐτ' ὄντα ἰσχυρὸν ἀμύναντα τῶν
ἔφοδον αὐτῶν. οἱ δὲ, σκοψάντες αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλ-
μοὺς, δεδεμένον ἄγειν παρέδοσαν. πρόϊόντος δὲ ἔ
χρόνου, ἤρξατο ἡ κόμη τῷ σαμψῶνι. καὶ ἑορτῆς οὔ-
σης τοῖς παλαιστινοῖς δημοτελοῦς, καὶ τῶν ἀρχόντων
καὶ γνωρίμων τῶν τ' αὐτῷ εὐωχουμένων, οἷα
δὴ τῶν δύο κίονων στεγόντων αὐτοῦ τὸν ὄροφον, ἄγεται
μεταπεμψαμένων ὁ σαμψὼνης εἰς τὸ συμπόσιον ὡ-
πως ἐνυβρίσωσιν αὐτὸν ὠδῇ τὸν πότον. ὁ δὲ δεύτερον
τ κακῶν ὑπολαμβάνων τὸ μὴ δύνασθαι ὑπερέχο-
μενος ἀμύνασθαι, τὸν χειραγωγοῦντα παῖδα ἐᾶσαι,
πρόσαναπαύσασθαι χρῄζειν ἐπὶ τῶν κόπου, τοῖς
κίο-

dam fano, cujus tectum duabus columnis ſuſtinebatur, accitus eſt & Sampſon, ut miſero inter compotandum illuderent. qui hoc extremum malum exiſtimans, quòd illuſores ulciſci non quiret, jubet puerum, à quo manu ducebatur, ut ad illas columnas ſe acclinet, jam, ut tum ſimu-

κίστη αὐτὸν ἐγγὺς ἀφεγῆν. ὡς δ' ἦκεν, ἐκσεισθεὶς αὐ- A labat, defatigatum. quibus admotus sic eas con-
τὸς τὴν Παλαιστίνην τὸν οἶκον, ἀνατρεπόντων τ' κίονων, cussit, ut subversæ totius ædificii ruinam trahe-
τρισχιλίους ἀνδράσιν, οἱ πάντες ἀπέθανον, ἐν αὐτοῖς ἦ καὶ rent, qua tria millia hominum sunt oppressa,
αὐτὸς Σαμψών. καὶ τὸν μὲν τοῦτον κατέσχε τέλος, ἄρξαν- & inter cæteros ipse Sampson. Hic finis viri
τος ἐτῶν εἴκοσιν ἑπτά. θαυμάζειν ἦ ἄξιον τῆς fuit, exacto principatus anno vigesimo, admiran-
ἀρετῆς αὐτῆς ἰσχύος, καὶ ὃ πρὸ τούτου μεγα- di ob incomparabilem animi simul ac corporis
λόψυχον τὴν ἀνδρα, καὶ τῆς ὀργῆς τῆς μέχρι θανάτου fortitudinem, qva in hostium perniciem usqve
τῶν ἐχθρῶν πολεμίους. καὶ τὸ μὲν ὑπὸ γυναικὸς ἀ- ad extremum halitum usus est. Nam quòd à
λῶναι διὰ τῆ φύσι τ ἀνθρώπων πρόσαιτιον ἥττονι muliere deceptus est, humanæ infirmitati con-
ἁμαρτημάτων ἦν. μαρτυρεῖν ἦ ἐκείνῳ τοῦτο εἰς τὰ ἄλ- B venit, pronæ ad ejusmodi vitia. cætera dignus
λα τῆς ἀρετῆς πρόσοντα. οἱ ἦ συγγενεῖς αὐτοῦ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἤγαγον εἰς πατρίδα μετὰ sempiterna memoria virtutis nomine. cognati
τῶν ὅπλων. verò ejus cadaver in patriam reportatum apud
Saraſam oppidum monumento majorum intu-
lerunt.

Κεφάλαιον ιά.
Ὡς υἱοὶ ἦλι ὃ ἱερέως ἐσφάγησαν ἐν τῇ πρὸς Παλαιστίνους μαχῃ.

CAP. XI.
Quomodo filii ſacerdotis Elis à Paleſtinis in prælio ſunt cæſi.

Μετὰ ἦ τοῦτον σαμψῶνος τελευτὴν προέστη τῶν C POst Sampſonis autem obitum præfuit Iſrae- XIV.
Ἰσραηλιτῶν ἦλις ὁ ἀρχιερεύς. ὑφ' οὗτος λιμὸς litis Elis pontifex, in cujus principatu fa- *Ruth. 1.*
ἰσχυρὸς ἐπέλαβε τὴν χώραν, ἔτος δ' ἦν mes valida eam regionem invaſit. quam non
ἤδη τῆς ἱερωσύνης φυλῆς, ἀντέχειν τῷ δεινῷ μὴ δυνα- ferens Abimelechus Bethlemorum civis, qvod
μένου, τῶν τε γυναικὸς νααμὶν καὶ τοὺς παῖδας τοὺς oppidum eſt tribus Judæ, aſſumpta uxore Naa-
ἐξ αὐτῆς ἀναγκασθέντας, χελλίωνα καὶ μάλλωνα ἐπα- mi, & filiis communibus Chellione & Mallo-
γομένους εἰς τὴν μωαβίτιν μετοικίζεται. καὶ προχω- ne, in Moabiticam terram migravit. cumq; ibi
ρούντων αὐτῷ κατὰ νοῦν τῶν πραγμάτων, ἀγαται τοῖς prospera fortuna uteretur, filiis ſuis uxores de-
υἱοῖς γυναῖκας μωαβίτιδας, χελλίωνι μὲν ὀρφάν, ῥοῦ- dit ejus gentis fœminas, Chellioni Orpham, Ru-
θην δὲ μαλλωνι. διελθόντων ἦ δέκα ἐτῶν, ὅτε ἀβιμέ- D them Malloni. exacto autem decennio Abime-
λεχης μετ' αὐτὸν οἱ παῖδες διὰ ὀλίγου τελευτῶσι. καὶ ἡ lechus cum filiis brevi tempore alius poſt ali-
νααμὶς πικρῶς ὑπὸ τῶν συμβεβηκότων φέρουσα, ἐπὶ τοῖς um obiit. qvo caſu Naamis in maximum mœ-
ἀναγκαιοτάτων ἐρημίαν ἀγομένους, δι' ὃς καὶ rorem conjecta, deſolata à chariſſimis, qvorum
τῆς πατρίδος ἐξεληλύθη, πάλιν εἰς αὐτοῖς ἀπελθεῖν. καὶ ἦδη καλῶς τὰ κατ' αὐτοῖς ἐπιφαίνεται consvetudinem amori patriæ prætulerat, mu-
χρῆσθαι. οὐκ ἀκαρπότερον ἦ ἀλλοτρίαν αὐτῆς αἱ tato pro re conſilio reverti ad ſua decrevit. jam
πράξεις, οὐδὲ παραγενομένη βουλομένας ἀποστέρειν enim res patriæ in meliori ſtatu eſſe perceperat.
πάλιν δύνατο. ἀλλ' ἐγκειμένων ἐξαιρῆσθαι μᾶλλον δὲ nurus autem ejus non ſuſtinebant ab ea divelli
πλείονα αὐτῆς ἃ διημαρτήκεσαν παρὰ τῆς αὐτῆς & velit nolit comitari eam volebant. at illa pre-
γαμετῆς, καὶ τ ἄλλων ἀγαθῶν κτῆσιν, ὅτι τὸ cata eis felicius conjugium, qvam in qvo cum
πρὸς ἀλλήλους ἔτως εἶχε, μένειν αὐτόθι παρεκάλει, καὶ E filiis ſuis vixiſſent, & in reliqvis rebus proſpe-
μὴ συμπεραλαμβάνειν αὐτῇ βουλήσεως πράγμα- ritatem, & doceas qvod in ſe nihil eſſet opis, ro-
των ἀδήλων, τὴν πάτριον γῆν καταλειπούσας. ἡ μὲν ὃν gabat, ut manerent, néve relicta patria in even-
ὀρφὰ μένει, τὴν ἦ ῥοῦθην μὴ πειθῆσαν ἀπήγαγε κοινω- tum incertum ſeqvi miſeram ſocrum cuperent.
νὸς πάντως ὃ συνοικοῦντος ἡμερωμένου. ἐλθοῦσαν ἦ His monitis Orpha paruit: Ruthem vero no-
εἰς τὴν μὲν τῆς πενθερᾶς εἰς τὴν βηθλεέμων βόοζος ἀ- lentem manere, cujusvis fortunæ futuram ſo-
νεψιὸς συγγενὴς ὢν ξενίζει. καὶ ἡ νααμὶς προσαγο- ciam ſecum ſocrus abduxit. Qvæ poſtqvam u-
ρεύεται αὐτὴν ὀνόματι τ πολιτῶν, δικαιότερον εἰπὼν na pervenerunt Bethlema, Bozus Abimelechi
μᾶλλον καλεῖσθαι με. σημαίνει δὲ κατ' Ἑβραίων γλῶσ- F cognatus eas excepit hoſpitio. cumqve Naamis
σαν μὲν δύτυχίαν, μάρα ἦ ὀδήνλεα. ἀμηδ' ἦ ἐν- à civibus ſuo nomine appellaretur, juſtius, in-
τυχοῦσα καλαμησομένη τῆς πενθερᾶς qvit, vocaretis me Maram. ſignificat autem He-
ἐφέσεως τροφῆς δι' ὁρῶσα, εἰς τὸ βόοζος τυχὸν brææorum ſermone Naamis felicitatem, Mara
ἀφικνεῖται χωρίον. ὡς δὲ ἦλθεν ὃ βόοζος μετ' ὀλί- dolorem. Et cum eſſet meſſis tempus, Ruthe
γον καὶ θεασάμενος τὴν κόρην, αἰνέσας τὸν ἀγερωχόμον permiſſu ſocrus exibat ad ſpicilegium, ut ci- *Ruth. 2.*
τῆς παιδὸς. ὁ ἦ μικρὸν ἔμπροσθεν παρ' αὐτῆς ἅπαντα bos ſibi pararent, caſuqve in Bozi rus devenit.
πεπυσμένος ἐδήλου τὴν δεσπότην. ὁ ἦ, τῆς qui cum paulo poſt ſuperveniſſet, conſpicatus
δὲ τὴν θρᾶν διοίσας ἅμα μνήμης ἦ παιδὸς αὐτὸ puellam, de ea villicum percontatur. is denarra-
συνέκρινεν ἅπαντα. ὁ δ' ἐξάμυδος αὐτῇ πόσεως vit omnia domino, quæ paulo ante ex ipſa co-
ἀγαθῶν καλαμᾶσθαι μὲν αὐτὸν οὐκ ἠξίωσεν, θερίζειν ἦ G gnoverat. qui exoſculatus in ea benevolentiam
τῶν ὅτι δύναιτο λαμβάνειν ὑπερέπτη, προστάξας τῷ erga ſocrum, & affectum erga defunctum mari-
ἀγροικέμασι μηδὲν αὐτὴ ἀφαιρούμενον λαμβάνειν, ἄριστόν τε tum, noluit ſpicilegio contentam eſſe, ſed per-
παρέχειν αὐτῇ καὶ πόνον, ὁπότε σπίζοι τοὺς θερίζοντας. miſit, ut ſibi ipſi mœreret qvantú poſſet, ac ſume-
ret: mandavitqve villico ne eam prohiberet, & ut
una cú meſſoribus prandiú ac potú ei præberet.

Ruthe verò acceptam ab eo polentam ſervavit ſocrui, & veſpere cum frugibus collectis ſimul attulit: ſed & Naamis ſervaverat ſibi qvasdam partes ciborum, qvos ei vicini contulerant. narrat deinde ſocrui, qvid ei Bozus dixerit: auditoq; ex ea qvòd cognatus eſſet, & propter pietatem fortaſſe curam earum habiturus, exivit etiam ſeqventibus diebus ad ſpicilegium cum Bozi ancillis. poſt aliquot dies jam hordei tritura peracta venit Bozus in ſuum rus, & cubabat in area. hoc cognito cogitavit Naamis in rem ambarum fore, ſi Ruthe cum eo cubaret: miſitqve eò Ruthem dormituram ad pedes ejus. qvæ nefas rata non parere ſocrui, fecit qvod juſſa eſt. ac primò non ſenſit hoc Bozus altum dormiens, ſed circa mediam noctem experrectus, ſentiensqve eam una cubare, qvæſivit qvænam eſſet, edidit illa nomen, & famulam ſe in ejus poteſtate dixit. Tacuit ille tum, ſed mane ſummo priusqvam famuli ad opus ſurgerent, excitatam juſſit hordei, qvantum ferre poſſet, capere, & priusquam aliqvis eam ibi dormiſſe videat, ad ſocrum redire, cavendos enim tales rumores, maxime ſi non de nihilo oriantur. Cæterum meum, inqvit, conſilium eſt hoc. rogabis eum, qvi tibi propinqvior eſt qvàm ego, an te uxore opus habeat. qvod ſi ajat, ſequeris eum: ſin ſhimus, mea legitima conjux eris. Hæc verba ubi renunciavit ſocrui, bonam ſpem habuerunt, Bozo res earum curæ futuras. circa meridiem verò reverſus ille in oppidum, ſenatum coire fecit: ac mox Ruthem & cognatum illum accivit. Qvi poſtqvam venit, Abimelechi, inqvit Bozus, & filiorum ſortem poſſides. faſſus eſt alter poſſidere ſe, idqve jure propinqvitatis. Tum Bozus, ergo non ex parte tantum legum meminiſſe oportet, ſed omnia juxta præſcriptum earum facere. ecce adeſt mulier, qvam, ſi vis poſſeſſionem agrorum retinere, lex te ducere jubet. at ille Bozo & ſortem & mulierem ceſſit, qvandoqvidem & ipſe defunctorum eſſet cognatus. Sibi enim jam & uxorem eſſe & liberos. Id Bozus apud ſenatum conteſtatus juſſit mulierem accedere illum, & juxta legem calceum ei detractum in faciem incutere. qvo facto Bozus duxit Ruthem, & anno elapſo natus eſt illis infans maſculus. hunc Naamis nutricans Obedem de conſilio mulierum nominavit, ſibi in ſenectute conſtitutæ inſerviturum. nam ea vox Hebræis inſervientem ſignificat. ex Obede prognatus eſt Jeſſæus, ex hoc David Rex, qui poſteris ſuis regnum reliqvit per viginti & unam ætates duraturum. Hæc neceſſe habui de Ruthe narrare, volens DEI potentiam oſtendere, cui facile eſt etiam vulgares homines ad ampliſſimam dignitatem perducere, ſicut perduxit Davidem ex mediocribus majoribus oriundum.

Ruth. 3.

Ruth. 4.

XV. Porro Hebræi per hoc tempus rebus ſuis jam labantibus, bellum Palæſtinis inferunt ob cauſam talem: Eli pontifici duo filii fuerunt, Ophnes & Phineeſes.

1. Reg. 2.

βούλῃ ἢ ἄλφιτα λαβοῦσα παρ' αὐτοῦ ἐφύλαξε τῇ ἑκυρᾳ, καὶ παρῆν ὀψὲ κομίζουσα μετὰ τῶν ἀγχύων. ἐπετήρησε δὲ αὐτὴ καὶ ἡ νααμὶς ἀπὸ μοίρας βρωμάτων τινῶν οἷς αὐτὴν ἐπολυώρουν οἱ γειτνιῶντες. δηλοῖ δ' αὐτῇ καὶ τὰ ὦφλε Βοόζῳ πρὸς αὐτὴν ἱερημμένα. δηλωσάσης δ' ἐκείνης ὡς συγγνώμης ἐστὶ, καὶ τέκνα ἂν δι' εὐσέβειαν προνοήσειν αὐτῶν, ἐξῆει πάλιν τῇς ἑχομένας ἡμέρας ἅτε καλάμης συλλογὴν σὺν ταῖς Βοόζου θεραπαινίσιν. ἐλθών τε μετ' οὐ πολλὰς ἡμέρας καὶ Βοόζης, ἤδη τῆς κριθῆς λελικμημένης, ἅτε τῆς ἅλῳ ἐκάθευδε. ἔτυ πυθομένη ἡ νααμὶς, τεχνᾶται ὦφ καταπαύλιναι τὴν βούθλαν αὐτῷ, καὶ γὰρ ἔσεσθαι χρῆσιν αὐτῆς ὁμιλήσουσα τῇ παιδὶ. καὶ πέμπει τὴν κόρην ὑπνοῦντι μόλις αὐτῷ ὦφ τοῖς ποσίν. ἡ δ' οὐδὲν γὰρ ἀντιλέγειν τῶν ἐπὶ τῆς ἑκυρᾶς κελευομένων, ὅσιον ἡγεῖτο, ὦφ γίνεται, καὶ παρεμπίπτει μόλις λανθάνει τὸν Βόοζον βαθέως καθυπνωκότα. ἐξεγρθεὶς δ' ἐν μέσῃ νύκτι, καὶ ἀνδρὸς ὦφ καταλαμβάνεται, ἀνέκραγε τίς εἴη. τῆς δ' εἰπούσης τ' ὄνομα, καὶ φαμένης ὡς αὐτὴν δεσπότην συγχωρεῖν, τότε μὲν ἡσυχίαν ἄγει. ἔρθεν δὲ πρὶν ἢ τοὺς οἰκέτας ἀρξασθαι κινεῖσθαι πρὸς τὸ ἔργον, ἐξεγείρας αὐτὴν, κελεύει τῶν κριθῶν λαβοῦσαν ὅτι καὶ δύναιτο, παρθέσθαι πρὸς τὴν ἑκυρᾶν πρὶν ὀφθεῖσαν τισὶν αὐτὸν κεκοιμημένην. φυλάττεσθαι γὰρ σώφρον τὴν ὅπ τοιούτοις ἀφορμὴν, καὶ μάλιστ' ὅπ γεγονότι. ἐκεῖ μέν τοι ἅπαντες οὕτω φησὶν ἔχειν, ἐρωτᾶν τὸν ἔγγιστα ἐμοῦ τοῦ γένους τυγχάνοντα, εἰ σοῦ χρεία γαμετῆς ἐστιν αὐτῷ. καὶ λέγοντι μὲν ἀκολουθήσειν σκεύῳ. παραστουμένου δ', νόμῳ σε συνοικοῦσαν ἕξομαι. ταῦτα τῇ ἑκυρᾷ δηλώσασα, δ' ἐλπίδι κατέσχεν αὐτὰς ἐν ἐλπίδι, ἅ πρόνοιαν ἕξειν αὐτῶν Βόοζον. κἀκεῖνον ἤδη μεσούσης τῆς ἡμέρας κατελθόντα εἰς τὴν πόλιν, τὸν τε γερουσίαν συνῆγε. καὶ μεταπεμψάμενον βούθλου, σκάλῃ καὶ τὸν συγγενῆ. καὶ ὦφ λαμβάνουσι φησὶν, Ἀβιμελέχῃ καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ κλήρων κρατεῖς; ὁμολογήσαντος δ', συγχωρουσῶν τῶν νόμων κ' ἀγχιστείαν. σὺ οὖν, φησὶ ὁ Βόοζος, ἐξ ἡμισείας δεῖ μεμνῆσθαι τῶν νόμων, ἀλλὰ πάντα ποιεῖν κατ' αὐτοὺς μᾶλλον. ἰδοὺ γὰρ δεῦρ' ἥκει γυναῖον, ὅπερ εἰ θέλεις τῶν ἀγρῶν κρατεῖν, γαμεῖν σε δεῖ κ' τοὺς νόμους. ὁ δὲ Βόοζος καὶ ἕκλησε καὶ τῆς γυναικὸς ὦφ καχωρεῖ, συγγνοῦ μὲν ὅτι καὶ αὐτῷ τῶν τελευτηκότων, εἶναι δ' καὶ γυναῖκα λέγων αὐτῷ, καὶ παῖδας ἤδη. μαρτυραμένου δ' οὗ ὁ Βόοζος τὴν γερουσίαν ἐκέλευσε τῇ γυναικὶ ἀπολῦσαι αὐτὸν παρελθεῖν κ' τὸν νόμον καὶ τύπτειν εἰς τὸ πρόσωπον. καὶ ἡμελημένῳ πύπτει, Βόοζος γαμεῖ τὴν βούθλαν, καὶ γίνεται παῖδιον αὐτοῖς μετ' ἐνιαυτὸν, ἄρρεν. ἔτυ ἡ νααμὶς πεθυμημένη κ' συμβουλείαν τῶν γυναικῶν, ὠδήσην ἐκάλεσεν ὅπ γηραιομία τῆς αὐτῆς τροφὴν μόνον. ὠδήσης γὰρ κ' Ἀβιμέλεκον τὸν ἑβραίων ἀποσημαίνει δεσπόλων. ὠδήσου δὲ γίνεται ἰσταμένου, τούτου δαβίδης ὁ βασιλεὺς, καὶ παῖς τοῖς αὐτοῦ καταλειπὼν τὴν ἡγεμονίαν, ὅπ μίαν ἐπέκεινα γενεὰς ἀνδρῶν. τὰ μὲν ὦφ ἐξῆν, ἀναγκαίως διηγησάμενον, ἐπιδεῖξαι βουλόμενον τὸ θεῖ δύναμιν, ὅτι τὸν ὦφ ἁπλῶς ἐφικτὸν ἐστιν εἰς ἀξίωμα λαμπρὸν καὶ τὰς ὑπερτυχούσας, εἰς οἷον ἀνήγαγε καὶ δαβίδην ἐκ τοιούτων γενόμενον. ἑβραῖοι δ' τῶν πραγμάτων αὐτοῖς ὑπενεχθέντων, πάλιν πόλεμον ἐκφέρουσιν παλαιστινοῖς, ἀφ' τοιαύτην αἰτίαν. ἦλι τῷ ἱερεῖ δύο παῖδες ἦσαν, ὀφνῆς τε καὶ φινεέσης.

αὗτοι

καὶ καὶ πρὸς ἀνθρώπους ὕβριζον ἀθέμιτα, καὶ πρὸς A hi contra omne jus & fas omnia sibi licere vole-
τὰ θεῖα ἀσεβῆ, δώροις οὐκ ἀποχόντα τῶν ἁρπαγμάτων. bant: nec contenti honorariis muneribus, et-
καὶ τὰ μὲν ἐφέροντο τῶν χερῶν καὶ πιμλεῖ, ἃ δὲ ἐλάμβα- iam à rapinis non abstinebant: mulierum in-
νον αὐτοὶς, ἁρπαγῆς τρόπῳ, γυναῖκας τε τὰς ἐπὶ θρη- super, religionis ergo confluentium ad sacrum
σκείᾳ συρρεούσας ὕβριζον φθορεῖς, τῆς μὲν βίαι locum, pudicitiam vel vi vel donis expugna-
προσφέροντες, τοῖς δὲ δώροις ὑπαγόμενοι. τυραννίδος bant, ita ut nihil à tyrannorum moribus differ-
δ' οὐδὲν ἀπέλειπεν ὁ βίος αὐτῶν. ὅ τε θεῖος πατὴρ αὐ- rent. hanc insolentiam juvenum & pater ipse
τοῦ ἐπὶ τούτοις χαλεπῶς ἔχων, ὅσον ἀδέπω προσδο- magnoperè detestabatur, divinam ultionem
κῶν ἥξειν οὐκ εἰς τιμωρίαν αὐτοῖς ἐπὶ τοῖς πεπραγ- nunqvam non expectans, & populus iniqvis-
μένοις, τὰ τε πολλὰ ἐδυσφόρει. καὶ πρὸ δὴ φράζει τὴν simè ferebat. postqvam autem illorum exitum
ἐκβασιν συμφορᾶν ὁ θεὸς τοῖς παισὶν αὐτοῦ, τῷ τε ἡλὶ, B DEUS & patri & Samueli prophetæ etiamnum
καὶ συμπαθῶν τῷ προφήτῃ παιδὶ τὸ τε ὄντι, τότε φανε- puero prædixit, tum verò non aliter qvàm de-
ρὸν ἐπὶ τοῖς ἐροῖς πένθος ἦγε. βούλομαι γὰρ τὸν περὶ τοῦ functos filios lugebat. Sed priusqvam de clade
προφήτου πρότερον διεξελθὼν, ἔπειθ' ἅτερα τὰ περὶ in qva sunt absumpti dicam, qvædam de hoc
τοὺς ἡλὶ παῖδας ἐκείνων, καὶ τὴν δυσκρασίαν τὴν τοῦ propheta narranda sunt. Helcanes Levita vir
παντὶ τῷ λαῷ ἐξαίφνης γενομένην. ἑλκάνης, Λευίτης ingenuus Ramatham urbem in sorte Ephræ-
ἀνὴρ, τῶν ἐν μέσῳ πολιτῶν, τῆς Ἐφραίμου κληρου- mitarum habitans duas uxores habuit, Annam
χίας, ἁμαθὰν τὴν πόλιν κατοικῶν, ἔγημε δύο γυναῖκας, & Phenannam: ex qvarum posteriore liberos
ἄνναν τε καὶ Φενάνναν. ἐκ δὴ ταύτης καὶ παῖδες αὐτῷ suscepit, nihilominus alteram qvanqvam ste-
γίνονται. τὴν δ' ἑτέραν ἄτεκνον οὖσαν, ἀγαπῶν διετέ- C rilem diligens. is cùm sacrificatum veniſſet in
λει. ἀφικομένῳ δὲ μετὰ τῶν γυναικῶν εἰς σιλὼ τὴν Siluntem, ubi tunc DEI tabernaculum fuisse di-
νῦν, ἐν ταύτῃ γὰρ ἡ σκηνὴ τοῦ θεοῦ ἐπεπήγει ximus, & de epulo partes uxoribus ac liberis
καὶ τὸ προσήκαμεν, καὶ πάλιν κατὰ τὴν ἄνναν νέ- distribueret, Anna videns alterius liberos cum
μοντος μοῖρας κρεῶν ταῖς τε γυναιξὶ καὶ τοῖς τέκνοις, matre considentes, in lacrymas prorupit, ad-
ἅπερ διαμοιρᾶσθαι τοὺς τῆς ἑτέρας παῖδας τῇ μητρὶ monita orbitatis & solitudinis, cumqve consolationem mariti non admitteret, abiit in taber-
συναθροισθέντας, εἰς δάκρυά τε προῆκτο, καὶ τῆς naculum supplicatura, votumqve factura, abla-
παιδοποιΐας αὐτῷ ἀπελοφύρετο καὶ τῆς μονώσεως. καὶ ta sterilitate matrem factam primum filium se
τῆς πενθερᾶς ἀθυμίαν τῇ λύπῃ κρατήσασα, εἰς consecraturam, ad ministeria DEI non vulgari
τὸν σκηνὸν ᾤχετο τὸν θεὸν ἱκετεύσουσα δοῦναι γονὰς D more educatum. In hujusmodi precibus lon-
αὐτῇ καὶ παῖδας μητέρα, ἐπαγγελλομένη τὸ πρωτό- gas moras protrahentem animadvertens Elis
τοκον αὐτῇ γενησόμενον καθιερώσειν τῷ Δεσπότῃ θεῷ, pontifex, qvi ante tabernaculum sedebat, tan-
δίκαια ἐκ ὁμοίαν τοῖς ἰδιώταις ποιησαμένην. Δεσ- qvam parum sobriam jussit abire. qvæ cùm re-
πόσυνος δ' ὅτι τῆς ἀνίας πολὺν χρόνον, ἦλθε ὁ spondisset, aqvam se potare, sed mœstam qvòd
ἀρχιερεὺς, σκαθέζετο δὲ πρὸ τῆς σκηνῆς, ὡς παροι- liberis careat, precibus à DEO sterilitatis reme-
νοῦσαν ἐκέλευσεν ἀπέναι. τὴν δὲ πεῖν ὕδωρ φαμένην, dium petere, bono animo eam esse jussit, polli-
λυπουμένην δ' ὅτι παίδων ἀπορεῖται τὸν θεὸν ἱκετεύειν, citus habituram ex DEI munificentia filium.
θαρσεῖν παρεκελεύετο παρέξειν αὐτῇ παῖδας τὸν θεὸν tum demum hilaris ad maritum reversa, cibis
κατευχόμενον. ἀθυμουμένη δ' ἐλπὶς ἦν τὸν ἄνδρα, E ante præ mœrore fastiditis usa est. in patriam
τροφῆς χαίρουσα προσενέγκασα. καὶ ἀναστρέφαν- deinde reversa, brevi uterum gerere cœpit,
των εἰς τὴν πατρίδα, κύειν ἤρξατο. καὶ γίνεται παι- mox ubi pariendi tempus advenit, enixa filium
δίον αὐτῇ, ἓν συμπάντων προσαγορεύουσι. θεασά- Samueli nomen indidit, qvasi dicas exoptatum
μενον ἄν τις ἔπαινε. πεμφθὲν οὖν ὑπὸ τῶν παίδων ἐκεῖ- à DEO. cùmqve parentes gratias acturi DEO
νων δεκάτας τὰ φέροντες. ἀναμνησθεῖσα δ' ἡ γυνὴ pro accepto filio, & sacrificaturi rediissent, simulq;
τῆς ἀρᾶς τῆς ὅτε τῷ παιδὶ γεγενημένης, παρεδίδου decimas ex more afferentes, mulier voti rea puerum Eli tradidit, DEO consecratum, prophe-
ἡλὶ, ἀναπεθεῖσα τῷ θεῷ τὸν προφήτην γενησόμενον. κόμην tamqve futurum. itaqve & comam alebat, &
τε τὸν αὐτοῦ ἀνῆπτε καὶ πατὸν ὕδωρ ἐῶ. καὶ συμπαθῶν aqva tantum in potu utebatur, degebatqve circa fanum, cujus ministeriis educabatur. Helca-
μὲν τῇ ἱερῷ δίητα τρεφόμενον. ἑλκάνῃ δ' ἐκ τῆς næ autem alii præterea filii ex Anna nati sunt,
αὐτῆς ἥβης τε γίνονται, καὶ τρεῖς θυγατέρες. συμπαθῶν δὲ F & filiæ tres. Porrò Samuel exacto anno ætatis
πενταετοῦς ἔτος ἤδη δωδέκατον, προεφήτευε. καὶ duodecimo prophetam agere cœpit. Qvadam 1. Reg. 3.
τοῦτο τοὔνομα ὀνομαστὶ σκάλεσεν ὁ θεός. ἐ νομίσας enim nocte dormientem DEUS nomine voca-
ἐκεῖ δ' ἀρχιερέως πεφωνῆσθαι, ᾤχετο πρὸς αὐτόν. vit. tum ille ratus à pontifice se vocari, accurrit
ἀφαμένου δὲ καλέσαντος δ' ἀρχιερέως ὁ θεὸς εἰς τρεῖς ad eum. Qvo negante à se vocatum, Deus idem
ἔστο ταῦτα. καὶ ἡλὶ Δεσπόσθεις, φησὶ πρὸς αὐτὸν, tertio fecit. Tum Elis rem perspiciens ait: Ego
ἀλλ' ἐγὼ μὲν συμπαθὲς, σιγᾶν ὡς καὶ τὸ πρὶν ἦγον. mi Samuel, nunc qvoqve ut ante silui, sed
θεὸς δ' ἐστὶν ὁ καλῶν. ἀλλὰ σήμερον πρὸς αὐτὸν, ὅτι DEUS te vocat. qvapropter præsto esse te re-
ἀθυμοῦμαι· καὶ δ' θεῷ φθεγξαμένῳ πάλιν ἀκού- G sponde. Itaqve rursum DEO vocante, rogavit,
σας, ἠξίει λαλεῖν ὅτι τοῖς χρεμένοις. ἐ γὰρ ὑστρήσειν αὐ- qvid juberet, paratum se ad ministerium offe-
τὸν ἐφ' οἷς ἂν θελήσῃ Δεσπότης. Ὁ δὲ θεὸς, ἐπεὶ φησὶ rens. Tum Deus: Qvando, inqvit, præsto es, au-
ἀθυμοῦντα μανθάνειν συμφορὰν Ἰσραηλίταις ἐσο- di imminere Israelitis cladem majorem qvam credibile est, & filios Elis ambos una die perituros,
μένην μείζονα, καὶ πίστεως τοῖς παρατυγχάνουσι.
καὶ τοὺς ἡλὶ τοὺς παῖδας ἡμέρᾳ μιᾷ τεθνηξομένους,

& ſacerdotium meum migraturum in familiam Eleazari. Elis enim pluris fecit ſuos filios qvàm meum cultum, idqve ne cum ipſorum qvidem commodo. hoc oraculum cùm ab adjurato extorſiſſet pontifex, alioqvi ſe non contriſtaturo certiorem jam expectationem exitii filiorum habuit. Samuelis autem gloria magis ac magis creſcebat, omnes ejus prædictiones veras eventu approbante. Per idem tempus Palæſtini ſuſcepta expeditione contra Iſraelitas, caſtrametati ſunt apud urbem Amphecam: & nemine ibi occurrente ulterius proceſſerunt. tandem congreſſi prælio, Hebræorum circiter qvatuor millia peremerunt, reliqvis trepidè in caſtra compulſis. Qvamobrem Hebræi periculum extremum inſtare putantes, mittunt ad pontificem atqve ſenatum qvi poſtulent arcam in aciem proferri, ut ejus præſentia freti hoſtem ſuperent, ignari eum qvi ſententiam ſemel adverſum eos tulerat, fore ut vincerentur, majorem eſſe qvàm arcam, qvæ propter ipſum erat veneranda. Venit igitur arca in exercitum, & cum ea pontificis filii accepto à patre mandato, ſi amiſſa arca vivere ſuſtineant, ne unqvam in conſpectum ſibi veniant. qvorum Phineeſes jam ſacerdotio fungebatur, patre propter ſenium honorem concedente. Vehementer autem Hebræis arca animos addidit, victoriam in hac ſitam exiſtimantibus: contra hoſtes metuebant, ne arca Iſraelitis eſſet præſidio. attamen utrorumqve expectationem eventus fefellit. Nam poſt conflictum ſperata Hebræis victoria, Palæſtinis contigit: & qvam cladem hi timuerant, eam Hebræi paſſi, cognoverunt fruſtra ſe in arca fiduciam collocaviſſe. namqve primo impetu in fugam ſunt averſi, in qva triginta hominum millia ſunt amiſſa, inter qvos pontificis filii ceciderunt: & arca quoqve in hoſtium poteſtatem devenit.

XVI. 1. *Reg.* 4.

Σαὺλ δὲ, κατασχεῖν βουλόμενος τ' σαμήλ, ἐλαμβάνε τ' διπλοΐδος, ἐσθῆτος τ' ὁλκῆς ἀφ' πρεσβύτου ὁρμῆς ἀπιούσης τ' σαμήλ ῥωμφίας, διαρρήξαι τὸ ἱμάτιον. ὁ δὲ προφήτου τὴν βασιλείαν αὐτοῦ οὕτως οὕτω ἀφαιρεθεῖσαν φήσαντος, καὶ λήψεσθαι ταύτην, ἄμεινον ἐδικαίου. ἐμμένειν γὰρ τ' θεὸν τοῖς περὶ αὐτοῦ κεκριμένοις, ὡς δὲ μεταβάλλεσθαι καὶ τρέπειν τὴν γνώμην ἀνθρωπίνῃ πάθεσι ὄντος ὑ θεοῦ οὐχί. ὁ δὲ σαὺλ, ἀσεβῆσαι μὲν ἔλεγε, ἀγνοήσαι δὲ παθόντα τὰ πραχθέντα μὴ δύνασθαι. τιμῆσαί γε μέλειν αὐτὸν παρεκάλει δὲ πλήθους ἐρῶντος σοῦ αὐτοῦ προσκυνῆσαι τὸν θεὸν προσκυνῆσαι. δίδωσι δ' ὅτου σαμήλ αὐτῷ, καὶ συνελθὼν προσκυνεῖ τῷ θεῷ. ἄγεται δὲ καὶ ὁ τ' ἀμαληκιτῶν βασιλεὺς ἄγαγος πρὸς αὐτόν. ᾧ πυνθανομένου πῶς ἔχει πικρὸς ὁ θάνατος, εἶπεν ὡς σὺ πολλὰς μητέρας ἐξαίων ὅτι τέκνοις ἐδύρεσθε ᾧ πένθος ἄγειν ἐποίησας, ἴστως ἐδυνήσῃ ὅτι σαυτῷ ἀφαιρεῖται τοῦ μητέρα. καὶ κελεύει φόνευμα αὐτὸν ἐν γαλγάλοις

Tum Saulus retinere eum volens injecit manum in pallium: & qvia Samuel properantius discedebat, scissura facta est in vestimento. cumq; propheta dixisset, sic scindendũ ejus regnum, & perventurum ad virum justum & bonum. Deum enim in proposito manere, neqve similem esse homini natura mutabili: Saulus fatebatur Deum sibi merito infensum, sed factum infectum fieri non posse. Rogabatq; saltem hoc honoris sibi haberet, ut DEUM simul in præsentia populi adoraret. Fecit ei hanc gratiam Samuel, & una cum illo adoratum ivit. Post hæc adductus est ad eum Agagus rex Amalecitarum. qui cum, ô mortem amaram, exclamasset, audivit à propheta: Qvemadmodum tu multis Hebræorum matribus cæsis earum filiis lamenta & luctum attulisti, ita æqvum est, ut ipse matri tuæ mœstitiam afferas: jussitq; eum ibid. in Galgalis

F G

interfici: ipſe vero reverſus eſt Ramatham. Rex vero tum demum ſentiens, in qvæ mala offenſo DEO perveniſſet, ad Gaba regiam proficiſcitur, 1. Reg. 16. qvod nomen collem ſignificat: nec poſt illam diem unqvam in prophetæ conſpectum venit. Samueli vero vicem ejus moleſte ferenti, DEUS hanc curam mittere juſſit, & aſſumpto ſacro oleo Bethlema proficiſci ad Jeſſæum Obedæ filium, & ex ejus filiis eum ungere, qvem ipſe indicaſſet ſibi regno dignum videri. Cumq; propheta diceret vereri ſe, ne ſi Saulus hoc ſenſerit, vel per inſidias vel etiam aperta vi perniciem ſibi moliretur, juſſus hac de re ſecurus eſſe, ad dictum oppidum pervenit. Eo loci magno hominum concurſu ſalutatus eſt, qværentibusq; adventus cauſam, ſacrificatum ſe veniſſe dixit. Peracto ſacro Jeſſæum ad epulas una cum filiis convocat: viſoqve natu maximo eximia ſtatura ac forma juvene, conjiciebat inde hunc eſſe regnaturum. Sed hac parte non eſt aſſeqvutus DEI providentiam. Percontanti enim, an hunc juvenem ungere deberet, qvem ipſe admiratus dignum regno ducebat, reſponſum eſt, non eadem ſpectare Deum qvæ homines. Tu, inqvit, viſa juvenis pulchritudine, jam ſatis dignum principatu exiſtimas: apud me vero non eximiæ corporis formæ præmium eſt regnum, ſed animi virtuti, & eum reqviro, qvi hac ſit perfecte excultus, pietateqve ac juſtitia, obedientia & fortitudine animum exornatus. His auditis propheta jubet Jeſſæum filios omnes oſtendere: moxqve & alii qvinqve adfuerunt. horum nomina juxta ætatis ordinem ſunt hæc: Eliabus, Aminadabus, Samma, Nathanael, Rael, Aſamus. His qvoqve viſis, qvi nihilo deteriores forma erant, propheta rogat DEUM, quisnam ex his eligendus eſſet, & audito qvod nullus, ſciſcitatur ex Jeſſæo, num qvos præterea liberos habeat. Qvo reſpondente, eſſe etiam unum nomine Davidem, qvi curam gerat gregum, propheta jubet, ut confeſtim vocetur: non enim licitum eſſe absqve illo ſacrum epulum celebrari. qui poſtqvam accitus à patre venit, adoleſcens colore flavus, & martium qviddam tuens, alioqvi liberali ſpecie, tum propheta ad patrem verſus ſubmiſſa voce, Hic eſt, inquit, qvem regnare DEO viſum eſt, & cum dicto accumbit, & proximum ſibi adoleſcentem collocat, ac deinceps patrem cum reliquis filiis. Depromit deinde ſacrum oleum, quo delibutum Davidem in aurem admonet, DEUM ita velle, ut regnum in populum obtineat: præcipitqve, ut juſtitiam colat, & operam det, ne unqvam à mandatis DEI diſcedat: Hoc enim pacto & regnum ejus fore diuturnum, & familiam univerſam illuſtre nomen conſeqvuturam: Palæſtinos quoque ab illo ſubigendos, & cum quibuscunqve gentibus congreſſus fuerit, ſemper victorem redituram, inſignemqve inde gloriam tam ſibi paraturum, quam poſteris relicturum. Poſt mandata Samuel domum proficiſcitur, ſimulq; numen deſerto Saulo ad Davidem commigrat.

ἀποθανεῖν. καὶ αὐτὸς μὲν εἰς Ἁρμαθὼν πάλιν ἀπῆλθεν· ὁ δὲ Σαοὺλος δεῦτερον αἰσθόμενος τῶν πρεσβυτέρων κακῶν ἐχθρὸν αὑτῷ τὸν θεὸν κατασκευάσας, εἰς τὸ βασίλειον ἀναβαίνει Γαβά. σημαίνει δὲ βουνὸν ἐμπλεούμενον τὸ ὄνομα. καὶ μετ' ἐκεῖνον οὐκ ἔτι τῷ ἡμέραν εἰς ὄψιν ἔρχεται τῷ προφήτῃ. σαμουήλῳ δὲ λυπουμένῳ περὶ αὐτοῦ, παύσασθαι μὲν τὸ φρονεῖν ὁ θεὸς ἐκέλευσεν· λαβόντι δὲ τὸ ἄγιον ἔλαιον, εἰς Βηθλεμῖτιν ἀπελθεῖν πόλιν, πρὸς Ἰεσσαῖον παῖδα ὠδήδε. δεῖ γάρ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ὃν ἂν αὐτὸς ὑποδείξῃ βασιλέα χρησόμενον. ὁ δέ, δεδιὼς μὴ ὑπὸ μανθάνων Σαοὺλος ἀνέλῃ λοχήσας αὐτὸν, ἢ δ' ὃς φανερῶς, ἀπορρήτῳ δὲ θεῷ καὶ δόντι ἀσφαλείας ὁδὸν, εἰς τὴν προειρημένην ἦκε πόλιν. καὶ πάντες αὐτὸν ἠσπάζοντό τε καὶ τὴν αἰτίαν τῆς ἀφίξεως ἐπηρώτων. ἔλεγε δὲ ἥκειν ἵνα θύσῃ τῷ θεῷ. παύσας οὖν τὴν θυσίαν, καλεῖ τὸν Ἰεσσαῖον μετὰ τῶν τέκνων ἐπὶ τὰ ἱερεῖα. καὶ θεασάμενος αὐτῶν τὸν πρεσβύτατον τῶν υἱῶν καὶ μεγέθη καὶ κάλλει, ἔκρασεν ἐκ τῆς εὐμορφίας εἶναι τὸν μέλλοντα βασιλεύειν. ἁμαρτάνει δὲ τῆς τοῦ θεοῦ προνοίας. ἐπερωτήσαντι γὰρ αὐτὸν, εἰ χρίσει τῷ ἐλαίῳ τὸν νεανίσκον ὃν αὐτὸς ἐπεθαυμάκει, τῆς βασιλείας ἄξιον ἔκρινεν, οὐ τὰ αὐτὰ βλέπειν ἀνθρώπους ἔφη καὶ θεόν. ἀλλὰ σὺ μὲν εἰς τὸ κάλλος ἀποβλέπεις τοῦ νεανίσκου, καὶ δὴ τὴν ἡγῇ ἄξιον τοῦ βασιλεύειν εἶναι. ἐγὼ δὲ οὐ σωμάτων εὐμορφίας ἔπαθλον πιοῦμαι τὴν βασιλείαν, ἀλλὰ ψυχῶν ἀρετῆς, καὶ ζητῶ ὅς ἐστι ταύτης ἐκ τελέως εὐσεβείας, εὐσεβείᾳ καὶ δικαιοσύνῃ καὶ ἀνδρείᾳ καὶ πειθοῖ ἐξ ὧν τὴν ψυχῆς σωφροσύνῃ καλῷ κἀγαθῷ κεκοσμημένῳ. ταῦτα φράσαντος τοῦ θεοῦ, πέντας ἐκέλευσεν αὐτῷ τὸν Ἰεσσαῖον τοὺς υἱοὺς ἐπιδεῖξαι σαμουήλῳ. ὁ δὲ, πέντε ἄλλους ἐποίησεν ἐλθεῖν, ὧν ὁ μὲν πρεσβύτερος, Ἐλίαβος, ὁ δεύτερος Ἀμιναδάβος, σάλαλος ὁ τρίτος, ὁ τέταρτος Ναθαναήλος, Ῥάηλος ὁ πέμπτος ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ ἕκτος Ἀσάμος. ἰδὼν δὲ καὶ τούτους ὁ προφήτης, μηδὲν χείρους τοῦ πρεσβυτέρου τῆς μορφῆς, ἐπερώτησε τὸν θεὸν τίνα τούτων αἱρεῖται βασιλέα. ἐπόντος δ' ἀδέλφια, πυνθάνεται τοῦ Ἰεσσαῖ μὴ πρὸς τούτοις αὐτῷ καὶ ἄλλοι παῖδες εἰσί. φήσαντος δὲ εἶναι Δαβίδην τοὔνομα, παραμένειν δὲ ἐπὶ τῶν βοσκημάτων φυλακῆς ἀπημελεῖτο, κελεύει καλεῖν αὐτὸν ἐν τάχει. καταλιθῆναι γὰρ εἰς τὴν ἑνὸς χάριν οὐκ εἶναι δυνατὸν αὐτοῖς ἐκείνου μὴ παρόντος. ὡς δ' ἦκεν ὁ Δαβίδης μεταπεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ πατρὸς, πᾶσι ξανθὸς μὲν τὴν χρόαν, ὡραῖος δὲ τὰς ὄψεις ἐκάλος ἄλλως, ἦτος ἐστὶν εἰπεῖν ἡσυχῇ πρὸς αὐτὸν σαμουήλῳ ὁ βασιλεύειν δρέπας τοῦ θεοῦ. καταχλίνεται μὲν αὐτὸς, καταχλίνει δὲ ὑπ' αὐτὸν τὸν νεανίσκον καὶ τὸν Ἰεσσαῖον μετὰ τῶν παίδων. ἔπειτα λαβὼν ὁ θεοῦ τοῦ Δαβίδου τὸ ἔλαιον, ἀλήφεται αὐτὸν, καὶ πρὸς τὸ οὖς ἠρέμα λαλεῖ. καὶ σημαίνει ἔθ' ὅτι βασιλεύειν αὐτὸν ὁ θεὸς ἤρηται. παρῆν δ' εἶναι δίκαιον ἐκ τῶν κατηκόου αὐτοῦ τὰ προστάγματα. ὅτε γὰρ αὐτὸς ἐβασίλευεν τὴν βασιλείαν ἐπὶ πολὺν χρόνον, καὶ τὸν εἴκοσι λαμπρὸν καὶ εὐδόκιμον ἤνεγκεν. καταστρέψεσθαι δὲ καὶ παλαισίνους, καὶ οἷς ἂν ἔθνεσι πολεμῇ, νικήσοντα, καὶ πρεῖσαι τὴν μάχην, κλέος τε ἀοίδιμον ζῶντά τε ἔχειν καὶ τοῖς μετ' αὐτὸν διαφυλάξειν. καὶ σαμουήλῳ μὲν ἀπαλλάσσεται ταῦτα παραινέσας, πρὸς δὲ τὸν Δαβίδην μεταβαίνει τὸ θεῖον, καταλιπὼν σαοὺλον.

καὶ ὁ

καὶ ὁ μὲν προφητεύειν ἤρξατο, τοῦ θείου πνεύματος εἰς αὐτὸν μεταποιήσαντος, τὸν σαοὺλ δὲ ἐπιλαβόμενον δαιμόνιον, πνιγμοὺς αὐτῷ καὶ σφαγὰς ἐπιφέροντα, ὡς τοὺς ἰατροὺς ἄλλην μὲν αὐτῷ θεραπείαν μὴ εὑρεῖν. εἰ δέ τις εἴη ἐξάδειν δυνάμενος καὶ ψάλλειν ἐπὶ κιννύρᾳ, τοῦτον ἐκέλευσαν ζητήσαντας ὁπόταν αὐτῷ προσίοι τὸ δαιμόνιον, καὶ παρεῖναι, πιεῖν ὑπὲρ κεφαλῆς ἐκείνου ψάλλειν, καὶ τοὺς ὕμνους ἐπιλέγειν. σαοὺλ δ' οὐκ ἐμέλλησεν, ἀλλὰ ζητεῖσθαι προσέταξε τοιοῦτον ἄνθρωπον. φησάντων δέ τινων τῶν παρόντων, ὡς βηθλεὲμ πόλει τεθεᾶσθαι ἰεσσαίου μὲν υἱόν, ἐπὶ ἤδη παίδα τὴν ἡλικίαν, εὐπρεπῆ καὶ καλόν, τὰ δ' ἄλλα πολλῆς παιδὸς ἄξιον, καὶ ψάλλειν εἰδότα καὶ ᾄδειν ὕμνους, καὶ πολεμικῶν ἄκρον. πέμψας πρὸς τὸν ἰεσσαῖον ἐκέλευσεν ἀποστεῖλαι αὐτῷ τὸν δαβίδην, τὰ πρόβατα ἀφεσταότα. βούλεσθαι γὰρ αὐτὸν ἰδεῖν ἐπὶ τῇ εὐμορφίᾳ καὶ τῇ ἀνδρίᾳ ἀκηκοὼς τοῦ νεανίσκου. ὁ δὲ ἰεσσαῖος πέμπει τὸν υἱόν, καὶ ξένια δοὺς, κομίσαι τῷ σαοὺλ ἐλθόντα δὲ, ἡδέως εἶδε. καὶ πάσης ἐστολοφόρουν, ἀλλ' ἁπάσης εἶχε τιμῆς. ἐξῃρέθη γὰρ ὑπ' αὐτοῦ, καὶ πρὸς τὰ δόματα τὰ δαιμόνια παρεκάλει ἐπάσαι αὐτῷ τὸν δαβίδην κελεύων, ἡδέως γὰρ αὐτῷ βλέπεσθαι τὸν παρόντα. τὰ δὲ οὐκ ἀντιπίπτων τῷ σαοὺλ, συνεχώρησεν ἢ κατέχειν.

A qvo factum est, ut hic concepto divino spiritu prophetare inciperet, Saulus vero in morbum dæmoniacum incideret, ita ut præfocari ac strãgulari videretur, nec aliam opem invenirent medici, quam si quis peritus excantator adhiberetur: monueruntqve ubiqve inqvirendum, qui quoties rex à dæmone agitaretur, stans ad caput ejus voce ac fidibus sacros hymnos caneret. Cumqve rex sine mora qværi talem mandasset, qvidam ex astantibus ait se apud Bethlema vidisse filium Jessæi, adolescentem liberali forma, & præter aliam honestam institutionem hymnos ad citharam canere doctum, ac ne militarium quidem exercitiorum rudem. Mittuntur ergo ad Jessæum abducturi Davidem à gregibus: nunciantqve patri, regem audita adolescentis tam forma quam virtute, cupere ipsum videre. Paruit Jessæus, simulqve munera per filium regi misit. Cumqve venisset, confestim à rege admodum læto in satellitium assumitur, in magno apud eum pretio habitus. Qvoties enim à dæmone agitaretur, unicum erat in excantatione remedium: & solus David hymnos ad cinnyram accinens, regem ad sanam mentem reducebat. Impetratum est igitur à Jessæo, ut filium apud regem degere pateretur, quandoquidem tantopere ejus præsentia delectabatur.

Κεφάλαιον ί.
Αλλη στρατεία παλαιστινῶν ἐπὶ τοὺς ἑβραίους.

CAP. X.
Expeditio nova Palæstinorum contra Hebræos.

Χρόνοις δ' ὕστερον οὐ πολλοῖς οἱ παλαιστινοὶ συνελθόντες, καὶ δύναμιν ἀθροίσαντες, μεγάλην, ἐπιᾶσι τοῖς ἰσραηλίταις, καὶ μεταξὺ σωχοῦς καὶ ἀζήκου καταλαμβανόμενοι στρατοπεδεύονται. ἀντεξάγει δ' αὐτοῖς τὴν στρατιὰν καὶ σαοὺλ ἐπὶ λόφου στρατοπεδούμενος, ἀναγκάζει τοὺς παλαιστινοὺς τὸ μὲν πρῶτον στρατόπεδον καταλιπεῖν, ἐπὶ ὁμοίοις δέ τινος ὄρους ἀντικρὺ καταληφθέντος ὑπὸ σαοὺλ στρατοπεδεύσασθαι. διέχουσι δ' ἀπ' ἀλλήλων τὰ στρατόπεδα μέσου αὐλώνων τῶν ὀρῶν ἐφ' ὧν ἑώ. καταβὰς οὖν τις τῶν παλαιστινῶν στρατοπέδου, γολιάθου ὄνομα, πόλεως ἦν γάτης, ἀνὴρ παμμεγέθης. ἑξαπήχεις γὰρ πηχῶν τεσσάρων καὶ σπιθαμῆς, ὅπλα τῇ φύσει σώματος ἀναλογοῦντα περικείμενος, θώρακα μὲν γὰρ ἐνεδέδυτο χαλκοῦν ἄγοντα πέντε χιλιάδας σίκλων, κόρυθα δὲ κνημῖδας χαλκᾶς ὁπλίας εἶχεν ἑώ ἀνδρὸς ἕτω. ἐφαδόζου τὸ μέγεθος σχεπάσαι μέρη. δόρυ ἦν ἑώ, οὐ κέφον βάστυγμα δεξιᾶς, ἀλλ' ἐπὶ τῶμον αὐτὸ ὤμων ἔφερεν. εἶχε δὲ καὶ λόγχην, ἑξακοσίων σίκλων. ἵππον δ' ἐπόλει βαστάζοντες τὰ ὅπλα. στὰς πόρρω ὁ γολιάθος ἕτος μεταξὺ τῶν φαλαγγῶν, βοᾷ πρὸς μονομαχίαν τοὺς ἑβραίους λέγων. μάχης μὲν ὑμᾶς καὶ κινδύνων ἀπαλλάττω. τίς γὰρ ἀναγκαίως στρατιὰν ἡμῶν συμπεσεῖσαν κακοπαθήσειν. δότω δ' ἐξ τις ἐμοὶ μάχεσθαι τῶν ὑμετέρων, καὶ βραβεύσει τὸ τοῦ πολέμου τέλος τοῦτο τῷ νενικηκότι. δουλεύσουσι γὰρ ἐκεῖνοι τοῖς ἑτέροις, ὧν ἂν νικήσας ἡγῆται. πολὺ δὲ κρεῖττον εἶναι καὶ σωφρονέστερον ἑνὸς κινδύνῳ λαβεῖν ὃ βούλεσθε ἢ τῶν πάντων. ταῦτ' εἰπὼν ἀνεχώρησεν εἰς τὸ τῶν οἰκείων στρατόπεδον. τῇ δ' ἐρχομένῃ πάλιν ἐλθὼν, τοὺς αὐτοὺς ἐποιήσατο λόγους, καὶ μέχρι τεσσαράκοντα ἡμερῶν ἐπιλείπων προκαλούμενος ἐπὶ τοῖς προειρημένοις τοὺς πολεμίους, ὡς καταπλαγήναι αὐτὸν τὸ σαοὺλ

Aliquanto autem post Palæstini conscripto numeroso exercitu bellum Israelitis intulerunt, & castra inter Sochum & Azecum oppida metantur. nec Saulus cunctatus ducto in hostem exercitu effecit, ut prioribus castris relictis in munitiorem qvendam collem è regione Israelitarum Palæstini se conferrent, valle qvadam inter utrosqve intercedente. In hanc è castris hostium descendit Gittæus Goliathus, vir prodigiosa statura: qvatuor enim cubitos uno palmo superabat, vastos artus convenienti armatura protectus. Thorax qvinqve millia siclorum pendebat, huic moli respondebat & galea & ocreæ. prægrandem etiam hastam non dextra gestabat, sed humero sustinebat, sexcentorum siclorum ferro cuspidatam. pone seqvebatur armatorum phalanx. Hic cum inter utramqve aciem constitisset, immani voce sublata: Qvid opus est, inqvit, Hebræi ancipitem Martis aleam vos subire? Date mihi adversarium & duorum periculo decernatur, penes utros futura sit victoria: ut qvorum miles succubuerit, alterius partis jugum ex pacto suscipiant. præstat enim unum aliqvem, qvam totum exercitum, in periculum adducere. Hæc locutus retro ad suos revertitur. Seqventi die rursum procedens eisdem verbis est usus: atqve ita per qvadraginta dies provocare hostem prædictis conditionibus non destitit, stupente Saulo

XI. 1. Reg. 17.

cum universo exercitu: qui prodibant quidem in aciem, sed à neutris initium pugnæ fiebat. Ad hanc expeditionem profecturus Saulus Davidem remiserat patri, contentus tribus aliis ejus filiis, qui tùm signa regia sequebantur, isqve ad gregum curam intermissam se receperat. Sed dum bellum ducitur magis quam geritur, missus à patre venit in castra, visurus quo in statu res essent, & fratribus necessaria portaturus. Interim Goliathus ex more progreditur, & jam insolentior exprobrat, ne unumquidem esse inter Hebræos, qui in singulare certamen descendere audeat. Forte tum David cum fratribus colloquebatur de patre & rebus domesticis, auditisqve barbari conviciis graviter commotus, se paratum dixit, ut hostem excipiat. At Eliabus maximus fratrum objurgat hominem, per imperitiam rerum supra quam ætatem ejus deceat ferocientem, addens satius esse, ut ad patrem ac greges quam primum revertatur. reveritus est David fratrem, nihilominus apud alios milites professus est sibi non deesse animum ad singularem pugnam, ita ut celeriter ad regem de hoc sit perlatum. quare accitus & jussus, quid vellet, dicere, Non est, inquit, rex cur abjiciamus animos aut formidemus. Ego congressus cum hoste insolentiam ejus compescam, & elatum ac ferocientem prosternam, & ex terribili deridendum reddam: tantoque erit tua simul & tuorum illustrior gloria, quod ab adolescente magis quam viro hostis devictus videbitur. Saulo vero laudante generosum ejus animum, nec tamen audente rem tantam tam teneræ ætati committere: Non est, inquit, quod dubites: nam hæc DEO fretus polliceor, cujus favorem jam non semel expertus sum. Qvum enim paternos greges pascerem, raptum agnum ex ore leonis recepi, ipsamqve feram in me impetum vertentem cauda correptam, soloqve afflictam occidi: neqve mitius tractavi ursum greges invadentem: & hanc quoqve belluam nihilo pluris facio, qui cum in DEUM atqve homines convicia evomat, non patietur cæleste numen impune hoc illum auferre, sed meis eum manibus perdomabit. Effecit tam prompta audacia juvenis, ut rex omnia fausta precatus ad pugnam eum mitteret, instructum prius thorace regio simulqve ense ac galea. Tum David qui armis gestandis non assveverat, gravari se his magis quam muniri sentiens, Tuus sit, inqvit, hic ornatus, qui gestare eum es idoneus: mihi famulo tuo permitte meo arbitratu pugnam capessere. & cum dicto arma deponit, baculumqve tantum assumit: & conjectis in peram quinqve lapidibus de glarea torrentis, funda dextram armatus in hostem properat. Hunc apparatum postqvam vidit barbarus, adeo contempsit, ut per ludibrium percontaretur,

καὶ τῶν σφαγίων. καὶ παρεπέμποντο μὲν ὡς εἰς μάχην, οἱ δ' ἦρχοντο ὑπ' εἰς χεῖρας. Δαβίδης δ' ὁ πολέμιος συνεχῶς τοῖς ἑβραίοις καὶ τοῖς παλαιστινοῖς, σαοὺλ δ' ἀπέστειλε τὸν Δαβίδην πρὸς τὸν πατέρα ἰεσσαῖον, ἀρκούμενος αὐτοῦ τοῖς τρισὶν υἱοῖς, οἷς ὅπερ συμμαχίαν καὶ τοὺς κινδύνους ἐπέμενεν. ὁ δὲ τὸ μὲν πρῶτον, ὅτι τὰ πάμνια, πάλιν καὶ τὰς νομὰς τῶν βοσκημάτων ἐφοδεύσαι. ὕστερον δὲ γολιάθου πάλιν ἐλθόντος καὶ προκαλουμένου καὶ ὀνειδίζοντος, ὅτι μηδεὶς ἐστιν ἀνδρεῖος ἐν αὐτοῖς ὃς εἰς μάχην αὐτῷ πολμᾷ καταβαίνειν. μεταξὺ τῶν ἀδελφοῖς ὁμιλῶν Δαβίδης περὶ ὧν ἐπέστειλεν ὁ πατὴρ, ἀκούσας βλασφημοῦντος τὸν στρατὸν καὶ κακίζοντος δ' παλαιστὴν ἠνιάκησε. καὶ πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ εἶπεν ἑτοίμως ἔχειν μονομαχῆσαι τῷ πολεμίῳ. πρὸς ὃν ὁ πρεσβύτερος τῶν ἀδελφῶν ἐλίαβος ἐπετίμησεν αὐτῷ, πλημμελέστερον παρ' ἡλικίαν καὶ ἁμαρτὴν δ' προσήκοντι εἰπών. ἐκέλευσέ τι πρὸς τὰ πάμνια καὶ τὸν πατέρα βαδίζειν καταλιπόντα τὸν ἀδελφόν, ἐπεχώρησεν, καὶ πρός τινας τῶν στρατιωτῶν ἀπελάλησεν ὅτι θέλει μαχεῖν τῷ προκαλουμένῳ. δηλωσάντων δ' εὐθὺς τῷ σαούλῳ τὸν δ' νεανίσκου προαίρεσιν, μεταπέμπεται πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεύς. κ' πυθομένου τι βούλεται καὶ λέγει, μὴ πεπεικέναι εἶπεν ἐξωφρονημένα, μηδ' εὐλαβεῖσθαι ὦ βασιλεῦ. καθαιρήσω γὰρ ἐγὼ τὸν ἀλαζονείαν δ' πολεμίου χωρήσας αὐτῷ ἀλλὰ μαχῆς, καὶ τὸν ὑψηλὸν καὶ μέγαν ὑπ' ἐμαυτοῦ λάβω. ἡδοιτο μὲν αὐτὸς ὕτω καταγέλαστον ἔνδοξον ἢ τὸν σὸν στράτευμα, εἰ μηδ' ὑπ' ἀνδρὸς πολεμεῖν ἤδη δυναμένου καὶ πιστευομένου φάλαγξιν καὶ μάχας, ἀλλ' ὑπὸ παιδὸς ἔτι δοκοῦντος ἐν ταύτῃ ἔχοντος ἡλικίαν ὑποθήνοι. δ' δὲ σαοὺλ, τὸ μὲν πολμηρὸν αὐτοῦ καὶ τὸν εὐψυχίαν θαυμάζοντος, οὐ θαῤῥοῦντος ἢ ἐπ' αὐτῷ διὰ τὴν ἡλικίαν, ἀλλ' ἀθενέστερον εἶναι διὰ ταύτην πρὸς εὐδοτε πολεμεῖν μάχαις λέγοντος, ταῦτ' εἶπε Δαβίδης ἐπαγγέλλομαι τῷ θεῷ θαῤῥῶν, ὅτι μετ' ἐμοῦ. πεπείραμαι γὰρ αὐτοῦ τῆς βοηθείας. λέοντα γὰρ ἐπελθόντα μου ποτὶ τοῖς πομνίοις, καὶ ἁρπάσαντα ἄρνα διώξας καταλαμβάνω, κ' τὸν μὲν ἄρνα ἐκ δ' στόματος ἐξαρπάζω δ' θηρός. αὐτὸν ἢ ὁρμήσαντα ἐπ' ἐμὲ, τῆς ἀρᾶς βαστάσας, κ' προσῆξας τῇ γῇ, διαφθείρω. ταὐτὸ δὲ καὶ ἄρκτον ἀμυνόμενος διαπεφόνευμαι. νομίζέσθω δὴ κ' ὁ πολέμιος ἐκείνων εἶναι τ θηρίων, ὀνθδίζων ἐκ πολλῶ τὸν στρατὸν κ' βλασφημῶν ἡμῶν τ θεὸν, ὃς αὐτὸν ὑποχείριον ἐμοὶ ποιήσει. τῇ προθυμίᾳ τοιαύτῃ καὶ τῇ πίστει δ παιδὸς ὅμοιον ἡγεῖται τέλος. ὧδε δ' θεοῦ σαοὺλ εὐξάμενος, ἀποδέχεται πρὸς τὸν μάχιμον. καὶ περθεὶς αὐτῷ τὴν αὐτ θώρακα, καὶ περιζώσας τὸ ξίφος, καὶ περικεφαλαίαν ἁρμόσας, ἐξέπεμπεν. ὁ δὲ δαβίδης, βαρυνόμενος ὑπὸ τ ὅπλων, ἐκ ἐγυμνάσθη γὰρ, ὁ δὲ μεμαθήκει φέρειν ὅπλα, ταῦτα μὲν εἶπεν ὦ βασιλεῦ, σὺς ἔσω κόσμος δ' καὶ βαστάζειν δυναμένου. συγχώρησον δὲ ὡς δούλῳ σου, καὶ ὡς ἐγὼ βούλομαι μαχεσθῆναι. πάντα οὖν τὰ ὅπλα, καὶ τὸν βακτηρίαν δραμὼν, καὶ πέντε λίθους ἐκ τοῦ χειμάῤῥου βαλὼν εἰς τὸν πήραν τὸν τριμυκίου, καὶ σφενδόνην ἐν τῇ δεξιᾷ χειρὶ φέρων, ὅπερ τὸν γολιάθου ἐπορεύετο. καταφρονεῖ δὲ οὕτως ἰδὼν αὐτὸν ὁ πολέμιος ἐρχόμενον, καὶ προσίσχυσεν, ὡς οὐχ ἕως πρὸς ἄνθρωπον ὅπλα νενόμιζεν ταῦτ' ἔχων μέλλοι μάχεσθαι. οἷς δὲ κύων ἀπελαυνόμενος καὶ φυλαττόμεθα. μὴ αὐ-

μὴ αὐτὸν ἀντὶ ἀνθρώπου κυνία ὅπλα δοκεῖ; ὁ δ' οὐχὶ A num se canem putaret, qui armis ad canes arcendos aptis instructus ad pugnam prodiret. Imo cane vilsiorem, respondit David. quo dicto commotus Goliathus, fanda & infanda conviciatus, minatus est se cadaver ejus frustatim feris alitibusq; pabulo sparsurum. Tum David, Tu me invadis hasta tua confisus ac thorace & gladio: mihi vero pro armatura DEUS est, qui te ac tuum exercitum nostris manibus hodie deleturus est, auferam enim tuum caput, & reliqvum truncum canibus tui similibus laniandum relinqvam: & discent omnes quod DEUS curam Hebræorum habet, ejusq; providentia vires nobis simul atq; arma suggerit: sicut contra ubi ejus favor deest, nullus apparatus proficit. Interim Palæstinus armis gravior qvam ut procurrere posset, magnis passibus in juvenem ac inermem contemptim ferebatur.

C

Κεφάλαιον ιά'.
Μονομαχία Δαβὶδ πρὸς Γολίαθον καὶ ἧττα τῶν Παλαιστινῶν.

Ἀπαντᾷ ὁ νεανίσκῳ μὴ συμμάχῳ μὴ βλεπομένῳ τῷ πολεμίῳ. θεὸς δ' ἦν ἔτῳ. καὶ ἀνελόμενος ἐκ τῆς πήρας ὧν εἰς αὐτὸν κατέτηκεν ἐκ B χειμάρρου λίθον ἕνα, καὶ ἁρμόσας τῇ σφενδόνῃ βάλλει σὺν τὸν Γολίαθον εἰς τὸ μέτωπον, καὶ διῆλθεν ἕως ἐγκεφάλου τὸ βληθέν. ὡς δ' οὗτος παρωξέντα πρόσω τὸν Γολίαθον σὺν τῷ ὅπλῳ. δραμὼν δ' ἐφίσταται τῷ πολεμίῳ κειμένῳ, καὶ τῇ ῥομφαίᾳ τῇ σκείνου, μαχαίραν οὐκ ἔχων αὐτὸς, ἀποτέμνει τὴν κεφαλὴν αὐτοῦ. πεσὼν δ' ὁ Γολίαθος, ἧττα καὶ φυγὴ γίνεται παλαιστινοῖς. τὸ γὰρ δοκιμώτατον ἰδόντες ἐρρίμμενον, καὶ ὡσεὶ τῶν ὅλων δέσποτης, σὺν ἔτι μένειν διέγνωσαν. ἀλλ' αἰσχρᾷ καὶ ἀκόσμῳ φυγῇ ὡρμηκότες αὐτὸς, ἐξαρπάζειν τῶν κινδύνων ἐπειρῶντο. σὺν λῷ δ' ἦν καὶ πᾶς ἑτέρωθεν στρατὸς, ἀλαλάξαντες σκηνοῦσιν ἔσω αὐτούς. καὶ πολλοὺς ἀποσφάττοντες διώκουσιν ἄχρι τῶν Γίττης ὁρίων καὶ τῶν πυλῶν τῶν Ἀσκάλωνος. καὶ θνήσκουσι μὲν τῶν παλαιστινῶν εἰς τρισμυρίους, δὶς δ' τοσοῦτοι τραυματίαι γίνονται. σὺν λῷ δ' ἐπιστρέψας εἰς τὸ στρατόπεδον αὐτῶν, διαρπάζει τὸ χαράκωμα καὶ ἐνέπρησεν. τὴν δὲ κεφαλὴν τοῦ Γολιάθου Δαβὶδ εἰς τὴν ἰδίαν σκηνὴν ἐκόμισεν, καὶ τὸν ῥομφαίαν ἀνέθηκεν τῷ θεῷ. φόνον δὲ καὶ μῖσος ἔσχε πρὸς αὐτὸν αἱ γυναῖκες ἐρεθίζουσι. ὑπαντῶσαι γὰρ τῇ στρατιᾷ νικηφόρῳ μετὰ κυμβάλων καὶ τυμπάνων καὶ παντοίας χαρᾶς, ᾖδον αἱ μὲν γυναῖκες, ὡς πολλὰς σὺν λῷ ἀπώλεσε παλαιστινῶν χιλιάδας, αἱ παρθένοι δὲ, ὡς μυριάδας Δαβὶδ ἀφαιρήσεται. τούτων δ' ἀκούων ὁ βασιλεὺς, ὡς τὸ μὲν ἔλαττον τῆς μαρτυρίας αὐτὸς λάβοι, τὸ δὲ τῶν μυριάδων πλῆθος ἀναπτεῖται τοῦ νεανίσκου, καὶ λογισάμενος μηδὲν οὕτως μετὰ λαμπρᾶν εὐφημίαν ἢ τὴν βασιλείαν ὑστερεῖν αὐτοῦ, φοβεῖσθαι καὶ ἐπιβουλεύειν ἤρξατο τὸν Δαβίδην. καὶ τῆς μὲν πρώτης τάξεως, ἐπεὶ τοῦ δέει πλησίον αὐτοῦ καὶ λίαν ἐγγὺς ἐδόκει, ἐποίησε γὰρ αὐτὸν ἐπιλοφόρον, μετασήσας, ἀποδείκνυσι χιλίαρχον, δοὺς αὐτῷ χώραν ἀμείνονα μὲν, ἀσφαλεστέραν δὲ ὡς ἐνόμιζεν αὐτῷ. ἐβούλετο γὰρ εἰς τοὺς πολεμίους αὐτὸν ἐκπέμπειν καὶ τὰς μάχας, ὡς ἐν τοῖς κινδυνίοις τεθνηξόμενον. Δαβὶδ δὲ παντοχοῦ τὸν θεὸν ἐπαγόμενος ὅπου ποτ' ἀφίκοιτο, κατώρθου καὶ διεπραγῶν ἐβλέπετο,

CAP. XI.
Singulare certamen Davidis & Goliathi, sequtaque Palæstinorum clades.

HUic David impigre occurrit, occultum adjutorem DEUM secum in certamen ducens: & promptum è pera in hoc selectum è torrente unum lapidem, funda rotatum tanta vi in adversam hostis frontem infligit, ut ad cerebrum usqve penetraverit: quo ictu sopitus Goliathus in faciem est prostratus. Accurrit victor alacris, & qvod ipse inermis esset, suo sibi gladio barbarum obtruncat: tantumqve in eo momenti fuit, ut è vestigio Palæstini terga verterent. Videntes enim præstantissimum ex suis jacere, nullam amplius spem superesse rati, turpi ac ignominiosa fuga periculo se eximere conabantur. Tum Saulus & universus Hebræorum exercitus sublato militari clamore in trepidos irruunt, & qvotqvot assequi poterant cædentes, usqve ad Gittæ fines ac portas Ascalonis persequuntur. Ceciderunt qve Palæstinorum triginta millia, & duplo plures sunt vulnerati. Saulus vero à persequendo reversus castra hostium diripit ac incendit. Caput autem Goliathi David in suum tentorium reportavit & gladium ejus DEO consecravit.

Motus deinde invidia Saulus cœpit clam Davidem odisse, hac potissimum occasione. Cum enim victor cum exercitu reverteretur, honoris causa obviam venerunt ei mulierum ac puellarum chori ad cymbala ac tympana canentes. mulierum cantio fuit, Saulum millenos hostes profligasse: virginum item, Davidem decies millenos sustulisse. Itaq; audiens decuplo potiores victoriæ partes adolescenti tribui, & ratus post tam glorioſum testimonium nihil ei superesse sperandum nisi regnum, suspectum eum habere cœpit: & parum tutum putans armatum circa se versari, ex satellite tribunum fecit, non tam illius honori qvam suæ securitati consultum volens, ut sæpe hostib. objectum aliqvis casus è medio tolleret. David autem nusqvam divina ope destitutus, qvocunq; mitteretur rem feliciter gerebat:

1. Reg. 18.

ut ob eximiam fortitudinem non ſolum apud populum gratioſus fieret, ſed etiam Sauli filia virgo amore ejus caperetur, ita ut ne patrem quidem latere id poſſet. Nactum enim ſe ampliorem inſidiarum tendendarum occaſionem putans, renunciantibus puellæ amorem, libenter ſe illam ei traditurum reſpondit, futuram periculorum & exitii cauſam. Promitto, inquit filiæ conjugium, ſi ſexcenta hoſtium capita afferat. Scio illum honoris avidum, & ex periculis gloriam petere non recuſaturum, ſed fortiter Palæſtinos invaſurum: id quod mihi bonum erit & commodum. ſic enim ſine mea infamia ſublatus ſecuritatem nobis afferet. Mittit deinde domeſticos qui Davidis mentem pertentarent, quomodo erga puellæ conjugium ſit affectus. Qui cum indicaſſent ei, quod ob gratiam qua cum apud regem tum apud populum polleret, Saulus generum ſibi eum deſtinaſſet: Vobis, inquit, fortaſſis mediocris res videtur generum regium fieri, mihi certe non item, qui conſcius mihi ſum quam plebejis ortus ſim natalibus. Quo renunciato Saulus ad domeſticos: Dicite, inquit, nihil memorari pecunias aut dona quæ ſponſæ offerat. hoc enim vendere fuerit filiam magis quam elocare. Sed cupere generum, fortitudine aliisqve virtutibus præcellentem, quales in ipſo jam comperi. poſcere autem pro nuptiis filiæ non aurum aut argentum, quod è paternis ædibus afferat, ſed cladem Palæſtinorum, & ſexcenta ejus gentis virorum capita. Nam & mihi nullum aliud tali munere optabilius: & filiæ fuerit honorificum non vulgaria dona iſta accipere, ſed in matrimonium viri ſpectatæ ac teſtatæ fortitudinis convenire. Qvibus auditis David putans ſyncere à rege affinitatem ſuam expeti, nihil cunctatus neqve expendens negocii difficultatem, cum ſuo ſodalitio ad imperata exeqvenda properat: & hic quoqve, ut in cæteris propitium numen expertus, rem ex ſententia conficit. Cæſis enim plurimis hoſtium, ſexcenta capita abſciſa ſignum victoriæ ad regem retulit, promiſſi eum admonens.

2. Reg. 17.

ὡς δὲ ὑπερβολὴν τῆς ἀνδρείας τὸν τε λαὸν αὐτοῦ ἐρᾶν καὶ τὴν παῦλου θυγατέρα παρθένον ἔτι οὖσαν, λαβεῖν ἔρωτα, καὶ δ' πάνυ ὑπερκρατοῦντ' ἦλθεν φανερὰν καὶ Δαβίδην ἅμα βουλὴν ἔσεσθαι τὸν πατέρα. ὁ δ' ὡς ἀφορμὴν ζητοῦντι τῆς ὑπὸ δαβίδην ὑπάρξεως, ἡδέως ἤκουσε. καὶ δώσειν προθύμως αὐτῷ τὴν παρθένον πρὸς τοὺς τὸν ἔρωτα μεμνυκότας αὐτῆς ἔφη, γνησιωμένον ὑπωλείας, καὶ κινδύνων ἄριστον αὐτῷ λήψομένῳ. καλεσαγγέλλει δὲ εἶπεν αὐτῷ τὸν τῆς θυγατρὸς μὴ γάμον, ἂν ἑξακοσίας μοι κομίσῃ κεφαλὰς τ' πολεμίων. ὁ δ', ὡς γέρως ἄτω λαμπρὸν προτεθέντος, ὡς βουλόμενος ἐπ' ἔργῳ θαβίλῳ καὶ ἀπίστῳ λαβεῖν κλέος, ὁρμήσας μὲν ὑπὲρ τὴν πᾶξιν, διαφθερεῖσθ' δ' ὑπὸ τῶν παλαιστινῶν, ὡς χωρήσαι μοι τὰ κατ' αὐτὸν ἀπράγμονα, ἀπαλλαγησόμενος δὲ αὐτὸς δι' ἄλλων αὐτὸν, ἀλλ' οὐχὶ δι' ἐμαυτοῦ κτείνας. διαπεμψάμενοι δ' τῆς δ' δαβίδος διανοίας κελεύσειν τοὺς οἰκέτας λαμβάνειν, πῶς ἔχοι πρὸς τὸ γήμαι τὴν κόρην. οἱ δ' ἠρέσαντο διαλέγεσθαι πρὸς αὐτὸν, ὅπως ἔργον μὲν αὐτὸν ὁ βασιλεὺς σαοῦλος καὶ ὁ λαὸς ἅπας. βούλεται δ' αὐτῷ κηδεῦσαι τὴν θυγατέρα. ὁ δ', μικρὸν ἄρα ὑμῖν εἶπε δοκεῖ γαμβρὸν ἦλθεν βασιλέως. ἐμὲ δ' οὐχὶ πιστὸν φαίνεται, καὶ μάλιστα ἐν τοσούτῳ, καὶ δόξης καὶ τιμῆς ἀμοίρων. σαοῦλος δ' ἀγνοούντων αὐτὸ τοὺς οἰκετῶν τὰς δ' δαβίδος ἀποκρίσεις. ὁ χρημάτων ἐφη δεῖσθαι με φράζετε αὐτῷ, ὑδὲ ἑδνῶν. ἀπεμπολῶν γὰρ ἐστιν ἔτως τὴν θυγατέρα, μᾶλλον ἢ συνοικίζων. γαμβρὸν δ' ἀνδρείαν ἔχοντα καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν πᾶσαν, ἣν ἐραῖν ὑπάρχουσαν αὐτῷ. βούλεται δή μοι παρ' αὐτοῦ λαβεῖν, ἀντὶ δ' γάμου τῆς θυγατρὸς, ὁ χρυσὸν ὁδ' ἄργυρον, ὁδ' ὅπως ταῦτ' ἐκ τῶν πατρῴων οἰκιῶν κομίσῃ, παλαιστινῶν δ' τιμωρίαν καὶ κεφαλὰς αὐτῶν ἑξακοσίας. αὐτῷ τι γὰρ ἐμοὶ τούτων ὑδὲν ἂν οὕτω παθεινότερον οὔτε λαμπρότερον δῶρον γένοιτο. τῷ παιδίμου πολὺ τ' νενομισμένων ἐδνῶν ζηλωτότερον, τὸ συνοικεῖν ἀνδρὶ πιστῷ καὶ μαρτυρημένῳ τὴν πολεμίων ἡτταν. κομισθέντων δ' τούτων πρὸς τὸν δαβίδην τῶν λόγων ἡδεῖς, τὸν σαοῦλον ἐπουδαχέναι νομίζων αὐτῷ πεῖ τ' συγγνώμην, οὐδὲ βουλόμενος, ἀλλ' εἰ δυνατὸν ἦ δύσκολον ἐστι τὸ προκείμενον ἔργον τῷ λογισμῷ πεῖσαι, ὥρμησεν ὡς τοὺς μ' τῆς ἑταιρίας ὑπὸ τοὺς πολεμίους, καὶ τὴν ὑπὲρ δ' γάμου καταγγελλομένην πᾶξιν. καὶ ὁ θεὸς δὲ τῷ ὁ πάντα πιῶν ὁμαρῆ καὶ δυνατὰ, δίδοῖ τῷ δαβίδῃ. κτείνας δὲ πολλοὺς, κεφαλὰς ἑξακοσίων ἀποτόμων, ἦκε πρὸς τὸν βασιλέα, διὰ τῆς τούτων ὑποδείξεως τ' ἀντὶ τούτων γάμον ἀπαιτῶν.

CAP. XII.

Saulus Davidis fortitudinem admiratus filiam ei in matrimonium collocat.

1. Reg. 19.

SAulus autem non valens tergiverſari, quod turpe duceret vel mentiri, vel prætextu affinitatis inſidias & perniciem per mandata tam periculoſa viro forti ſtruxiſſe videri, collocat ei filiam nomine Melcham.

XII. Nec tamen hæc neceſſitudo animum regis immutavit. Videns enim favorem Davidis & apud Deum & apud populum augeri, parum tutum hoc exiſtimavit vel regno ſuo vel vitæ: & cum durum eſſet vel de alterutro periclitari, tollere hominem decrevit: ejusq; necis Jonatham filium cum domeſticorum fidiſſimis miniſtros

Κεφάλαιον ιβ'.

Ὡς θαυμάσας τὸν δαβίδην τῆς ἀνδρείας, συνοικίσειν αὐτῷ τὴν θυγατέρα σαοῦλος.

ΣΑοῦλος δ' οὐκ ἔχων ἀναφυγεῖν ἐκ τ' ὑποχημένων, αἰσχρὸν δὲ ὑπολαμβάνων, ἢ ψεύσασθαι δοκεῖν, ἢ δι' ὑποβολὴν, ἵν' ὡς ἀδυνάτοις ὑπὸ χεῖρα ὁ δαβίδης ἐναποθάνῃ τ' γάμον ἐπηγγείλατο, δίδωσιν αὐτῷ θυγατέρα μελχὰν ὄνομα. ἔμελλε δ' οὐκ ὀλίγα τοῖς γεγυμνωμένοις ἐμμένων σαοῦλος. ἄρχε γὰρ ὁρῶν δ' τὸν δαβίδην ὑπὸ τοῦ θεοῦ, καὶ ὑπὸ τοῖς ὄχλοις δοκιμαζόμενα, καὶ δείσας τ' φόβον ἐκ ἔχων ἀποκρύψασθαι μεῖζον μεγάλων ὄντα βασιλείας τε καὶ ζωῆς, ὧν καὶ πατέρα στρηθῆναι συμφορᾷ δεινῇ, κτεῖναι τ' δαβίδην διεγνώκει. καὶ πρὸς τοῦτ' τ' ἀναίρεσιν αὐτῷ, ἰωνάθῃ τε τῷ παιδὶ καὶ τοῖς πιστοτάτοις

τῆς οἰκετῶν. ὁ δὲ, τ πατρὸς τῆς ἐπὶ τῷ δαβίδη μεταβολῆς θαυμάσας, οὐκ ἐπὶ μειρακίοις δοκοῦσι τῆς πολλῆς εὐνοίας, ἀλλ' ἐπὶ θανάτῳ γνωρίμῳ, καὶ τ νεανίσκου ἐραστῶν, καὶ τ ἀρετὴν αὐτοῦ καταδήλῳ, λέγει πρὸς αὐτὸν τὸ τ πατρὸς ἀποβρήτον καὶ τ προαίρεσιν. συμβουλεύει μὲν τοι φυλάττεσθαι γνώμονα σκοπῶν τ ἐπιοῦσαν ἡμέραν. αὐτὸς γὰρ ἀσπασάμενος τὸν πατέρα. κἂν δέ κεν φανεὶς αὖθις ἀλλαλεχθήσεσθαι πρὸς αὐτόν, καὶ τὴν αἰτίαν μαθήσεσθαι καὶ ταύτην ἐκφαυλίσειν, ὡς οὐ θεμιτὸν ἐπ' αὐτῇ κτείνειν τοσαῦτα μὲν ἀγαθὰ τὸ πλῆθος ἐργασάμενον, εὐεργέτην δ' αὐτὸ γεγενημένον, δι' ἃ καὶ συγγνώμην ἂν ἐπὶ τοῖς μείζοσι ἁμαρτήμασιν εἰκότως εὕροιτο. δηλώσω δέ σοι τ ἀ πατρὸς γνώμην. δαβίδης γὰρ πεισθεὶς συμβουλίᾳ χρήσῃ, καὶ ἐξίκῃ τῆς ἀβασιλέως ἕψεως.

A esse voluit. Qvi demiratus patris inconstantiam, qvod non solum amare talem juvenem desiverit, sed mortem etiam ejus expeteret, tum propria benevolentia, tum virtute hominis motus, secretam patris voluntatem ei nunciat: simulq; consulit, ut saluti suæ mature fuga prospiciat, nec in seqventem diem usqvam in propinqvo appareat. Interim, inquit, ego patrem salutabo, & nactus occasionem de te mentionem injiciam, & cognita indignationis causa, refellere eam conabor. Nullam enim existere posse idoneam rationem, cur optime & de republica & de rege meritus opprimi debeat. Nam etiam si quid peccatum sit, oportere hoc pristinis ejus meritis donari. post colloqvium autem certiorem te de patris animo faciam. Paruit huic consilio David, seqve qvam primum è conspectu regis subtraxit.

B

Κεφάλαιον ιγ'.
Οτι ὁ βασιλεὺς ἐπεβούλευσεν ἀποκτεῖναι τὸν δαβίδην.

CAP. XIII.
Qvod Rex Davidi necem sit molitus.

C

Τῇ δὲ ἐπιούσῃ πρὸς τὸν σαοὺλον ἰωνάθης ἐλθὼν, ὡς ἱλαρώτερόν τε καὶ χαίροντα κατέλαβεν, ἤρξατο λέγων αὐτῷ περὶ δαβίδ πρόφερθεν. τί καὶ ἐγκλήσεις μικρὸν ἢ μέγιστον ἀδίκημα ὦ πάτερ προσπαίξας ἀνελεῖν ἄνδρα, μέγα μὲν αὐτῷ πρὸς σωτηρίαν ὄφελος γεγενημένον, μεῖζον δὲ πρὸς τὴν παλαιστινῶν τιμωρίαν, ὕβρεως δὲ καὶ χλευασμοῦ ἀπαλλάξαν σὲ τ ἑβραίων λαόν, ὃν ἐπὶ πολλαπλασίοσιν ἡμέρας ὑπέμεινε, μόνος τολμῶν ἀνοσιωτάτην τὴν ἐκ πολεμίων προσκλησιν. ἐκ μὲν οὖν ἑξήκοντα μυρίσιν τὰ μὲν ὅσας ἐπεπαίχθη κεφαλὰς τ ἐχθρῶν. λαβεῖν τὰ δὲ ἐπὶ τοῦ γάμου τὴν ἐμὴν ἀδελφὴν πρὸς γάμον. ὡς ἀληθῶς σὺ αὐτὸς γνοὺς ἡμῖν ὁ θανάτου, οὐ μόνον τὴν ἀρετὴν μέγιστον, ἀλλὰ καὶ τὴν συγγένειαν. σωσάσης γὰρ αὐτὸς τοῦ θανάτου καὶ ἡ σὴ θυγάτηρ, χηρείαν τὴν ἐκ τῆς συμβιώσεως εἰς ἔννοιαν ἐλθεῖν μέλλουσα πειράζειν. ταῦτα λογισάμενος, μεταβαλοῦ πρὸς τὸ ἡμερώτερον, καὶ μηδὲν πάσῃς κακὸν ἄνδρα, πρῶτον μὲν ἡμᾶς ἐνεργείαν μεγάλην ἐνεργησάντων τὴν σὴν σωτηρίαν, ὅτι σοι δ' πονηρῷ πνεύματος καὶ τ δαιμονίου ἐναλλομένου, τὸ μὲν ἐξέβαλεν. ἐρίσαντα δ' ἀπ' αὐτῶν τῇ ψυχῇ σε παρέσχε. δεύτερον δὲ τὴν ἀπὸ τῶν πολεμίων ἐκδίκησιν. αἰσχρὸν γὰρ τούτων ἐπιλελῆσθαι. τέταρτος παρηγορεῖ τοῖς λεγομένοις σαοὺλ, καὶ μηδὲν ἀδίκησειν τ δαβίδην ὀμνύει τοῦ παιδός. κρείττων γὰρ ὀργῆς καὶ φόβου, ὁ δίκαιος λόγος. ἰωνάθης δὲ μεταπεμψάμενος τ δαβίδην, σημαίνει τε αὐτῷ χρῆσιν καὶ σωτηρίαν τὰ τοῦ πατρός. ἄγει δὲ πρὸς αὐτὸν, καὶ παρέμενε τῷ βασιλεῖ δαβίδης ὥσπερ ἐμπροσθεν.

Eqventi autem die Jonathas patrem accedens, cum hilarem ac lubentem eum offendisset, cœpit de Davide verba facere. Pater, inqvit, qvanam in re vel magna vel parva læsus jubes interfici virum, qvi tantum momentum ad salutem nostram attulit, nec minus ad cladem Palæstinorum: quiqve qvadraginta dierum ignominia populum Hebræum vindicavit, solus provocato hosti opponere se ausus. idem postea relato præscripto capitum numero, honoris causa sororem meam in matrimonium accepit. qvo magis lugubris fiat nobis ejus mors, non solum ob virtutem, sed etiam ob necessitudinem. Injuria enim hæc ad filiam qvoq; tuam pertinet, qvæ prius viduitatem quam conjugii fructus experietur. Hæc igitur reputans sine te flecti ad mitiora, néve sævias in virum primum optime de familia nostra meritum, quando te dæmoniaco morbo misere vexatum pristinæ sanitati restitutum servavit: deinde qui in perpetuos nostros hostes tam egregie vindicavit. Indecorum enim fuerit horum omnium oblivisci. His persvasus Saulus, jurat filio, posthac omnem injuriam à Davide abstinere se velle. Vicit enim æqvitas iram ac formidinem. Jonathas autem accito Davidi indicat mollitum patrem jam nihil magis quam salutem ipsius cupere: reductumq; in aulam patri reconciliat, ut solita officia circa eum qvemadmodum ante obiret.

D

E

F

Κεφάλαιον ιδ'.
Ως πολλάκις δαβίδης κινδυνεύσας ἀποθανεῖν ὑπὸ σαούλ διέφυγε, καὶ σαοὺλον δὶς ἐπ' αὐτῷ γνώμονα ὡς τε ἀνελεῖν οὐ διεχρήσατο.

CAP. XIV.
Qvomodo David aliqvoties insidias regis egressus elapsus, bis tamen eum in potestatem suam redactum interficere non sustinuit.

Κατὰ δ' τὸν καιρὸν. τ παλαιστινῶν στρατευσαμένων πάλιν ἐπὶ τὰς ἐσχατιὰς, πέμπει μὲ στρατιὰς τὸν δαβίδην πολεμήσοντα τοῖς παλαιστινοῖς. καὶ συμβαλὼν, πολλοὺς αὐτῶν ἀπέκτεινε, καὶ νικήσας ἐπανῆκε πρὸς τὸν βασιλέα. προσδέχεται δ' αὐτὸν ὁ σαοὺλ, οὐχ ὡς ἦλπισεν ἀπὸ κατορθώματος, ἀλλ' ὑπὸ τῆς δυσχερείας αὐτὸς λυπηθείς, ὡς ἐπισφαλέστερον αὐτὸς καὶ τ ἐκείνῳ πράξεων γινόμενον.

G

PEr idem tempus Palæstinis bellum redintegrantibus, David cum exercitu contra illos mittitur: breviqve victor magna eorum strage edita ad regem revertitur. At non ita exceptus est ab eo, ut sperabat, utqve post rem feliciter administratam excipi oportebat: sed successu mœstus, ejus felicitatem periculosam sibi fore existimabat.

Cumqve rursum intemperiis ut ante agitaretur, accitum in cubiculum, in qvo decumbebat, spiculum manu tenens, jussit psalmos ac hymnos incantare: & illo jussa exeqvente, spiculum in eum jaculatus est. quod cum David flexu corporis declinasset, domum refugit, ibiqve per totam eam diem mansit. Noctu vero misit rex, qui usqve mane ædes ejus servarent, ne clam elaberetur, ut in judicium evocatum capitali sententia damnaret. Melcha autem ejus uxor & regis filia, ubi patris voluntatem cognovit, accurrit ad maritum, qvanto is in periculo esset, ipsaqve una cum eo renuncians, qvo sine vivere nec vellet nec posset. Cave, inqvit, ne te sol hic deprehendat, aut nunqvam posthac te videbit. sed fuge, dum per nocturnas tenebras licet, quas DEUS ad tuam salutem longiores faciat. alioqui scito, quod si te pater invenerit, sine mora est interfecturus. His dictis sine per fenestram demissum periculo exemit. deinde parato lecto tanqvam ægrotanti, stragulis jecur capræ recens exemptum subjecit, diluculoqve venientibus, quos pater ad Davidem miserat, ostendit lectum opertum, & quod palpitatione jecoris stragula moveri viderent, maritum ægrum anhelare persvasit, addens totam noctem inqvietam eum exegisse. Qvod ubi renunciatum est regi, ea nocte in adversam valetudinem incidisse, jubet sic ut erat eum asferi. omnino enim illi moriendum esse. qui cum reversi ac retecto cubili artem muliebrem tandem deprehendissent, rem totam ad regem deferunt. & cum pater expostularet, quod inimicum sibi eripuisset, excusationem verisimilem commenta est. Ait illum mortem sibi, ni pareret ac adjutaret comminatum: itaqve venia se dignam qvæ hoc non sponte fecerit, sed necessitate compulsa. debere enim illi cariorem esse vitam filiæ, qvam inimici interitum. atqve ita veniam consequitur. David autem fuga elapsus pervenit ad prophetam Samuelem in Ramatha: eiqve rem omnem, quo erga se animo rex esset, indicat, & qvam minimum abfuerit quin spiculo ab eo trajectus fuerit: idqve cum neqve regem ulla in re læsisset, neqve in bello segniter aut improvide se gessisset, sed favente DEO cuncta ex sententia confecisset. atqve hoc ipsum esse, quod Saulum ad invidiam ac odium magis excitaret. Propheta vero cognita regis iniquitate, relicta Ramatha Davidem ad qvendam locum deducit, cui nomen Galbaath: ibiq; aliqvandiu cum eo habitavit. Ut vero nunciatum est regi Davidem apud prophetam agere, mittit armatos, qui eum comprehensum ad se pertrahant. Qvi postquam ad Samuelem venerunt, offendunt eum in cœtu prophetarum: moxq; eodem spiritu afflati, & ipsi prophetare cœperunt. Hoc audito Saulus alios eo mittit, Davidem comprehensuros. quibus cum idem quod prioribus accidisset, rursum alios mittit. cumque tertii quoqve prophetico spiritu corriperentur: tandem iræ impotens ipse eo properat.

A ἐπεὶ δ' πάλιν πεοσελθὸν αὐτὸν τὸ δαιμόνιον ἐπέβαλε καὶ σωσεπόρπισε, καλέσας εἰς τὸ δωμάτιον ἐν ᾧ κατέκειτο, κατέχων τὸ δόρυ πεοσέταξε, τῷ ψαλμῷ καὶ τοῖς ὕμνοις ἐξάδειν αὐτόν. ἐκείνου δ' τὰ κελευσθέντα ποιοῦντος, ἀφῆκε τὸ δόρυ ἐπ' αὐτῷ· ὁ δὲ παρεκλίνατο μὲν ἐκπεσὸν τὸ δόρυ ὑπεξελθὼν δὲ ὁ Δαβίδης ἐξέκλινε. φεύγει δὲ εἰς τὸν οἶκον τὸν αὑτοῦ, καὶ δι' ὅλης ἔμεινεν ἡμέρας αὐτόθι. νυκτὸς δὲ πέμψας ὁ βασιλεὺς ἐκέλευσεν αὐτὸν ἄγειν τῆς ἑῴας φυλάττειν, μὴ καὶ λάθῃ παντελῶς ἀφανὴς γενόμενος, ἵνα πεοαχθεὶς εἰς τὸ δικαστήριον, ἐν κρίσει πεοδόδους ἀποκτείνῃ. μελχὰ δ' ἡ γυνὴ Δαβίδου θυγάτηρ δὲ βασιλέως, τὸν μὲν πατρὸς μαθοῦσα βουλήν, τοῦ ἀνδρὸς παρεῖσα δειλίας ἔχουσι τὰς πεὶ αὐτοῦ ἐλπίδας καὶ πεὶ τῆς ἰδίας ψυχῆς ἀγωνιῶσα. οὐδὲ γὰρ αὐτὸν ζῆν ὑπομένειν ἐκείνου στερηθέντα. καὶ μήσε φησὶν ἥλιος ἐπιφανῆναι καταλάβοι. οὐ γὰρ ἔτ' ὄψεται σε. φεῦγε δ', ὡς ἔτι σοι δύναται πεοδραμεῖν ἡ παροῦσα νύξ. καὶ ποιήσῃ δέ σοι ταῦτα ὁ θεὸς μακροτέραν. ἴσθι γὰρ σαυτὸν ἂν ἁλῷς ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀπολούμενον. καὶ καθιμήσασα δι' ἀμφιβλήστρου αὐτὸν ἐξέσωσεν. ἔπειτα σκεδάσασα τὸν κλινίδιον, ὡς ὑπὸ νοσοῦντι, καὶ ἐπιθεῖσα τοῖς ὑποδολαίοις ἦπαρ αἰγὸς, ἅμα ἡμέρᾳ δὲ πατρὸς αὐτῆς πέμψαντος ὑπὸ τὸν Δαβίδην, ὠχλήσας διὰ τῆς νυκτὸς ἔπι, τοῖς παρῆσιν ὑπιδείξασα τὸ κλινίδιον καταπεκαλυμμένον, καὶ τῷ πηδήματι δὲ ἥπατος παλεύουλι τὸν ὑπὸ τὸ ὑποδολαίον πεπωσαμένῳ τὸ κατακείμενον τὸν Δαβίδην ἀσθμαίνειν. ἀπαγγελάντων δὲ τὸ πεμφθέντων ὅτι νοσοῖτο διὰ τῆς νυκτὸς ἀσθενέστερον, ἐκέλευσεν οὕτως ἔχοντα κομισθῆναι. βουλόμενος γὰρ αὐτὸν ἀνελεῖν. ἐλθόντες δὲ καὶ ἀνακαλύψαντες τὸν κλινίδιον, καὶ τὸ σόφισμα τῆς γυναικὸς εὑρόντες, ἀπήγγειλαν τῷ βασιλεῖ. μεμφομένῳ δὲ δ' πατρὸς αὐτῇ, ὅτι σώσειε μὲν τὸν ἐχθρὸν, καταφρονοῦντο δ' αὐτὸν, ἀπολογίαν σκηπτομένη πεφανῆναι. ἀπειληκότα γὰρ αὐτὸν ἀποκτεῖναι, ἐφῆσε τυχεῖν ἐκ δ' δέους τῆς πεὸς τὸ σωθῆναι σωτηρίας. ὑπὲρ ἧς συγγνώμης καλῶς ἔχειν αὐτῇ κατὰ ἀνάγκην ἀλλὰ μὴ κατὰ πεοαίρεσιν γενομένης. οὐ γὰρ οὕτως ἐλεγεν εἶναι τὸν ἐχθρὸν ἑκόντες ἀποκτεῖναι, ὡς ἐμὲ σώζεσθαι. καὶ συγγινώσκειν μὲν τῇ κόρῃ σὺν λόγῳ. ὁ δὲ Δαβίδης ἐκφυγὼν τὸν κίνδυνον, ἦκε πεὸς τὸν πεοφήτην Σαμουηλον εἰς Ῥαμαθὰ, καὶ τὸν ὑποῦλον αὐτῷ τοῦ βασιλέως ἐδήλωσε. καὶ ὡς πολὺ μικρὸν ἐπ' αὐτοῦ τοῦ δόρατι βληθεὶς ὑπεξέφυγε, μηδὲν ἐν τοῖς πεὸς αὐτὸν κακοῖς ἠδικημένῳ, μήτ' ἐν τοῖς πεὸς τὰς πολεμίους ἀγῶσιν ἀνανδρῳ, ἀλλ' ἐν ἅπασι μετὰ τοῦ θεοῦ μου καὶ ὑπὲρ τύχης. τὸ δ' ἐπ' αὐτῷ σκυθρωπὸν τῆς πεὸς Δαβίδην ἀπεχθείας. μαθὼν δ' ὁ πεοφήτης τὸν βασιλέως ἀδικίαν, καταλείπει μὲν τὴν πόλιν Ῥαμαθὰν, ἄγων δὲ τὸν Δαβίδην ὑπὸ τινα τόπον Γαλβααθ ὄνομα, ἐκεῖ διέτριβεν σὺν αὐτῷ. ὡς δ' ἀπηγγέλθη τῷ σαύλῳ πεοφήτην τυγχάνειν ὁ Δαβίδης, πέμψας ὁπλίτας ἐπ' αὐτὸν, ἄγειν πεοσέταξεν συλλαμβάνοντας. οἱ δ' ἐλθόντες πεὸς τὸ σαμουήλου, καὶ καταλαβόντες πεοφητεύοντας ἐκκλησίαν, δι' ἣν μεταλαμβάνει πνεύματος, καὶ πεοφητεύειν ἤρξαντο. σαῦλος δ' ἀκούσας, ἄλλους ἐπέμψεν ὑπὸ τὸ Δαβίδην. κἀκείνων ταὐτὸ τοῖς πρώτοις πασχόντων, πάλιν ἀπέστειλεν ἑτέρους. πεοφητευόντων δὲ καὶ τὸ τρίτων, πολλοστὸν ὀργισθεὶς αὐτὸς ἐξώρμησεν. ἐπεὶ δ' ἐγγὺς ἦν ἤδη, σαμουήλου πρὶν ἰδεῖν αὐτὸν, πεοφητεύειν ἐπέπεισεν.

ἐλθὼν

ἐλθὼν ἦ πρὸς αὐτὸν σίουλος, ἀπὸ πολλοῦ πνεύμα-
τος ἐλαυνόμενος, ἐκφρων γίνεται, καὶ τὴν ἐσθῆτα πε-
ριδύσας αὐτὸν, καταπεσὼν ἔκειτο διέλης ἡμέρας τε
καὶ νυκτὸς, γυμνήν τε καὶ δαβίδ τε βλεπόντων. ἰωνά-
θης δὲ ὁ σιούλου παῖς, ἀφικομένου πρὸς αὐτὸν ἐκεῖ-
σε δαβίδου, καὶ ὡς τῆς ἑ πατρὸς ἀποδυρομένου
ἀπεσουλῆς, καὶ λέγοντος, ὡς ἀδίκησας, οὐτ'
ἐξαμαρτὼν αὐτῷ δάζοιτο ἀπὸ τοῦ ἑ πατρὸς αὐτοῦ φονευ-
θῆναι. μήτε αὐτῷ δὴ ὑποπτεύειν πιστεύειν παρεκάλει, B
μήτε τοῖς ἀμαλλάλουσιν εἴ τινες ἄρα εἰσὶν οἱ ἔτε
πρὸς τοῦτον. ἀλλ' αὐτῷ προσέχειν καὶ θαῤῥεῖν. μηδὲν
γὰρ τοιοῦτον ἐπ' αὐτῷ φρονεῖν τὸν πατέρα. φράσαι γὰρ
αὐτῷ ἂν τοῦτο καὶ συμβάλλον ἀμαλαβεῖν, τῇ κοινῇ
γνώμῃ καὶ τ' ἄλλα πράττοντα. ὁ δὲ ὤμνυεν ἡ μὴν
οὕτως ἔχειν. καὶ πιστεύοντ' ἠξίου προνοεῖν αὐτοῦ μᾶλ-
λον ἢ καταφρονοῦντ' ἐπὶ ταῖς λήθῃσι τοῖς λόγοις. τὸ δ'
ἀληθὲς ἀπολαβεῖν ὅταν ἢ θεάσηται πεφονευμένον αὐ-
τὸν ἢ πύθηται. μὴ λέγειν δ' αὐτῷ τὸν πατέρα πε-
ρὶ τούτων ἔφασκεν, εἰδότα τὴν πρὸς αὐτὸν φιλίαν
καὶ ἀγάπησιν. λυπηθεὶς δ' ἐφ' οὕτω πιστευομένῳ τὴν
ἑ σιούλου προαίρεσιν ἰωνάθης, ἐπηρώτα τινὰ ἐξ
αὐτοῦ βούλεται τυχεῖν. ὁ δὲ, οἶδα γὰρ ἔφη πάντα σε χα-
ρίζεσθαί μοι, καὶ παρέχειν ἐθέλοντα. νεμεσία μὲν
ἐκ τῆν ἀπιστίαν εἶχεν, ἐθέ δ' ἔχω δεῖπνόν σοι τῷ
βασιλεῖ καθημένῳ. εἰδὴ σοι δοκεῖ, προθεὶς ἔξω
τῆς πόλεως ἐν τῷ πεδίῳ, λανθάνων ἀφήμερον. σὺ δ' C
ἀπαγγείλαντος αὐτῷ, λέγε προθῆναί με εἰς τὴν πα-
τρίδα βηθλεέμα, ἑορτὴν μοι τῆς φυλῆς ἀγούσης. πρόσ-
τηξεις, ὅτι σύ μοι συγκεχώρηκας. κἂν μὲν οἷον εἰκὸς
καὶ σιωπᾷ ἔστι λέγειν δὴ φίλοις ἀποδημοῦσιν, ἐπ'
ἀγαθῷ βεβάδικεν εἰπὴ, ἴσθι μηδὲν ὕπουλον παρ' αὐ-
τῷ εἶναι μηδ' ἐχθρόν. ἂν δ' ὡς ἄλλως ἀποκλίνεται,
ἔστ' ἐρᾷ τιμήεσσον τῶν κατ' ἐμοῦ βεβουλευμένων.
μανύσεις δέ μοι τὸν ἀμάνοιαν τὸν ἑ πατρὸς, οἵκτω D
τε νέμων ἔτι καὶ φιλίαν, δι' ἣν πίστις τε παρ' ἐμοῦ
λαβεῖν ἠξίωκας, αὐτός τε ἐμοὶ δοῦναι δεσπότης ὢν
αὐτὸς σῷ. εἰδ' ἀρέσκεις τι ὢν ἐμοὶ πονηρὸν, αὐτὸς
ἀπόλε καὶ φθεῖσον τὸν πατέρα. πρὸς δὲ τὸ τελεσθὲν
ἀκέραιος τ' λόγων ἰωνάθης, ποιήσειν ταῦτ' ἐπηγ-
γείλατο, κἂν τι σκυθρωπὸν ὁ πατὴρ αὐτῷ, καὶ τὸν
ἐπιχθειαν ἐμφανίζων ἀποκλίνεται μενοῦσιν. ἵνα δ'
ἀπαθὴς ἀρῇ μᾶλλον, ἐξαγαγὼν αὐτὸν εἰς ὕπαιθρον E
καὶ καθαρὸν ἀέρα, οὐδὲν παρήσειν ὑπὲρ τῆς δαβί-
δου σωτηρίας ὤμνυε. τὸν γὰρ θεὸν εἶπε τοῦτον ὃν πο-
λυωρᾶς καὶ παντεχοῦ κεχυμένον, καὶ πρὶν ἑρμη-
νεῦσαι μὲ τοῖς λόγοις τὸν ἀμάνοιαν ἤδη μου ταυτὶ
ἴσθι, μαρτυρα ποιοῦμαι τῶν πρὸς σὲ σωθησῶν,
ὡς σὺκ ἀνήσω τὸν πατέρα πολλάκις αὐτοῦ τῆς προαι-
ρέσεως ἀμάτιον λαμβάνων, πρὶν ἢ καταμαθεῖν εἰ
τις ἔστι καὶ ὠδὰ τοῖς ἀπορρήτοις αὐτοῦ τῆς ψυχῆς νέ-
σθ. καταμαθὼν δ' σὺκ ἀποκρύψομαι, καταμενοῦ- F
σῶ δὲ πρὸς σὲ, καὶ πρᾶον ὄντα καὶ δυσμενῶς ἀμακεί-
μενον. οἶδεν δὲ οὕτω ὁ θεὸς, πῶς αὐτὸν εἶναι μετ' σοῦ
ἀκ πάντες εὐχόμεθα. ἔστι μὲν γὰρ νῦν, καὶ σὺκ ἀπο-
λείψεσε. ποιησ ἦ τ' ἐχθρῶν ἄνθ' ὁ πατὴρ ὁ ἐμὸς,
αὐτ' ἐγὼ, κρείσσονα. σὺ μόνον μνημόνευε τούτων, κἂν
ἀποθανεῖν μοι θήτην, τὰ τέκνα μὲ σώζε, καὶ τὴν
ὑπὲρ τῶν παρόντων μοι ἀμοιβὴν εἰς ἐκεῖνα κα-
τάθου. ταῦτ' ἐπιμόσας, ἀπολύει τὸν δαβίδ, G

A jamqve non longe ab eo loco remotus, prius qvam in conſpectum Samuelis veniret, ejus opera & ipſe prophetam agere incepit. Cumqve ad deſtinatum locum perveniſſet, alienatus à mente, abjectoqve veſtitu nudus per diem ac noctem in conſpectu Davidis & prophetæ jacuit. Paulo poſt ad Jonatham David pervenit, multa de patris ejus inſidiis conqverens, quod ſe nihil tale meritum totis viribus opprimere cuperet. Ille vero rogabat, ne vel ipſe hoc temere ſuſpicaretur, vel aliis forte ſuggerentibus talia facile crederet: ſed ſibi ſoli fideret, cui compertum ſit nihil mali patrem contra ipſum moliri, alioqvi indicaturum eum ſibi fuiſſe, cum absqve ipſius conſilio nihil agere ſoleat. Contra David jurejurando aſſeverabat ſe vera dicere, obteſtabaturqve, ut mallet credere ac ſaluti amici proſpicere, qvam contemptis ejus verbis tanqvam vanis tum demum fidem habere, poſteaqvam extinctum vel viderit vel audiverit. Nam patrem talia conſilia ideo cum ipſo non communicare, quod non ignoret mutuam benevolentiam, quæ inter ipſos intercedat. Qvare triſtis quod jam perſvaſus eſſet, percontatus eſt, qvanam in re poſſet illi gratificari. Tum David: Scio, inqvit, quod bene mihi velis, & gratificari cupias. Cras erit prima luna & ſolenne regis convivium, cui me qvoqve adhibere ſolet. quare ſi ita videtur extra urbem in agro clam te præſtolabor. tu vero cum requiſiverit me, dic profectum in patriam Bethlema, ut interſim feſto, qvod mea tribus celebrat: idqve permiſſu tuo factum. Quod ſi ut mos eſt de amicis, dixerit, feliciter profectus ſit, ſcito illum nihil mali adverſum me in pectore coqvere. Sin autem aliter reſponderit, hoc erit tibi iniqui in me animi argumentum. indicabisqve mihi rem, ita ut præſenti mea calamitate mutuaqve noſtra amicitia dignum eſt, qvam fide in hoc data & accepta dominus cum ſervo tuo voluiſti inire. qva ſi me indignum aut erga parentem tuum injurium cenſes, nihil expectatis ejus juſſis jam nunc me tuo gladio confodito. Hæc ultima verba graviter ferens Jonathas, facturum ſe poſtulata promiſit: & ſi qvid patrem male de ipſo cogitare deprehenderit, indicaturum. & qvo majorem ei fidem faceret, educto ſub divum jurejurando confirmat, nihil ſe non tentaturum, quod ad ſalutem ipſius pertineat. DEUS, inqvit, qui hanc univerſitatem, qvam late vides, implet ac moderatur, qvique priusqvam eloqvar, mentem meam novit, teſtis eſto iniit inter nos fœderis, qvodqve non prius patris voluntatem ſcrutari deſiſtam, qvam compertum habuero, ecqvid latentis odii adverſum te conceperit: & qvicqvid deprehendero, ſive amicum, ſive infenſum, confeſtim tibi ſignificabo. Novit DEUS, qvod ipſum tibi perpetuo propitium precor, utq; ſemper tuas res proſperet, qvemadmodum & nunc facit, & poſthac facturus eſt. & ſive pater meus ſive ego tibi adverſer, tu tamen ope illius nunqvam non victor evades. Tu vero memor eſto hujus noſtri affectus: & ſi me perire contingat, liberos meos ſerva, & mihi debitam gratiam in illos colloca. Poſt hoc jusjurandum Davidem dimittit,

1. Reg. 20.

jussum in certum agri locum secedere, in qvo se exercere solebat. cognito enim patris animo venturum se illuc una cum puero. & si, inquit, emissis tribus ad scopum jaculis, collecta puerum referre jussero: jacere enim ante ipsum: scito nihil triste à patre timendum. quod si contrarium me dicere audieris, patrem quoque contrario modo affectum existima. utcunqve tamen ceciderit, ego dabo operam, ne quid tibi, secus quam velimus, accidat. Tu cum lætiora tempora venerint, fac memor sis horum, & liberos meos commendatos habeto. His Jonathæ promissionibus confirmatus David ad constitutum locum proficiscitur. Seqventi vero die qua fuit novilunium, rex de more caste ac pure ad cœnam venit. cumqve filius Jonathas dexter illi accumberet, alterumqve latus Abenares exercitus imperator clauderet, videns Davidis locum vacuum tacuit, Suspicatus eum ideo abesse, quod à congressu uxoris non esset purus. sed cum ne postridie quidem adesset, scisciatus est ex filio, qua de causa neqve tunc neqve hesterna die adfuisset solennibus epulis Jessæi filius. Respondit ille profectum in patriam ad solennem tribus ejus festivitatem, commeatu à se impetrato. Qvinetiam me, inquit, ad hoc epulum invitavit, & si tibi idem videtur, ibo. nosti enim quanta benevolentia hominem proseqvar. Hic jam non amplius odium suum Saulus apud filium dissimulare potuit, & evidenter patuit quam infesto esset in Davidem animo. jurgio enim adortus filium, desertorem eum patris ac hostem appellavit, sociumqve & adjutorem Davidis. Nec pudere eum, quod nullo parentum respectu cum inimicis conspiret, & non possit induci ut credat nunquam secure regnaturos incolumi Davide. simulque jubet, ut hominem accersat, daturum debitum supplicium. cumqve filius quæreret, ob quam culpam eum capite plectere vellet, non jam intra verba iram continens proripuit se, & nactus alicunde spiculum, impetum in filium fecit: perpetrassetqve impium facinus, ni intercursu amicorum fuisset cohibitus. atqve ita manifeste malignum & infestum erga Davidem animum apud filium prodidit, cum minimum abfuerit, quin suis ipsum manibus propter illum perimeret. Ac tum quidem regius filius è convjvio profugus, oblitus epularum, tum suum periculum, tum amici jam neci destinati vicem dolens, in mœrore noctem exegit: & prima luce ante urbem in agrum prætextu exercendi se, sed re vera, ut amico indicaret omnia, processit. peractisq; in jaculatione his quæ promiserat, ablegatoq; in urbem comite puero, solitudinem nactus ad colloqvium Davidis properat. qui ut primum in conspectum est datus, procumbens ad ejus pedes servatorem suum salutavit. ille erectum à terra complectitur, atqve ita æqvales duo in mutuis amplexibus hærentes iniqvam sortem suam deplorabant, quæ illis svaviſſimam consvetudinem invideret, & invitissimos à se invicem distraheret, quod illis morte nihilo mitius videbatur.

Καὶ ἄχαβ μὲν ἐν τούτοις λοιπὸν ἐπάνειμι· ὁ δὲ τὸν ἱεροσολύμων βασιλέα ἰωσάφατον. ὃς αὐξήσας τ̃ βασιλείαν, καὶ δυνάμεις ἐν ταῖς πόλεσι ταῖς ἐν τῇ τ̃ ἐπικτήτων χώρᾳ καταστησας, ἐδὲν ἧττον ἐκεῖνο ἀεὶ δ̃ πάντα καλῶς διῴκησεν τῆς ἐν ἐφραὶμ κληρουχίας, ἱεροβοάμου βασιλεύοντος τ̃ δέκα φυλῶν, φροῦρας ἐξανδρίσαντος. ἀλλ' εἶχεν ἀμφοῖν τι καὶ συνεργὸν τὸ θεῖον, δικαίου ὢν καὶ ὁσίου, καὶ τὰ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπὶ ποιῆσαι ἐσπουδακότος τὰ τοῦ θεοῦ ζητῶν. ἐπίμων δ' αὐτὸν οἱ περὶ βασιλεῖς δωρεαῖς, ὡς καλόν τε ποιῆσαι βαλόμενοι, ἔδοξαν ἀρχὰς μείζονος. τρίτῳ γ̃ τ̃ βασιλείας ἔτει, συγκαλέσας τοὺς ἡγεμόνας, καὶ τοὺς ἱερεῖς τῆς χώρας, ἐκέλευσε πᾶσι γῆν περελθόντας, ἅπασάν τ̃ λαὸν τ̃ θεοῦ αὐτὸν διδάξαι κατ̃ πόλεις τὰς μωυσέως νόμους, καὶ φυλάττειν τούτους, καὶ ἀσυδάζειν περὶ τὴν θρησκείαν δ̃ θεῖ. καὶ ἦλθε πᾶν τὸ καθ' ἕτος, ὡς μηδὲν ἄλλο φιλοτιμεῖσθαι μηδὲ ἀσκεῖν, ὡς τὸ τηρεῖν τὰ νόμιμα. εἶτα προχωρεῖ μοι διεπίλουν στέργοντες τὸν ἰωσάφατον, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐφιλίου ἄγοντες. οἱ γ̃ παλαιστινοὶ, τακτὸς ἐπέλυον αὐτῷ φόρους, καὶ ἄρσενες ἐκόμιζον κατ' ἔτος ἀρνας ἑπτακισχιλιους καὶ τριακοσίους. καὶ ἐμίφυς τοσούτους. πόλεις τε μεγάλας ἐχυρώσατο, ἄλλας τε καὶ βαρεῖς, καὶ δύναμιν στρατιωτικὴν, καὶ ὅπλα πρὸς τὰς πολεμίους ἠτοίμασε. λαὸς γ̃ ἐκ μὲν τῆς ἰούδα φυλῆς, στρατὸς ὁπλιτῶν μυριάδες τριάκοντα, ὧν ἐδραῖος τὴν ἡγεμονίαν εἶχεν, ἰωαννῆς γ̃, μυριάδων ἑκατόν. ὁ δ' αὐτὸς ἕτερος ἡγεμὼν, καὶ τῆς βενιαμίτιδος φυλῆς εἶχε τοξότων πεζῶν μυριάδας ἑκατόν. ἄλλος δ' ἡγεμὼν, ὀχόβατος ὄνομα, μυριάδας ὀκτακοσίους ὀκτωκαίδεκα τὸ πλῆθος τ̃ βασιλεῖ παρεσκεύασε, πάρεξ ὧν εἰς τὰς ὀχυροτάτας διέπεμψε πόλεις. ἠγάγετο γ̃ τ̃ παιδὶ ἰωράμῳ τῷ ἀχάβ θυγατέρα ἔκ τ̃ δέκα φυλῶν βασιλέως, γοθολίαν ὄνομα. παρελθὼν δ' αὐτὸν μικρὸν χρόνον εἰς σαμάρειαν, φιλοφρόνως ἄχαβ ὑπεδέξατο, καὶ τ̃ ἀκολουθίαν σπουδὴ στρατὸν ἐξένισε λαμπρῶς, σίτου τε καὶ οἴνου καὶ ἱματίων ἀφθονίαν παρεκάλεσε γ̃ συμμαχῆσαι κατ' ἔ συρίας βασιλέως, ἵνα τῷ ἐν γαλαδικῇ πόλιν ἁρπάσαι δύνηται ἀφελῇ γ̃. ἔ γὰρ πατρὸς αὐτοῦ πρῶτον τυγχάνουσαν, ἀφῃρῆσθαι τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. ἔ γ̃ ἰωσαφάτ τὴν βοήθειαν ἐπαγγελλόμενος, καὶ γὰρ εἶναι δύναμιν αὐτῷ, μὴ ἐλάττω τῆς ἐκείνου, καὶ μεταπεμψάμενος τῶν δυνάμων ἐξ ἱεροσολύμων εἰς συμμάρειαν, προσελθόντες ἑκάτερος, τοῖς οἰκείοις στρατιώταις τὸ στρατιωτικὸν διένεμον. ἰωσαφάτης γ̃ ἐκέλευσεν εἴ τινες εἰσὶ προφῆται, καλέσαντ' αὐτοὺς ἀνακρῖναι, περὶ τῆς ὁδοῦ τὸν σύρον ἐξόδου, εἰ συμβουλεύσουσι κατ' ἐκείνου τὸν κομπὸν αὐτῶν πιστοῦσθαι τῷ στρατιᾷ. καὶ γὰρ εἰρήνη καὶ φιλία πρὸς τοῦ ἀχάβου πρὸς τὸν σύρον ὑπῆρχεν, ὅτι τρία ἔτη διαμείνασα, ἀφ' ἧς λαβὼν αὐτὸν αἰχμάλωτον ἀπέλυσεν, ἄχρις ἐκείνης τῆς ἡμέρας.

CAP. IX.

De Josaphato rege Hierosolymorum.

HActenus de Achabi rebus, nunc ad Josaphatum Hierosolymorum regem revertor: qvi, aucto suo regno, & præsidiis per urbes ditionis suæ dispositis, ne illas qvidem sine præsidio reliqvit, qvas Abias avus in sorte Ephræmitica, de Hieroboamo decem tribuum rege ceperat. Hic rex perpetuo propitium & auxiliatorem Deum habuit, qvod esset vir justus ac pius, & per singulos dies dabat operam, ut aliqvid gratum Deo faceret. Qvo factum est, ut & ipsi à circumqvaqve vicinis regibus multus honos haberetur, id qvod missitandis ad eum muneribus declaraverunt, ut hinc qvoqve tam divitiæ regis qvam fama non mediocre incrementum caperent. Anno autem regni sui tertio convocatis principibus & sacerdotibus ejus regionis, jussit eos obire universam ditionem, & populum oppidatim leges Moysis, earumqve observantiam, atqve religionis cultum docere, qvod adeo libenter cives complexi sunt, ut certamen hujus studii inter eos susceptum videri posset. Finitimæ qvoqve gentes constanter hunc regem amabant, pacem inviolatam cum eo servantes. Palæstini etiam ordinaria tributa persolvebant, & Arabes annuos sexcentos triginta agnos, paremqve hædorum numerum. Munivit etiam magnas urbes ac validas, & exercitus armis bene instructos contra hostem aluit: ex tribu Judæ scutatorum trecenta millia, qvibus præerat Eliphraus, Joannes vero ducentis millibus. Idem dux habebat ex tribu Benjamitica sagittariorum peditum ducenta millia. alius præterea dux nomine Ochobatus ductabat centum octoginta scutatorum millia absqve militibus, qvi per oppidorum præsidia fuêre dispositi. Duxit deinde filio suo Joramo Achabi decem tribuum regis filiam Gotholiam. Cumqve libuisset ei Samariam invisere, benignissime ab Achabo exceptus est, atqve etiam militia, qvæ suum regem comitabatur, publice exhibito frumento, vino & carnibus, rogatusqve est ab Achabo, ut contra Syrorum regem arma cum eo conjungeret, ad recipiendam urbem Ramatham in regione Galaditica, qvam de ipsius Syri patre ceperat. Josaphato vero auxilium pollicito, qvod non minorem haberet exercitum, & Samariam accitis à Hierosolymis copiis, progressi extra mœnia duo reges, & sedentes in suo qvisqve solio, stipendia militibus numerabant. Josaphatus vero censebat, si qvi prophetæ essent, accersendos, & consulendos de expeditione, qvæ contra Syrum parabatur, an & illis videretur eo tempore suscipienda. Etenim Achabo amicitia cum Syro intercedebat triennio continuo, ex qvo captum eum dimiserat usqve in illam diem.

CAP. X.

Achabus à Syris bello lacessitus in prælio vulnus occiditur.

AChabus vero, accitis suis prophetis numero qvadringentis, jussit eos ex Deo scitari, an daturus sit regi bellum contra Adadum moventi victoriam, & urbis dominium, propter qvam bellum instaurare placuit. Prophetis vero bellum svadentibus: vincendum enim Syrum, & in potestatem venturum, qvemadmodũ antea: Josaphato suboluit fucus ex eorum verbis, & qvod falsi vates essent: percontatusqve est Achabum, num qvem alium præterea prophetam habeat, ut certius etiam futura præscire valeant. Respondit ille, esse qvidem & alium, sed sibi invisum, qvod malum eventum prædicat, foreqve, ut ipse à Syrorum rege occisus pereat, & ob eam causam in carcerem eum nunc esse inclusum. Eum vocari Michæam Jembleæ filium. Josaphato vero postulante, eum produci, missus cubicularius prophetam adduxit: qvi inter eundum ei indicaverat, cæteros omnes prophetas victoriam regi prædicere. Respondit vates, sibi non licere contra, qvam Deus moneat, mentiri, sed dicturum se, qvicqvid ex eo de rege cognoverit. Ubi vero ad regem pervenit, adjuratus, ut vera loqveretur: ait sibi Deum ostendisse Israelitas fugientes, &, inseqventibus Syris, dispersos, non aliter qvam greges sublatis pastoribus. Hoc qvoqve significare Deum dicebat, qvod cæteris incolumibus redeuntibus, solus Achabus in prælio cadere debeat. Hæc loqvuto Michæa, versus ad Josaphatum Achabus: Nonne, inqvit, modo tibi dixi, qvam male mihi velit iste. Michæa vero constanter asseverante, se nihil nisi jussu Dei prædicere, illum vero spe victoriæ solicitari à pseudoprophetis ad bellum, in qvo ipsi cadendum sit, rex attentius cogitare cœpit. Interea Sedecias qvidam unus è pseudoprophetis in medium progreditur, negans curandum, qvid Michæas garriat. nihil enim veri eum prædicere, argumento esse prædictionem Eliæ, qvi sine dubio melius qvam iste futura cerneret; illum enim prædixisse, apud Jezraelam in Nabuthi suburbano lambendum à canibus regis sanguinem, qvemadmodum lampsissent cruorem Nabuthi opera ipsius lapidati à populo. perspicuum igitur esse istum mentiri, qvi longe præstantiori prophetæ non vereatur contrarium dicere, qvod periturus sit rex ab hinc die tertia. sed mox fore evidentius etiam, qvam verax sit aut afflatus divino spiritu. Percussus, inqvit, à me in faciem, arefaciat mihi dexteram, sicut Jadon fecit Hieroboamo, cum comprehendi eum prophetam jussisset. Puto enim te audivisse, qvod hoc ita factum sit. & cum dicto inflixit ei alapam. cumq; ei nihil mali propter hoc accideret, securus jam Achabus non amplius dubitavit copias contra Syrum ducere. vincebat enim, opinor, fati vis, plus fidei falsis qvã veris prophetis astruens, & causas ad futurum eventũ præstruens. Sedecias vero, aptatis sibi ferreis cornibus, dicit Achabo, Deũ significare ventilandã cornib. universã Syriã. Michæa contra asseverante, brevi fore, ut Sedecias

Κεφάλαιον ί.

Ως ἀχαὰβος ὑπὸ σύρων τραυματισθεὶς μόνος ἠτιήθη τῇ μάχῃ, καὶ αὐτὸς ἀπώλετο.

Καλέσας δ' ἀχαὰβος τοὺς αὐτῷ προφήτας, τετρακοσίους τὸν ἀριθμὸν ὄντας, ἐπελθὼν ἐρέσθαι τὸν θεὸν, εἰ δώσουσιν αὐτῷ στρατευσαμένῳ ἐπὶ τὸν ἀδαδον νίκην καὶ καθαίρεσιν πόλεως, δι' ἣν ἐφέρετο μέλλων πόλεμον. τῶν δὲ προφητῶν συμβουλευόντων ἐπὶ στρατεῖαν. κρατήσειν γὰρ τοὺς σύρους, καὶ ληψομένους ὑποχείριον αὐτὸν εἰς καὶ τὸ πρῶτον. ἐπεὶ δὲ ἐκ τῶν λόγων ἰωσαφατος, ὅτι ψευδοπροφήτοις ἐντυγχάνουσιν, ἐπυνθάνετο εἰ ἀχαάβου, εἰ καὶ ἕτερός τις εἴη προφήτης τοῦ θεοῦ, ἵνα ἀκριβέστερον μαθόντες περὶ τῶν μελλόντων. ὁ δ' ἀχαὰβος, ἔναγῆ μὲν ἔφη, μισῶ δ' αὐτὸν καὶ προφητεύσειν, καὶ προειπεῖν ὅτι πληγεὶς ὑπὸ τοῦ σύρων βασιλέως, καὶ λάβοι τε ἐν φυλακῇ νῦν αὐτὸν ἔχειν, καλέσας δὲ μιχαίαν, ὃν ἐμίσει. ὁ δ' ἰωσαφατος κελεύσαντος αὐτὸν προαχθῆναι, πέμψας δεσμῶτην, ἄγειν τὸν μιχαίαν. κἀκεῖνος τῶν ὁδῶν ὁ δεσμοφύλαξ ἐδήλωσεν αὐτῷ πάντας τοὺς ἄλλους προφήτας, νίκην τῷ βασιλεῖ προειρηκέναι. ὁ δ' οὐκ ἐξὸν αὐτῷ καταψεύδεσθαι θεοῦ φήσας, ἀλλ' ἐρεῖν ὅτι ἂν αὐτῷ δόξῃ ὁ βασιλέως αὐτὸς ἔτι, ὡς ἦκε πρὸς τὸν ἀχαάβον, καὶ λέγειν αὐτῷ πολλῆς ὑπ' αὐτοῦ σπουδῆς γενομένης, δεῖξαι τὸν θεὸν αὐτῷ τοὺς ἰσραηλίτας φεύγοντας ἔφη, καὶ διωκομένους ὑπὸ τῶν σύρων, καὶ διασκορπιζομένους, καθάπερ ποιμένων ἀνηρημένων τὰ πρόβατα. ἐλεγέ τι σημαίνειν τοὺς μὲν, μετ' εἰρήνης ἀναστρέφειν εἰς τοὺς ἰδίους ποιμένας δ' αὐτῶν μόνον ἐν τῇ μάχῃ. ταῦτα φήσαντος δὲ μιχαίου πρὸς ἰωσαφατον, ὁ ἀχαὰβος, ἀλλ' ἐγώ σε μικρὸν ἔμπροσθεν ἐδήλωσά σοι τὴν τῶν ἀνθρώπων πρὸς μὲ ἀλήθειαν. ὁ δὲ μιχαίας εἶπεν, ὡς προεῖπεν αὐτῷ πάντων ἀκροᾶσθαι τοῦ θεοῦ προλεγομένων, ἐὰν οὕτως πείσωσιν αὐτὸν οἱ ψευδοπροφῆται, πείσουσι τὸν πόλεμον ἐπ' ἐλπίδι νίκης, ἣν ὅπι δεῖ πρόνοιαν αὐτῶν μαχόμενον, αὐτὸς μὲν ἐν ἀσφαλείᾳ. σεδεκίας δέ τις τῶν ψευδοπροφητῶν προελθὼν, τοῦ μὲν μιχαίου μὴ προσέχειν παρήνει. μὴ λέγειν γὰρ αὐτὸν ἀληθῆ. τεκμήριον δ' ἔχειν τοῦτο ἠλίαν προφητεῦσαι ὁ τότε κρίνοντα τοὺς μέλλοντας συμβαίνειν. καὶ γὰρ ἔτι ἐλεγε προφητεύσαντα ἐν ἰεζραέλ πόλει, ἐν τῷ ναβὲθαίου ἀγρῷ τὸ σῶμα αὐτοῦ κύνας λιχμήσασθαι προσεπεῖν, καθὼς καὶ ναβὲθαι δ' ὑπ' αὐτῶν καταλευσθέντος ὑπὸ ὄχλου. δῆλον οὖν, ὡς ἔτι ψεύδεται τῶν προειπόντων προφήτων ταῦτα λέγων, ἀπὸ ἡμερῶν τριῶν φάσκων τοῦτο πεπονθέναι. γνώσεσθαι δ' ἐπέρ ἐστιν ἀληθὴς καὶ θεοῦ πνεύματος τὴν δύναμιν ἔχει. εὐθὺς γὰρ ἁπιθεὶς ὑπ' ἐμοῦ, βλαψάτω μου τὴν χεῖρα, ὥσπερ ἰάδων τὴν ἱεροβοάμου τοῦ βασιλέως συλλαβεῖν θελήσαντος ἀπέξηνε δεξιάν. ἀκήκοας γὰρ οἶμαι ὅτε πάντων ὑμῶν. οἷς οὖν πληγέντος αὐτοῦ τὴν μιχαίαν, σωιεῖν μηδὲν παθεῖν, ἀχαάβος θαρρήσας ἄγειν τῷ στρατιᾷ προθύμως ἐπὶ δεῖν τὸν σύρον. ἐνίκα γὰρ οἶμαι, τὸ χρεὼν, καὶ πλείονες ἦσαν οἱ πλησθῆς, τοὺς ψευδοπροφήτας, ἵνα λάβῃ τὰ ἀφορμὰς τῶν πόλεως. σεδεκίας δ', σιδήρεα κέρατα λέγων τοῦ ἀχαάβου, θεὸν αὐτῷ σημαίνειν τούτοις πᾶσιν καταστρέψαι συρίαν, μιχαίου δ' μετ' ὀλίγας ἡμέρας ἐπανῆλθεν

ον

Josaphato vero postulante, eum produci, missus cubicularius prophetam adduxit: qvi inter eundum ei indicaverat, cæteros omnes prophetas victoriam regi prædicere. Respondit vates, sibi non licere contra, qvam Deus moneat, mentiri, sed dicturum se, qvicqvid ex eo de rege cognoverit. Ubi vero ad regem pervenit, adjuratus, ut vera loqveretur: ait sibi Deum ostendisse Israelitas fugientes, &, inseqventibus Syris, dispersos, non aliter qvam greges sublatis pastoribus. Hoc qvoqve significare Deum dicebat, qvod cæteris incolumibus redeuntibus, solus Achabus in prælio cadere debeat. Hæc loqvuto Michæa, versus ad Josaphatum Achabus: Nonne, inqvit, modo tibi dixi, qvam male mihi velit iste. Michæa vero constanter asseverante, se nihil nisi jussu Dei prædicere, illum vero spe victoriæ solicitari à pseudoprophetis ad bellum, in qvo ipsi cadendum sit, rex attentius cogitare cœpit. Interea Sedecias qvidam unus è pseudoprophetis in medium progreditur, negans curandum, qvid Michæas garriat. nihil enim veri eum prædicere, argumento esse prædictionem Eliæ, qvi sine dubio melius qvam iste futura cerneret; illum enim prædixisse, apud Jezraelam in Nabuthi suburbano lambendum à canibus regis sanguinem, qvemadmodum lampsissent cruorem Nabuthi opera ipsius lapidati à populo. perspicuum igitur esse istum mentiri, qvi longe præstantiori prophetæ non vereatur contrarium dicere, qvod periturus sit rex ab hinc die tertia. sed mox fore evidentius etiam, qvam verax sit aut afflatus divino spiritu. Percussus, inqvit, à me in faciem, arefaciat mihi dexteram, sicut Jadon fecit Hieroboamo, cum comprehendi eum prophetam jussisset. Puto enim te audivisse, qvod hoc ita factum sit. & cum dicto inflixit ei alapam. cumq; ei nihil mali propter hoc accideret, securus jam Achabus non amplius dubitavit copias contra Syrum ducere. vincebat enim, opinor, fati vis, plus fidei falsis qvã veris prophetis astruens, & causas ad futurum eventũ præstruens. Sedecias vero, aptatis sibi ferreis cornibus, dicit Achabo, Deũ significare ventilandã cornib. universã Syriã. Michæa contra asseverante, brevi fore, ut Sedecias

τὸν ἐν δεξιᾷ ταμιεῖον ἐκ ταμιείου κρυβησόμενον ἀμείψαι, A è cella in cellam fugiat, latebras qværitans, ne
ζητοῦντα φυγεῖν τῆς ψευδολογικῆς τὴν δίκην, ἐκέλευ- luat pœnas vaniloqvii, iratus rex jubet eum a-
σεν ὁ βασιλεὺς ἀπαχθέντα φυλάττειν πρὸς ἀχαάμω- pud Achamonem magistratum urbis haberi in
να τὸν τῆς πόλεως ἄρχοντα, καὶ χορηγῆσαι μηδὲν ἄρτου καὶ custodia, nec aliud qvicqvam præter panem &
ὕδατος αὐτῷ πλεῖστον ὅσον. καὶ ἀχαὰβ μέν, καὶ ἰωσα- aqvam ei præberi. Atqve ita duo reges versus XV.
φὰτ ὁ τῶν ἱεροσολύμων βασιλεὺς, ἀναλαβόντες τὰς Ramatham cum copiis profecti sunt, qvo audito, 3. Reg. 22.
δυνάμεις, ἦλασαν εἰς ῥαμὰθ τὴν πόλιν τῆς γαλααδίτιδος. rex Syriæ cum exercitu eis occurrens, non pro-
ὁ δὲ τῶν σύρων βασιλεὺς ἀκούσας αὐτοῦ τὸ στρατεῖον, ἀν- cul à Ramatha castra posuit. Conventum autem
επήγαγεν αὐτοῖς τὸ αὐτοῦ στρατιάν. καὶ ὧδε ἀπῆλθεν ὁ ἀ- erat inter reges socios, ut Achabus privato ha- B
γαμὰβης στρατηλατεύειν. συνέβαινε δὲ, ὅπως ἀχαὰβ καὶ bitu versaretur in prælio, Hierosolymitanus ve-
ἰωσαφὰτ ὁ, ἀποθέσθαι τὸ βασιλικὸν σχῆμα. τὸν δὲ ἱεροσο- ro, sumpto Achabi cultu, staret in acie, qvo faci-
λύμων βασιλέα, τὸ αὐτοῦ στολὴν ἔχοντα σῆναι ἐν τῇ πα- lius Michææ vaticinium eluderent. sed invenit
ρατάξει κατασφάζομενον τὸν δὲ μιχαίου προειρη- eum fatum etiam sine insignibus. Adadus enim
μένα, εὗρε δὲ αὐτὸν τὸ χρεὼν καὶ δίχα τοῦ σχήματος. ὁ mandavit per tribunos militi, ut neminem alium
μὲν γὰρ ἀδὰδ ὁ τῶν σύρων βασιλεὺς, παρήγγειλε τῇ occideret, sed solum regem Israelitarum. Syri
στρατιᾷ μὴ τῶν ἡγεμόνων, μηδένα τῶν ἄλλων ἀναιρεῖν, vero primo congressu videntes Josaphatum stan-
μόνον δὲ τὸν βασιλέα τῶν ἰσραηλιτῶν. οἱ δὲ σύροι, τῆς tem ante aciem, rati esse Achabum, impetu facto,
συμβολῆς γενομένης, ἰδόντες τὸν ἰωσαφὰτ ἐστῶτα C eum circumvenerunt: sed postqvam è propin-
πρὸ τῆς τάξεως, καὶ δόξαντες εἶναι τὸν ἀχαάβ, ὥρ- qvo cognoverunt esse alium, omnes se retro re-
μησαν ἐπ' αὐτὸν, καὶ πᾶσαν κλισιάδα, ὡς ἐγγὺς ὄντες ceperunt. à mane autem usqve ad vesperam
ἐγνωσαν ἐκ βίου δὲ τὸν, ἀνεχώρησαν ὀπίσω πάντες. ἀρ- pugnantes & vincentes occidebant neminem,
χομένης δὲ ἡμέρας ἄχρι δείλης ὀψίας γενομένης, μαχό- sicut eis mandatum fuerat, solum Achabum ad
μενοι καὶ νικῶντες, ἀπέκτεινον οὐδένα καὶ τὸν βασιλέως necem qværendo, nec tamen inveniendo. tan-
ἐπιλεύ ζητοῦντες τὸν ἀχαὰβ ἀνελεῖν μόνον, καὶ εὑρεῖν δὲ dem unus ex Adadi famulis, Amanus nomine,
δυνάμενοι. πᾶς δέτις βασιλικὸς δὲ ἀδὰδ ἄμαν ὄνομα, missa in incertum sagitta, regem per thoracem in
τεύσας εἰς τὰς πολεμίους, πτοῶσιν τὸν βασι- D pulmonem sauciat. Achabus autem noluit hoc
λέα διὰ θώρακος, καὶ διὰ πνεύμονος. ἀχαὰβ δὲ τὸ scire suum militem, ne terga verteret: sed auri-
μὲν συμβεβηκὸς ἐκ ἔγνω παῖσαι τῶν στρατεύματα φα- gam jussit currum extra prælium evehere, qvod
νερὸν μὴ τραπείησαν. τὸν δὲ ἰππέα ἐκέλευσεν ἐπι- grave ac lethale vulnus acceperit. Cumqve ve-
στρέψαι τὸ ἅρμα ἐξαγαγεῖν τῆς μάχης. χαλεπῶς γὰρ hementer cruciaretur, perstitit tamen in curru
βεληθὲν ἐκ μείως. ὀδυνώμενος δὲ, ἕστη ἕως δὲ ἅρματος, usqve ad solis occubitum, & tandem profluvio
ἄχρι δύνοντος δὲ ἡλίου, καὶ λιποψυχήσας, ἀπέθα- sanguinis viribus deficiens interiit. jamqve ap-
νε. καὶ τὸ μὲν σύρων στράτευμα, νυκτὸς ἤδη γενομένης, petente nocte, Syri se in castra recipiunt: & qvã-
ἀνεχώρησεν εἰς τὴν παρεμβολήν. θηλώσαντος δὲ τοῦ στρα- primum per caduceatorem de Achabi morte
τηγοῦ ὅτι τέθνηκεν ἀχαάβ, ἀνέζευξαν εἰς τὰ ἴδια. E cognitum est, solutis castris, domum qvisqve re-
κομίσαντες δὲ τὸν ἀχαὰβ νεκρὸν εἰς σαμάρειαν, ἐκεῖ θά- vertitur. Cadaver regis Samariam relatum, il-
πτησαν. καὶ τὸ ἅρμα λούσαντες ἐν τῇ ἰεζάρα κρήνῃ, luc sepulturæ traditur. & cum currus regius
ὧν δὲ καθημαγμένον τοῦ δὲ βασιλέως φόνῳ, ἀληθῆ τὴν cruore fœdatus ad Jezaræ fontem esset ablutus,
ἡλία προφητείαν ἐπέγνωσαν. οἱ μὲν γὰρ κύνες, ἀνελιχ- veritatem Eliæ prædictionis eventus comproba-
μήσαντο τὸ αἷμα. αἱ δὲ ἑταιρίζόμεναι, ἐν τῇ κρήνῃ τὸ vit. Canes enim lambebant ejus sangvinem: &
λοιπὸν λούόμεναι τοῦτῳ διεπόνουν. ἀπέβαινε δὲ ἐν ῥαμα- meretrices posthac ex eo fonte aqvabantur. Mor-
θὼνι, μιχαίᾳ δὲ προειρημένου. συμβάντων δὲ ἀχά- tuus autem est apud Ramatham, juxta Michææ
βῳ τῶν τοῦ τῶν δύο προφητῶν εἰρημένων, δεῖ μέγα F vaticinium. Ergo qvoniam utriusqve prophe-
τε τὸ θεῖον ἡγεῖσθαι, καὶ τιμᾶν αὐτὸ πανταχῇ καὶ σέβειν, tæ prædictionem eventus consecutus est, vene-
καὶ τὰ ἀληθείας μᾶλλον τὰ πρὸς ἡδονὴν ἢ βέλτιον πι- randa sunt illorum oracula, eisqve nos semper
στεύειν δοκεῖν. ὑπολαμβάνειν δὲ ὅτι προφητείας, plus oportet tribuere, qvam eorum, qvi ad gra-
καὶ τὰ μὲν τῶν τοιούτων προγνώσεως οὐδὲν ἐστι συμφορώ- tiam loqvuntur, sermonibus: nec aliter existi-
τερον, παρέχοντες ἄνωθεν δεῦρο, τι δεῖ φυλάξασθαι. λογί- mare, qvam qvod nihil sit illis utilius, qvando-
ζεσθαι τε πάλιν ἐκ τῶν περὶ τὸν βασιλέα γινομένων qvidem per ea divinitus monemur, qvid caveri
πραττόμενος προσῆκε τοῦ χρεὼν ἰσχύειν, ὅτι μηδὲ προ- debeat. Qvin & ea reputatio hoc loco subit ani-
γινωσκόμενον αὐτὸ διαφυγεῖν ἐστιν. ἀλλ' ὑπέρχεται G mum, qvod insuperabilis sit fati necessitas, qvæ
τὰς ἀνθρωπίνας ψυχὰς ἐλπίσι κολακευόν χρηστοῖς, etiamsi præsciatur, præcaveri tamen non potest:
ὡς εἰς τὸ πᾶν αὐτῶν κρατήσαι βεβαίως. φοινὲ δὲ οὐδὲ sed tamdiu homines sibi vana spe blandiuntur,
ἀχαάβῳ τοῦτο τοῦτο τῷ μάντει ἀπαντήσαι, ὡς ἀπ- donec in illius casses incidant. nam hoc qvoqve
ήγγελλε μὲν τοῖς προλέγουσιν τὰ ἥδιον. τοῖς δὲ τὰ πρὸς χά- Achabo fatale fuerat, ut prænuntiantibus cla-
ριν προφητεύουσι πεισθείς, ἀπατηθῆναι. ἕτερον μὲν οὖν ὁ dem non crederet, & a prophetantibus ad grati-
τοῦ ὀχοζίας διεδέξατο. am deceptus in mortem rueret. cui in principa-
tum Ochozias filius succedit.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙΝ ΕΝ ΤΩ ΕΝΑΤΩ ΛΟΓΩ ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ
ἱστορίων τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Ως στρατεύσαντος ἐπ' ἀχάβην πᾶς, ἰώραμος ὑπὸ μωαβίτας, κρατηθὲν αὐτῶν. Κεφ. α.
Ως ἰώραμος βασιλεύων τ̃ ἱεροσολυμιτῶν, τ̃ ἀρχὴν πᾶσαν λαβὼν, τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τοὺς πατρώους φίλους ἀπέκτεινεν. Κεφ. β.
Οπ στρατευσάντων ἐπ' αὐτὸν ἀράβων, ἥτις δύναμις αὐτοῦ πᾶσα διεφθάρη. Ὁ δὲ οἱ παῖδες αὐτοῦ πάρεξ ἑνὸς ὀπτοῦ ἐπ νηπίᾳ, ὁ πρὸς τούτοις αὐτὸς ἀσεβὴς γενόμενος, κακῶς τ̃ βίον κατέστρεψε. Κεφ. γ.
Στρατεία τ̃ ἰωράμου τ̃ ἱεροσολιτῶν βασιλέως ὑπὸ τοὺς σύρους. Κεφ. δ.
Ως ἰώραμος ἀπέθανεν ὑπὸ ἰηοὺ ἀναιρεθεὶς τ̃ ἐπ' ἀρχῆς καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ, καὶ ὁ τ̃ ἱεροσολύμων βασιλεὺς ὀχοζίας. Κεφ. ε.
Οπ ὁ ἰηοῦς ἐβασίλευσε τ̃ ἱεροσολιτῶν ἐν σαμαρείᾳ ἔτη εἰκοσιὲπτά, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ ὑπὸ γυναικὸς πονηρᾶς. Κεφ. ς.
Ως γοθολία, τ̃ ἱεροσολυμιτῶν ἐβασίλευσεν ὑπὸ ἔτη ἑπτά. Ὃν ἀνελὼν αὐτὴν ὁ ἀρχιερεὺς ἰώδας, τὸν ὀζίου παῖδα, βασιλέα ἀπέδειξεν. Κεφ. ζ.
Αζαήλου τ̃ δαμασκηνῶν βασιλέως ὑπὸ τοὺς ἱεροσολίτας Ὕστερον ὑπὸ τοὺς ἱεροσολυμίτας στρατεία. Κεφ. η.
Ως ἀμασίας, ὁ τ̃ ἱεροσολυμιτῶν βασιλεὺς, στρατεύσαντος ὑπὸ ἰδουμαίους, ἐν ἁμαληκίτας ἐνίκησεν. Κεφ. θ.
Ως ἀμασίας πολεμῶν πρὸς τ̃ ἱεροσολιτῶν βασιλέα ἰώασον, ἡττᾶται. Κεφ. ι.
Καὶ ὡς ὁ παῖς αὐτοῦ ὀζίας, τὰ πλεῖστα ἐθνη ἐχειρώσατο. Κεφ. ια.
Οπ στρατευσάντος ἐπὶ δαμασκὸν βασιλεὺς ὑπὸ ἱεροσολυμίτας ἠνάγκασεν ἀχάζου τ̃ βασιλέα, πέμψαντα χρήματα πολλὰ πρὸς τ̃ βασιλέα ἀσσυρίων, πεῖσαι τότε αὐτὸν ὑπὸ δαμασκὸν στρατεύσαντας. Κεφ. ιβ.
Ως κ̃ῦ κράτος ἔλαβεν ὁ τ̃ ἀσσυρίων βασιλεὺς δαμασκόν. Ὁ διέφθειρε μὲν αὐτ̃ τ̃ βασιλέα. τοὺς δ' ἀνθρώπους ἀναστήσας εἰς μηδίαν, ἔπεμψεν ἔθνη κατοικῆσαι ἐν δαμασκῷ. Κεφ. ιγ.
Ως σαλμανάσαρος ὁ τ̃ ἀσσυρίων βασιλεὺς, εἷλε κ̃ῦ κράτος τὴν σαμάρειαν, ὁ τὰς δέκα τ̃ ἱεροσολιτῶν φυλὰς εἰς τὴν μηδίαν κατοικήσας, ἐκ τῆς περσίδος τὰ τ̃ κουθαίων ἔθνος εἰς τὴν ἐκείνων μετήγαγε χώραν. Κεφ. ιδ.

HÆC IN NONO JOSEPHI HISTORIARUM DE ANTIQVITATE JUDAICA LIBRO CONTINENTUR.

Joramus Achabi filius Moabitas bello petitos ſuperat. Cap. I.
Joramus Hieroſolymorum rex principatum adeptus fratres & paternos amicos interficit. Cap. II.
Qvomodo invadentibus Joramum Arabibus, exercitus ejus deletus fuerit, ac filiis peremptis, unico excepto adhuc infante, poſtremo ipſe Deo inviſus miſera morte ſublatus ſit. Cap. III.
Expeditio Jorami Iſraelitarum regis adverſus Syros. Cap. IV.
Joramus à Jeu magiſtro eqvitum cum tota ſtirpe occiditur, & cum eo Hieroſolymitanorum rex Ochozias. Cap. V.
Jeus inter Iſraelitas regnat apud Samariam, & poſt eum usqve qvartam generationem ejus progenies. Cap. VI.
Gotholia per ſummum nefas Hieroſolymis regnum occupat, qva poſt ſextum annum cæſa, pontifex Joadus Ochoziæ filium regem conſtituit. Cap. VII.
Azaelis Damaſcenorum regis contra Iſraelitas, ac mox contra Hieroſolymitas expeditiones. Cap. VIII.
Amaſias rex Hieroſolymitanus, exercitu contra Idumæos & Amalecitas ducto, victor evadit. Cap. IX.
Amaſias pugnans contra Joam Iſraelitarum regem vincitur. Cap. X.
Qvomodo Amaſiæ filius Ozias vicinas gentes ſubegerit. Cap. XI.
Raſe Damaſcenorum rege Hieroſolymitas bello vexante, Achazes eorum rex, magnis muneribus miſſis, coactus eſt Aſſyriorum regem in Damaſcenos immittere. Cap. XII.
Aſſyriorum rex, vi expugnata Damaſco, & occiſo rege, populum traducit in Mediam, aliis gentibus Damaſcum in coloniam deductis. Cap. XIII.
Qvomodo Salmanaſſar, Aſſyriorum rex, Samaria expugnata, decem Iſraelitarum tribus in Mediam tranſtulerit, & Cuthæos in eorum regionem migrare juſſerit. Cap. XIV.

ΦΛΑΒΙΟΥ

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ ΛΟΓΟΣ ΕΝΑΤΟΣ.

FLAVII JOSEPHI ANTIQVITATUM JUDAICARUM LIBER NONUS.

Κεφαλαιον ά.

Ως ιωσαφατης ὁ βασιλευς ιουδαιας ἐπανηλθεν εἰς ιερουσαλημ· καὶ ὡς ἐπιστρατευσας ἐπὶ μωαβίτας κρατησειεν αὐτῶν.

CAP. I.

Ut Josaphat rex Judææ Hierosolyma reversus, Moabitas bello petitos superarit.

ΙΩΣΑΦΑΤΗΙ δὲ τῷ βασιλεῖ, ὡς ἀνῆλθεν εἰς ιερουσαλημα, ἀπὸ τῆς συμμαχίας τῆς πρὸς ἄχαβον τὸν τῶν ισραηλιτῶν βασιλέα, ἣν ἀδίκως τῷ σύρων βασιλεῖ, πολεμεῖν ἔδοξεν, εἰς περιῆλθε καιρὸν, ἐπῆλθε προφήτης σωτήριος ἐλθεῖν τῷ πρὸς ἄχαβον συμμαχίας ἀνθρώπων ἀσεβῶν καὶ πονηρῶν. τὸν μὲν θεὸν ἀνδρὸς μὲν οὐκ ἀξίως τούτῳ διαπραξάμενον, φύσει δέ τοι, καὶ περ ἡμαρτηκότα, διὰ τὴν ἰδίαν αὐτοῦ φύσιν εὐσεβῆ ἀγαθὴν ἔλεγεν εἶναι τῶν πολεμίων. ἐπεὶ μὲν ἐπ' εὐχαριστίας καὶ θυσίας ὁ βασιλεὺς γένοιτο τῷ θεῷ, μὴ ταῦτα ἐᾷ τὴν χώραν ὥρμησε περιέρχεσθαι κύκλῳ πᾶσαν ὅσης αὐτὸς ἦρχε, τὸν λαὸν καθιστάσας, πάτρια νόμιμα τὰ διὰ μωσέως ὑπὸ θεοῦ δοθέντα, καὶ τὴν εὐσέβειαν τὴν πρὸς αὐτόν. καὶ διαιρήσας ἐν ἑκάστῃ πόλει τῶν βασιλευομένων ὑπ' αὐτοῦ, παρεκελεύσατο μηδενὶς ὕστερα ὡς δικαίως προνομένοις, κρίνειν τοὺς ὄχλους, μήτε δώροις, μήτε ἀξιώματος τιμῇ ὑπεροχῇ διὰ πλοῦτον ἢ διὰ γένος ἀναβαλόμενον. βεβουλεῦσθαι δὲ ἅπασι τὸ ἴσον, εἰδέναι τε ὅτι, καὶ τὰ κρύφα πραττομένων, ἕκαστον ὁ θεὸς βλέπει. ταῦτα διδάξας, καὶ πόλιν ἑκάστην τῶν δύο φυλῶν ὑποστρέψας εἰς ιερουσαλημα. κατέστησε δὲ ἐν τούτοις κριτὰς, ἐκ τῶν ἱερέων, καὶ ἐκ τῶν λευιτῶν, καὶ τῶν πρώτων ἐκ πληθους φερομένων. ἐφεστῶτας δὲ τούτοις ἐπιμελεῖς καὶ δικαίας πίστεως πύστεις μὲν τοὺς κρίσεως. ἂν δέ τι μείζονων διαφορὰν ἔχοντες τῶν ὁμοφύλων πρὸς ἐκ τῶν ἄλλων πέμψωσι πρὸς αὐτοὺς πόλεων, τούτων δὲ μὴ πόλεων ἀποφαίνειν δικαίως περὶ τῶν πραγμάτων. μάλιστα δὲ τοὺς ἐν ταύτῃ τῇ πόλει κρίσεως, ἐν ᾗ τὸν ναὸν εἶναι συνέβαινε καὶ διαιτᾶν ὁ βασιλεὺς ἔχει, προσῆκεν αὐτοὺς εἶναι καὶ δικαστάς. ἄρχοντας δὲ

IOsaphato autem regi post suppetias contra Adadum Achabo latas Hierosolyma revertenti propheta Jeus occurrens, reprehendit eum, quod cum homine impio & scelerato arma conjunxisset. Deum enim indigne tulisse hanc societatē: servasse tamen eum propter suam bonitatem, licet male, quod non debuerat, fecerit. Post eam admonitionem rex, supplicationibus & sacrificiis Deo conciliato, universam suam ditionem perlustravit, populum leges divinitus per Moysem traditas, & cultum pietatis docendo: constitutisq; oppidatim magistratibus, hortatus est eos, ut solius justitiæ respectu habito, jus populis dicerent, nec muneribus corrupti, nec magnatum aut divitum captantes gratiam: omnibusque, quod æquum est, redderent, scientes, quod etiam occulta Deus inspiciat. Hæc cum per singulas duarum tribuum urbes docuisset, Hierosolyma reversus, hic quoque judices è sacerdotum ac Levitarum ordine, & è primatibus optavit, & hos prius monitos, ut juste & accurate jura populo redderent. Quod si graviores controversiæ deferrentur ad eos ex aliis cognatis urbibus, de horum negotiis majori etiam diligentia decerni voluit: quod eam urbem maxime æquitatis servantem esse deceat, in qua & templum simul haberetur & regia. ejus summos magistratus ex amicorum

numero præpoſuit, Amaſiam ſacerdotem, & ex Judæ tribu Zabadiam. Per idem tempus Moabitæ & Ammonitæ cum Arabum auxiliis bellum inferunt, & ad Engaddam urbem Aſphaltitæ lacui vicinam caſtra metantur, trecentis ſtadiis à Hieroſolymis diſſitam, cujus ager egregia palmeta fert & balſamum. Joſaphatus autem cum audiſſet, hoſtes, ſuperato lacu, in regnum ſuum jam irrupiſſe, territus concionem advocat: & ad templum verſus Deum invocat, ut tantùm virium & roboris ei ſuggerat, qvantum ſatis ſit ad ſumendam de hoſte pœnam audaciæ. In hoc enim templum id extructum à majoribus, ut, qvoties ab externo hoſte immineat periculum, ibi populus coram numen præſens invocet, divinaqve ope adjutus injuſtos ſuos male mulctatos arceat, volentes, qvæ ſemel divina munificentia contigere, per vim ad ſe retrahere. Sic precatus eſt lacrymans, accedente eodem totius populi cum uxoribus & liberis ſupplicatione. Ibi Jaziel qvidam propheta exortus è media concione exclamat, Deum preces exaudiſſe, & ipſum pugnaturum ſe polliceri pro ſuæ religionis hominibus. Mox edicit, ut in craſtinum ſe parent, ituri obviam hoſtibus, & occurſuri eis Engaddam inter & Hieroſolyma, ad qvendam clivum, cui nomen Sis, voce Hebræis ſignificante eminentiam. Ibi non fore opus, ut cum hoſte conſligant, ſed pugnantem tantum pro ſe Deum, qvieti ipſi ſpectatores, conſiderent. Poſt hoc oraculum rex & totus populus proſtrati in faciem, gratias agendo, adorabant Deum, & Levitæ organis ſuis hymno canebant. Diluculo vero progreſſus rex in ſolitudinem ſubjectam oppido Thecuæ, admonuit multitudinem, credendum eſſe prædictioni propheticæ, & non ſtruendam qvidem aciem, ſed in primo agmine conſtituendos ſacerdotes cum tubis, & Levitas cum cantoribus, agendasqve Deo gratias, non aliter qvam liberata jam ab hoſte patria. Placuit omnibus regis conſilium, idqve mox etiam exequuti ſunt. Deus vero terrorem & conſternationem immiſit Ammanitis & eorum ſociis, ita ut alii in alios ruentes hoſtiliter in ſe invicem debacchantur tanto furore, ut ne unus qvidem ex tot millibus reliqvus fieret. Joſaphatus vero proſpiciens in vallem, in qva caſtra hoſtium fuerant, cum totam videret refertam cadaveribus, lætus tam inopinato Dei auxilio, qvod ſibi citra ſudorem & ſangvinem victoria contigiſſet, permiſit ſuo militi caſtra diripere, & ſpoliare cadavera: tantaqve fuit multitudo, ut ægre per integrum triduum omnia ſpolia legerent. Qvarta vero die congregatus totus populus in qvandam convallem, potentiam & auxilium Dei debitis concelebravit laudibus: à qvo facto poſtea locus nomen invenit, ut in perpetuum Convallis laudationis appellatus ſit. Inde reverſus cum exercitu rex Hieroſolyma, per aliqvot dies in ſacrificiis occupatus fuit, ac epulis. Qvin & in exteras gentes tam mirificæ victoriæ fama perlata, eam regi ſanctitatis ac pietatis opinionē conciliavit,

A αὐτῶν ἀποδείκνυσιν, ἀμασίαν τὸν ἱερέα, καὶ ζαβαδίαν ἐκ τῆς ἰούδα φυλῆς ἐπάρας. καὶ ὁ μὲν βασιλεὺς τὸν τρόπον διέπραττε τὰ πράγματα. κατ' ἦρ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἐστράτευον ἐπ' αὐτὸν μανδίται καὶ ἀμμανῖται συμμαχήσαντες καὶ ἀράβων μεγάλην μοῖραν, καὶ καταστρατεύονται πρὸς ἐγγαδδὶ πόλιν κειμένην πρὸς τῇ ἀσφάλτιδι λίμνῃ, τριακοσίους ἀπέχουσαι σταδίους τῶν ἱεροσολύμων. γωνᾶται δ' ἐν αὐτῇ φοίνιξ ὁ κάλλιστος, καὶ ἐκβάλσαμον. ἀκούσας δ' ἰωσαφάτης, ὅτι τὴν
B λίμνην διαβάντες οἱ πολέμιοι, ἐμβεβλήκασιν ἤδη εἰς τὴν βασιλεσομένην ὑπ' αὐτοῦ χώραν, δείσας εἰς ἐκκλησίαν συναγάγετ δῆμον τ ἱεροσολυμιτῶν εἰς τὸ ἱερόν. καὶ στὰς κατ' πρόσωπον τοῦ ναοῦ ηὔχετο, καὶ ἐπεκαλεῖτο τὸν θεὸν δοῦναι αὐτῷ δύναμιν καὶ ἰσχύν, ὡς τιμωρήσασθαι τοὺς ἐπὶ στρατεύσαντας. καὶ γὰρ ἐτ δεδιέναι
C τοῖς τὸ ἱερὸν κατασκευάσασιν αὐτοῦ, ὅταν ὑπὲρ μαχῆτ πόλεως ἐκεῖνος, καὶ τοὺς ἐπ' αὐτῷ πλημμεσαντας ἐλθεῖν ἀμελοῦντας, οἱ τὴν ἀπ' αὐτοῦ δοθεῖσαν γῆν εἰς κατάσχεσιν ἀφελέσθαι παρεσκεύασαν αὐτούς. ταῦτ' εὐχόμενον, ἐδάκρυσε. καὶ σύμπαν δ' τὸ πλῆθος, γυναιξὶν ἅμα καὶ τέκνοις ἱκέτευεν. ἰαζιὴλος δέ τις τῶν προφήτης προελθὼν εἰς μέσον τὸν ἐκκλησίαν, ἀνεβόησε, τὸ πλῆθος λέγων, καὶ τὸν βασιλέα, τὸν θεὸν ἐπικαλεσαμένους τ εὐχῶν, καὶ πολεμήσειν αὐτὸν τοῖς ἐχθροῖς ἐπαγγέλλεσθαι. πρόσεπεσε δ' τῇ ὄψει τὸν στρατιὰν ἐξελάσαντα τοὺς
D πολεμίους ὑπὲρ αὐτῶν. εὑρήσειν γὰρ αὐτοὺς μεταξὺ ἱεροσολύμων καὶ ἐγγάδης ἀναβάσεως, λεγομένη δ' ἔξοχή. ἐ μὴ συμβαλεῖν μὲν αὐτοῖς, στένειν δ' μένον ἐρᾶν, πῶς αὐτοῖς μαχεῖ τὸ θεῖον. ὃ δ' προφήτ ἀκούσας ταῦτα εὐθὺς, ὁ μὲν βασιλεὺς καὶ τὸ πλῆθος, πεσόντες ὑπὲρ πρόσωπον, ηὐχαρίστουν τῷ θεῷ καὶ προσεκύνουν. οἱ δ' λεῖται, τοῖς ὀργάνοις διεπόλουν ὑμνοῦντες, ἅμα δ' ἡμέρᾳ προελθὼν ὁ βασιλεὺς εἰς τὴν ἔρημον, τὴν ὑπὸ κάτω θεκόας πόλεως, ἔλεγε πρὸς τὸ πλῆθος, ὡς δεῖ πιστεύειν
E τοῖς ὑπὸ προφήτ εἰρημένοις. καὶ μὴ θαρραλέως μὲν αὐτοῖς εἰς μάχην. προσησαν δ' τὰς ἱερεῖς μ τ σαλπιγκτάς, καὶ λεῖτας μ τ ὑμνοιτῶν, εὐχαριστεῖν ἤδη θυσαν τῷ χώρᾳ ἡμῶν θεᾷ τ πολεμίων. ἤρεσε δ' ἡ τ βασιλέως γνώμη. καὶ ἅπερ συνεβάλετο, ταῦτ' ἐπραττον. ὁ δ' θεὸς, εἰς φόβον ἐνέβαλε καὶ ταραχὴν τὰς ἀμμανίτας. οἱ δ', δόξαντες ἀλλήλους πολεμίους ἀπεκτεινον, ὡς ἐκ τῆς παρούσης στρατείας ἀνασωθῆναι μηδένα. ἰωσαφάτης δ' ἀναβλέψας εἰς τὴν φάραγγα, ἐν ᾗ συνέβαινε στρατοπεδεύεσθαι τοὺς πολεμίους, καὶ πλήρη νεκρῶν ἰδών,
F ἤδη μὲν ὅτι τῆς θεοδόξου τ τῶν θεὸ βοηθείας, ὅτι μηδὲ πονήσασιν αὐτοῖς αὐτὸς δι' ἑαυτῶν τὴν νίκην ἐδωκεν. ἐπέτρεψέ τι στρατιᾷ διαρπάσαι τὴν παρεμβολὴν τῶν ἐχθρῶν καὶ σκυλεῦσαι τοὺς νεκρούς. καὶ οἱ μὲν ὑπὲρ τρεῖς ἡμέρας σκυλεύσαντες ἔκαμον. τοσοῦτον ἦν
G τὸ τ ἀνηρημένων πλῆθος. τῇ τετάρτῃ δ' συναθροισθεὶς πᾶς ὁ λαὸς εἴς τινα κοῖλον καὶ φαραγγώδη τόπον, τ δὲ θεὸ δύναμιν ἐτ συμμαχίαν ηὐλόγησεν, ἀφ' ἧς ἐ προσηγορίαν ἔσχεν ὁ τόπος, κοιλὰς εὐλογίας. ἐκεῖθεν δ' ἀναχωρῶν τὴν στρατιὰν ὁ βασιλεὺς εἰς ἱεροσόλυμα, τρέπεται πρὸς εὐωχίας ἐ θυσίας ὑπὲρ πολλὰς ἡμέρας μ μόνον τ τῶν πολεμίων αὐτοῦ ἀλαφθορὰν, ἀκουσθεῖσαν τοῖς ἀλλοφύλοις ἔθνεσι πάντις ὅτι κατεπλάγησαν αὐτὴν,

ὡς

ut res ejus ſub divini numinis tutela eſſe pro comperto crederent: manſitqve usqve extremum ejus diem hæc perſvaſio. Erat autem amicus & Achabi filio, qvi tum Iſraelitis præerat: cum qvo, inita ſocietate parandarum navium, qvæ merces in Pontum peterent, ac emporia Thraciæ, jacturam fecit haud minimam. Navigia enim abſumpta ſunt naufragiis, qvod non bene regerentur præ magnitudine. Qvo factum eſt, ut hac cura vacaverit in poſterum. Atqve hactenus de Joſaphato.

II. 4. Reg. 1.

Achabi vero filius Ochozias regnavit apud Iſraelitas, & regiam Samariam, vir peſſimus, & utriqve parenti omnino ſimilis, & Hieroboami primi Iſraelitarum ſeductoris æmulus. Ejus regni anno ſecundo Moabitarum rex defecit, & tributa, qvæ patri ejus ſolitus erat, pendere amplius detrectavit. Accidit autem, ut Ochozias de ſolario domus ſuæ deſcendens per gradus prolaberetur, morboqve ex hoc caſu contracto, Accaronem ad Myriodis (id deo nomen erat) oraculum, ſcitaturus de incolumitate mitteret. Hebræorum vero Deus Eliæ prophetæ mandavit, ut nunciis ab eo miſſis occurrens percontaretur, an Iſraelitæ proprium Deum non haberent, qvandoqvidem rex ad alienum mitteret, de ſalute interrogaturos: juberetqve eos reverti, & regi dicere eum non revaliturum. Qvod qvum Elias feciſſet, nuncii, his auditis, confeſtim ad regem reverſi ſunt. Qvo demirante celeritatem reditus, & cauſam qværente, ajunt ſibi occurriſſe virum qvendam, & vetuiſſe ulterius progredi: juſſiſſeqve, renunciarent ſuo regi Iſraelitarum Dei nomine, qvod morbus in pejus proficiet. Rege vero jubente, ut ſibi figuram hominis illius deſignarent, dicebant hominem eſſe hiſpidum & cingulo coriaceo præcinctum. Qvi cum intelleXiſſet, Eliam per hæc deſcriptum a nunciis, miſit ad eum attrahendum centurionem cum qvinqvaginta militibus. Is repertum in montis vertice deſcendere juſſit, & ad regem venire. In hoc enim ſe miſſum, ut, ni ſponte ſua faciat, vi coactum eo pertrahat. Ille præfatus ſe prodigium editurum, qvo verus propheta noſceretur, & igne ad ſuas preces cælitus miſſo, ipſum una cum militibus conflagraturum, malum hoc eis imprecatus eſt, moxqve candenti turbo delatus centurionem & ejus comitatū perdidit. qvorum clade ad regem perlata, iratus alium centurionem cum totidem militibus ad Eliā mittit: qvi & ipſe cum prophetæ minatus viri eſſet, ni volens ſeqveretur, & hunc ad preces ejus ignis abſumpſit, qvemadmodum alterum. Qvo cognito, rex miſit tertium. Is, qvod eſſet cordatus & manſvetis moribus, poſtqvam pervenit ad locū, ubi tum erat Elias, & amice eum ſalutavit: Nō ignoras, inqvit, qvod, ut regis mandato paream, invitus ad te venio, ſicut & illi, qvi ante me venerunt. Miſertus igitur mei & horum militū volens ac libens deſcende, nosq; ad regem ſeqvere.

Tum Elias delectatus viri civilitate & modestis moribus, descendit ac secutus est. Perductus deinde ad regem, afflatus numine: Hæc, inqvit, dicit Dominus: Qvia me pro Deo non habuisti, qvem de morbo tuo veri nihil prædicere posse putasti, & ad eum, qvi Accaronitis colitur, de valetudine consulendum mittere maluisti, scito te moriturum. Nec multum exinde tempus elapsum, dum ita, ut Elias prædixit, decedens, qvod liberis careret, Joramo fratri succedenti locum fecit, homini patrem cum aliis vitiis, tum maxime impietate referenti. Omisso enim sui Dei cultu, totum se externis religionibus dedidit, vir alioqvi non ignavus, & ad res gerendas satis industrius. Hoc regnante, Elias ex hominibus exemptus est, nec in hodiernum usqve mortalium qvisqvam scire potuit, qvisnam fuerit ejus exitus. Discipulum reliqvit Elisæum, sicut jam ante diximus. De hoc Elia, & Enocho, qvi fuit ante universale diluvium, in sacris libris legimus qvidem exemptos esse è consvetudine mortalium, mortuos tamen esse nemini unqvam fuit cognitum. Cæterum Joramus, accepto post
III. fratrem regno, Moabitarum regi Misæ bellum
4. Reg. 3. inferre statuit, tributum nolenti reddere, qvod Achabo patri antea solvebat, intonsarum pecudum annua ducenta millia. Ergo postqvam domi paravit exercitum, Josaphatum qvoqve per nuncios solicitavit, ut qvandoqvidem amicus esset paternus, auxilia mitteret paranti bellum contra Moabitas, qvi tum recens à suo regno defecerant. At ille non se solum venturum auxilio promisit, sed Idumæorum etiam regem, sibi obnoxium, in eam expeditionem pertracturum. Joramus ubi renunciatum est ei de talibus auxiliis, venit Hierosolyma, & splendide ab ejus loci rege exceptus, cum de communi sententia visũ esset, per Idumeæ deserta, qva minime hostis expectaret, iter facere, cum aliis duobus regibus Hierosolymis profectus est, videlicet cum hospite, & cum rege Idumæorum. & circuitu facto, die septima ducibus itineris aberrantibus, in tantã jumenta & milites aqvarum penuriam incidêrunt, ut, omnibus tantum non desperantibus, Joramus doloris impatiens exclamaret ad Deum, qvanam sua culpa tres reges sine prælio in Moabitarum regis manus traderet? Josaphatus contra, ut virum pium decebat, consolabatur eum: jussitqve perqviri, num qvis in exercitu propheta adesset, per qvem, qvid faciendũ, Deus posset consuli. & indicante qvodam famulo, vidisse se ibi Eliæ discipulum Elisæum Saphati filium, svasu Josaphati tres reges ad illum vadunt: qvumqve ad illius tabernaculum venissent, qvod forte extra castra fixerat, rogabant, qvid futurum esset de exercitu, præcipue Joramus. At ille jussit, ut absisteret, nec molestus esse pergeret, sed potius patris ac matris prophetas consuleret, illos enim esse veridicos: rex precibꝰ urgebat, ut responsũ daret, & periclitantes servaret. At ille juravit, se ei non fuisse responsurum, nisi hoc faceret in gratiam Josaphati viri probi & pii.

A ὑποδεξάμενος ὁ τὴν δεξιότητα τῶν λόγων καὶ τὸ αὐτῶν ἦθος ὁ Ἠλίας, καταβὰς ἠκολούθησεν αὐτῷ. προσελθόντος δὲ πρὸς τὸν βασιλέα, προεφήτευσεν αὐτῷ τὰ μέλλοντα ἐρεῖν. ἐπειδὴ κατήγγειλε αὐτῷ ὡς οὐκ ὄντος θεοῦ, καὶ πρὸς τὴν νόσον αὐτοῦ ἀληθῆ προφητῶν δυναμένου, πρὸς δὲ τὸν ἀκκαρωνιτῶν ἔπεμπες παρ' αὐτὸν πυνθανόμενος πόθεν ἔσχε σε τὸ τέλος τῆς νόσου, γνῶσκε ὅτι τεθνήξῃ. καὶ ὁ μὲν, ὀλίγου σφόδρα χρόνου διελ-
B θόντος, καθὼς προεῖπεν Ἠλίας ἀπέθανε, διαδέχεται δ' αὐτὸν τὴν βασιλείαν, ὁ ἀδελφὸς Ἰώραμος, ἅπαντα κατίσχυσε τὸν βίον. ὁ δὲ Ἰώραμος ἦν τοῦ πατρὸς τὴν πονηρίαν ζηλοῦντος, καὶ ἀσέβειαν πρὸς τὸ θεῖον. παρεὶς γὰρ τὴν θρησκείαν, τὰς ξενικὰς εἰσέβετο. ἐν πᾶσι δὲ πράσσειν κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν, Ἠλίας ἐξ ἀνθρώπων ἠφανίσθη. καὶ οὐδεὶς ἔγνω μέχρις τῆς σήμερα αὐτοῦ τὸ τελευτῆσαν. μαθητὴν δὲ ἐλισσαῖον καταλιπὼν,
C ὡς μὴ πρότερον ἐδηλώσαμεν. πρὸς μὲν τὸν γε Ἠλίαν καὶ ἐνώχου δὲ ζηλωτὴς πρὸς τὴν ἐπιβολὴν, ἐν ταῖς ἱεραῖς ἀναγεγραπται βίβλοις, ὅτι γεγόνασιν ἀφανεῖς. ἰωνάταν δ' αὐτῶν, οὐδεὶς οἶδεν. ὑπολαβὼν δὲ τὴν βασιλέως ὁρμὴν, ὅτι τὸν μωαβιτῶν ἔγνω στρατεύειν βασιλέα, μισῶν ἐνόμισε, φέρειν τελῶν τὰ ἀχαΐδα τῷ πατρὶ αὐτοῦ, μυρίαδας ἑκατὸν προβάτων σὺν τοῖς κριοῖς. σὺν αὐτοῖς οὖν οἰκείαν δύναμιν, ἔπεμψε δὲ πρὸς Ἰωσαφάτην,
D προσκαλῶν αὐτὸν, ἐπεὶ φίλος ἀπ' ἀρχῆς ὑπῆρχε αὐτοῦ τῷ πατρὶ, συμμαχῆσαι πόλεμον ὅτι τοῖς μιαιφόνοις ἐκφέρειν μέλλοντι, ἀποστάντας αὐτοῦ τῆς βασιλείας. ὁ δ' οὐ μόνον αὐτὸς βοηθήσειν ὑπέσχετο. ἀλλὰ καὶ τὸν ἡγεμόνα τὸν βασιλέα συναγαγεῖν ὅσα ὑφ' ἑαυτῷ στρατεύειν. Ἰωσαφάτης δὲ τῆς συμμαχίας κομισθέντων ἀναλαβὼν τὸ αὐτοῦ στράτευμα ἦκεν εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ ξενισθεὶς λαμπρῶς ὑπὸ τοῦ βασιλέως τῶν ἱεροσολυμιτῶν, δόξαν αὐτοῖς
E ἀπὸ τῆς ἐρήμου τὴν ὁδοιπορίαν ποιήσασθαι τὴν ὁδὸν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἡ γὰρ προσδοκηθεῖσα αὐτοῖς ἐμπόδιος ποιήσασθαι τὴν ἔφοδον, ὥρμησαν οἱ τρεῖς βασιλεῖς ἐπὶ τὴν ἱεροσόλυμων. ὅ τε τούτων αὐτῶν, καὶ ὁ τῆς συμμαχίας καὶ ὁ τῆς ἰδουμαίας. καὶ κυκλώσαντες ἑπτὰ ἡμερῶν ὁδὸν, οὐκ ἐπορεύθησαν ὕδατος τοῖς τε κτήνεσι καὶ τῇ στρατιᾷ παρασχεθῆναι, πολλῶν ἐντὸς τοῖς ὁδοῖς αὐτοῖς τῶν ἡγεμόνων, ὡς ἀγωνιῶν μὲν ἅπαντες, μάλιστα δὲ τὸν ἰώραμον, καὶ τὸν
F λίπος ἐκβοῆσαι πρὸς τὸν θεὸν, τί κακὸν αἰτιασάμενος ἀγάγοι τοὺς τρεῖς βασιλέας ἀμαχητὶ παραδώσοντας αὐτοὺς τοῖς μωαβιτῶν βασιλεῖ. παρεθάρρυνε δὲ αὐτὸν Ἰωσαφάτης δικαίως, καὶ πέμψαντα εἰς τὸ στρατόπεδον ἐκέλευσε γνῶναι εἴ τις αὐτοῖς τοῦ θεοῦ προφήτης συνέλθοι, ἵνα δι' αὐτοῦ μάθωμεν παρὰ τοῦ θεοῦ, τί πιστὸν ἡμῖν ἔσται. οἰκέτου δέ τινος τοῦ ἰωράμου φήσαντος
G ἰδεῖν αὐτόθι τὸν Ἠλίου μαθητὴν ἐλισσαῖον ὀνόματι παῖδα, πρὸς αὐτὸν ἀπίασιν οἱ τρεῖς βασιλεῖς, Ἰωσαφάτου παραμένοντος. ἐλθόντες δὲ εἰς τὴν σκηνὴν τοῦ προφήτου, ἔτυχε δὲ ἔξω τῆς παρεμβολῆς καθεσθησόμενος ἐπηρώτων τὸ μέλλον ἔσεσθαι τὰ στρατιᾶς. μάλιστα δὲ ὁ ἰώραμος. ὁ δὲ, μὴ διοχλεῖν αὐτῷ φράσαντος, ἀλλὰ πρὸς τοὺς ἑαυτοῦ πατρὸς καὶ τὰς μητρὸς βαδίζειν προφήτας, ἐναγεῖς γὰρ εἶναι τοὺς ἀληθεῖς, ἐδέετο προφητεύειν σωθέντας αὐτούς. ὁ δὲ, ὁμόσας τὸν θεὸν σὺν ἀνοσιουργίᾳ αὐτῷ, εἰ μὴ διὰ Ἰωσαφάτην ὅσιον ὄντα καὶ δίκαιον. ἀχθε-

ἀχθέντος τε ἀνθρώπου τινὸς ψάλλειν εἰδότος, ἐπι-
ζήτησε γὰρ αὐτὸς, ὡς τὸν ψάλλοντα ἐνθεος γενό-
μενος προσέταξε τοῖς βασιλεῦσιν, ἐν τῷ χειμάῤῥῳ
πολλοὺς ὀρύζαι βόθρους. οὔτε γὰρ νέφους, οὔτε πνεύ-
ματος γενομένου, οὔτε ὑετῷ κατενόησάν τινος, ὄφεσθε
πλήρη τὸν ποταμὸν ὕδατος, ὡς ἂν καὶ τὸν στρατὸν καὶ
τὰ ὑποζύγια σωθῆναι ἡμῖν ἀπὸ δίψης. ἔσαι δὲ ὑ-
μῖν οὐ τοῦτο μόνον ὕδωρ τοῦ θεοῦ, ἀλλὰ καὶ κρατήσετε
τῶν ἐχθρῶν καὶ καλλίσας καὶ ὀχυρωτάτας πό-
λεις λήψεσθε τῶν μωαβιτῶν, καὶ δένδρα μὲν αὐτῶν
κόψετε, τὴν δὲ χώραν θήσετε, πηγὰς δὲ καὶ ποτα-
μοὺς ἐμφράξετε, ταῦτα εἰπόντος τοῦ προφήτου, τῇ
ὑστεραίᾳ πρὶν ἥλιον ἀνασχεῖν, ὁ χειμάῤῥους σφοδρῶς
ἐρρύη. πολὺ γὰρ ἀπὸ τριῶν ἡμερῶν ὁδοῦ ἐν τῇ ἰδου-
μαίᾳ τὸν θεὸν ἔσαν σωτῆρα πεμψάμενοι, ὡς τε ἀρκεῖν τὴν στρα-
τιὰν, καὶ τὰ ὑποζύγια τὸν ἄφθονον. ὡς δ' ἤκουσαν οἱ μωαβῖται τοὺς τρεῖς βασιλέας ἐπ' αὐτοὺς βα-
δίζοντας, καὶ διὰ τῆς ἐρήμου πιοῦσι τὴν ἔφοδον, ὁ βασιλεὺς αὐτῶν σὺν ὅλῃ συλλέξας στρατιὰν σκέ-
λλοσε, διὰ τῶν ὀρῶν συμβάλλεσθαι τὸ στρατόπεδον, ἵνα
αὐτοὺς μὴ λάθωσιν εἰς τὴν χώραν ἐμβαλόντες οἱ πο-
λέμιοι. θεασάμενοι δὲ ὑπὸ τὴν ἀνατολὴν τοῦ ἡλίου
τὸ ὕδωρ (καὶ γὰρ οὐδὲ μακρὰν ἦν τῆς
μωαβίτιδος) αἷμα τὴν χροιὰν ὅμοιον, πεπεῖσθαι γὰρ μᾶλι-
στα πρὸς τὴν αὐγὴν τὸ ὕδωρ ἐρυθρόν εἶναι, ψευδῆ
δόξαν τοῖς τῶν πολεμίων ἐλάμβανον ὡς ἀπεκτονο-
κότων ἑαυτοὺς διὰ δίψος, καὶ τὸ ποταμοῦ αἷμα αὐ-
τοῖς φέοντας. τοῦτο τοίνυν οὕτως ἔχειν ὑπολαβόντες ἠ-
ξίωσαν αὐτοὺς ἤδη διαρπαγὴν τῶν πολεμίων σκηνώ-
σαι τὸν βασιλέα. καὶ πάντες ὡρμήσαντες ὡς ἐπὶ
τιμὴν ὠφέλειαν, ἦλθον εἰς τὸ τῶν ἐχθρῶν στρατόπε-
δον εἰς ἀπόλωλότων. καὶ διαφυδόντας μὲν αὐτοὺς ἡ
ἰδία αὐτῶν. συβησάντων δὲ τῶν πολεμίων οἱ μὲν αὐτῶν
κατέκοψαν, οἱ δὲ, διεσπάρησαν εἰς τὴν ἰδίαν χώ-
ραν φεύγοντες. ἐμβαλόντες δὲ εἰς τὴν μωαβιτῶν οἱ
βασιλεῖς, τάς τε πόλεις κατασκάψαντες τὰς ἐν αὐ-
τῇ, καὶ πᾶς ἀγροὺς αὐτῶν διήρπασαν, καὶ ἠφάνη-
σαν πληροῦντες τῶν ἐκ τῶν χειμάῤῥων λίθων, καὶ τὰ
κάλλιστα τῶν δένδρων ἐξέκοψαν, καὶ τὰς πηγὰς ἐπέ-
φραξαν τῶν ὑδάτων, καὶ τὰ τείχη καθεῖλον ἕως ἐ-
δάφους. ὁ δὲ βασιλεὺς τῶν μωαβιτῶν σωδιωκόμενος
τῇ πλεονεξίᾳ, καὶ τὴν πόλιν ἐρῶν κινδυνεύουσαν ἀναι-
ρεθῆναι κατεπειράτο, ὥρμησε μεθ' ἑπτακοσίων ἐξελ-
θὼν διὰ τῶν πολεμίων ἐξιππάσασθαι στρατοπέδου,
καθ' ὃ μέρος αὐτοὺς ἐνόμιζε τὰς φυλακὰς ἀνειμένας. καὶ
πεισθεὶς, οὐκ ἠδυνήθη φυγεῖν, ἀπιτυγχάνει γὰρ ἀπ-
μελῶς φρουρουμένου τοῦ τόπου. ἐπορεύετο δ' εἰς τὴν
πόλιν, ἔργον ἀπογνώσεως, ἐδοκεῖ ἀνάγκης διεπε-
άζετο. τὸν μὲν τὸν πρεσβύτερον, ὃς μετ' αὐτὸν βασι-
λεύειν ἔμελλεν, ἀναπαγὼν ἐπὶ τὸ τεῖχος, ὡς τε πᾶσι
φανερὸν γενέσθαι τοῖς πολεμίοις, ἱερουργήσειν εἰς ὁλο-
καύτωσιν τοῦ θεῷ. θεασάμενοι δ' αὐτὸν οἱ βασιλεῖς,
κατώκτισαν τῆς ἀνάγκης. καὶ παθόντες ἀνθρώπινόν
τι καὶ ἐλεεινὸν, διέλυσαν τὴν πολιορκίαν, καὶ ἕκας-
τος εἰς τὴν οἰκίαν ἀνέστρεψεν. ἰωσαφάτης δ' ὑποστρέφων
εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ μετ' εἰρήνης διαγαγών, ὀλί-
γον ὑπερβάσας χρόνον μετὰ τὴν στρατείαν τελευτᾷ βιώ-
σας, ζήσας ἀριθμὸν ἐτῶν ἑξήκοντα, βασιλεύσας δ' ἐξ αὐτῶν πέντε καὶ εἴκοσι. ταφῆς δ' ἔτυχε μεγαλοπρε-
ποῦς ἐν ἱεροσολύμοις. καὶ γὰρ ἐκεῖνος μιμητὴς τῶν δαβίδου ἔργων.

Accito deinde psalte quodam, sic enim vates postularat, eo psallente, correptus divino spiritu, jussit reges in alveo torrentis multas fossas facere. nam absque vento & pluvia visuros alveum repletum aquis, ita ut, militi & jumentis abunde potu suppetente, nullum amplius à siti periculum timeatur. Nec hoc solum, inquit, vobis à Deo continget, sed & copias hostium ejus ope profligabitis, & arbores excidetis, & regionem vastabitis, & fontes ac rivos obturabitis. Hæc loqvuto propheta, seqventi die prius quam sol oriretur, torrens magno impetu ferri cœpit, auctus imbribus, qui in Idumæam trium dierum itinere inde distantem demissi fuerant: ut & jumentis & militi largissima adesset potus copia. Rex autem Moabitarum, ut audivit tres reges contra se adventare, à deserto invasuros, excita omni sua militia, jussit eos in finibus occurrere, ne clam in ditionem suam impetum facerent, qui videntes, ex oriente sole aquam in torrente (non procul enim à terra Moabitide aberat) colore sanguineam, qvod eo tempore maximè aqua radiis icta rutilet, falsò opinati sunt hostes propter sitim in semetipsos arma vertisse, & eorum sanguinem per torrentem defluere: & cum hac persuasione regem suum adeuntes, rogabant, ut eos ad diripienda hostilia castra ire permitteret. quo impetrato, ruentes velut ad paratam prædam, ad Hebræorum castra perveniunt. Sed valde eos sua spes frustrata est. Coorientibus enim in eos undique hostibus, partim cæsi sunt, partim dispalati fugiendo ægrè in terram suam evaserunt. Reges vero agros Moabitarum ingressi, dirutis oppidis, totam regionem prædis abactis exhauserunt, & rura eorum glarea torrentis operierunt, & optimas quasque arbores exciderunt, fontesque aquarum obturaverunt, mœnibus ubique solo æquatis. Rex ipse compulsus in quandam urbem, & obsessus, veritus, ne expugnata illa caperetur, erumpere cum septingentis equitibus tentavit, qua parte negligentiores excubiæ visæ sunt, qvod ubi præter spem non successit, in urbem reversus rem extremæ necessitatis & desperationis aggreditur. seniorem enim filium, qui regni successor destinatus fuerat, productum in mœnia, toto hostili exercitu inspectante, holocautoma Deo sacrificat. Reges vero, hoc viso, tantam necessitatem miserati, & humanarum vicissitudinum memores, soluta obsidione, domum quisque suam reversi sunt. Josaphatus verò post hanc expeditionem pacatus quidem, sed non diu Hierosolymis supervixit, exacto vitæ anno sexagesimo, regni vigesimo qvinto: sepultusqve est in ea urbe magnifice, quemadmodum Davidis imitatorem sepeliri decuit.

CAP. II.

Joramus Hierosolymorum rex principatum adeptus fratres & paternos amicos interficit.

E Filiis, quos complures reliquit superstites, Joramus natu maximus patris voluntate in regnum successit, cum Israelitarum rege commune nomen habens, uxoris suæ fratre, qui Achabi fuit filius, & tum recens à Moabitico bello Samariam reversus Elisæum secum adduxerat. Ejus prophetæ res memorabiles è sacris libris huc transcriptas inserere nostræ narrationi, operæ pretium duximus. Obediæ uxor, qui Achabi dispensator fuerat, tunc vidua, Elisæum adiit, dicens, nec ipsum ignorare, qvod ea persecutione, qva Jezabela in prophetas sæviebat, maritus ejus centum ex eo numero servaverat: qvos ut alere clam posset, multum æris alieni contraxerat. nunc illo defuncto, creditores & ipsam & liberos in servitutem velle rapere. quapropter orabat, ut ob hoc mariti benefactum ejus misertus opem aliquam præsentem afferret. Qvo scitante, ecquid domi haberet, nihil se habere ait, præter olei paululum in fidelia. tum propheta jubet illam ire, &, acceptis commodato à vicinis vacuis vasis compluribus, foribusque cubiculi clausis, in omnia oleum id indere. Deum enim repleturum omnia. Paruit mulier, & repletis ad unum omnibus, ad prophetam reversa, rem totam illi retulit. Ille consuluit, ut, divendito oleo, debitum creditoribus redderet. aliquantum enim de olei pretio supe[r]fore, qvod ad liberorum alimenta valeat. atqui in hunc modum mulier
4. Reg. 6. à creditorum molestia liberata est. Idem Joramum per nuncios admonuit, ut locum quendam caveret, in qvo à Syris, occidere eum volentibus, insidiæ positæ fuerant. Qvo factum est, ut ille præmonitus venatum non iret. Adadus autem, frustratis insidiis, indignatus est, ratus eas à suis detectas: &, vocatis domesticis, per convitium proditores appellavit, minatus etiam mortem, eo qvod rem solis creditam hostis per eos cognoverit. Qvodam autem respondente, non recte eum facere, qvod proditionis amicos insimularet, & suspicaretur ab ipsis detectos, qui ad hostem intercipiendum missi fuerant: sed scire debere, qvod Elisæus propheta nihil non indicet, prodatque vel occultissima consilia: jussit eos per nuncios explorare, in quanam urbe Elisæus habitet: renunciatumque est ei apud Dothaim hominem degere. Ac mox illuc aliqvot equitum turmas misit cum curribus, qui Elisæum comprehenderent: qui noctu urbem circumventam circumquaqve custodiebant. Diluculo autem minister prophetæ, re cognita, qvod hostes vellent eum capere, trepidè accurrens hoc illi indicat. At ille famulum ponere metum, & bono animo esse hortatus est, & ipse interim securus & fidens divino auxilio:

Κεφάλαιον β'.

Ως ἰώραμος βασιλεὺς τῶν ἱεροσολυμιτῶν, τὴν ἀρχὴν παρὰ πάντων λαβών, τοὺς ἀδελφοὺς καὶ τοὺς πατρῴους φίλους ἀπέκτεινεν.

φὸς αὐτιόχου ὁ κληθεὶς ἐπιφανὴς, τὴν βασιλείαν in finibus Arabiæ & Judææ trans Jordanem ſitæ,
ἐπῆρε. πλουτᾶν δὲ καὶ πτολεμαῖος ὁ τῆς αἰγύπτου non procul regione Eſſebonitide. præfuitq; illi
βασιλεὺς, καὶ αὐτὸς καλούμενος ἐπιφανὴς, κατα- tractui per ſeptennium, toto tempore, qvo Seleu-
λιπὼν δύο παῖδας, ἔτι βραχεῖς τὴν ἡλικίαν. cus regnavit in Syria: poſt cujus obitum Antio-
chus ejus frater in regnum ſucceſſit, qvi cognominatus eſt Epiphanes. Moritur etiam Ptolemæ-
us & ipſe eodem cognomento Epiphanes dictus, ſuperſtitibus duobus filiis impuberibus:

qvorum grandiori Philometor cognomen indi-
tum, minori vero Physcon. Hyrcanus autem
videns præpotentem Antiochum, & veritus, ne
in potestatem ejus redactus pœnas daret eorum,
qvæ contra Arabas ausus fuerat, ipse sibi manus
intulit: possessionem vero ejus universam oc-
cupavit Antiochus.

ὧν ὁ μὲν πρεσβύτερος φιλομήτωρ ἐκαλεῖτο, φύσκων
δ' ὁ νεώτερος. ὑρκανὸς δ' ὁρῶν μεγάλῳ δυνάμει κε-
χοσμημένον τὸν ἀντίοχον, καὶ δείσας μὴ καὶ σὺλληφθεὶς ὑπ' αὐτοῦ
κολασθῇ διὰ τὰ πρὸς τοὺς Ἄραβας αὐτῷ πεπραγμένα,
τελευτᾷ τὸν βίον αὐτόχειρ αὐτὸς γενόμενος. τὴν δ' οὐσί-
αν αὐτοῦ πᾶσαν ἀντίοχος λαμβάνει.

CAP. VI.

Judæi seditionibus agitati Antiochi opem invocant.

Κεφάλαιον ς'.

Στάσις τῶν δυνατῶν ἰουδαίων πρὸς ἀλλήλους, καὶ ὡς ἐπικαλέσαντο ἀντίοχον.

VI. 1. *Macb.* 1. IS, defuncto per idem tempus Onia pontifice, fratri ejus Jesu id sacerdotium contulit, qvod filius superstes etiam tum esset parvulus, de qvo suo loco dicetur. Hic Jesus privatus est eo sacerdotio per regis indignationem, moxqve in Oniam fratrum minimum pontificatus translatus est. Simoni enim hi tres fuerunt filii, ad qvos omnes pontificatus pervenit, ut indicavimus. Cæterum Jesus Jasonem se vocari maluit, sicut alter frater pro Onia Menelaus dictus est. Concitata autem per fratrem contra novum pontificem Menelaum seditione, & populo in partes scisso, Tobiæ filii steterunt a Menelai partibus: major autem populi pars factionem Jasonis seqvebatur. qvorum vim non sustinentes Menelaus & Tobiæ filii secesserunt ad Antiochum, dicentes se velle, relictis patriis institutis ac legibus, religionem regis & Græcanicos ritus assumere: rogaveruntqve eum, ut sibi permitteret gymnasium Hierosolymis extruere. qvo impetrato, adduxerunt sibi præputia, ut nudi quoque non essent Græcis dissimiles: &, contemptis omnibus patriis ritibus, imitabantur mores exterarum gentium. Antiochus autem domi usus fortuna prospera, expeditionem Ægyptiam tentare statuit, captus ejus regionis cupidine, & contempta Ptolemæi filiorum ætate, rebus administrandis nondum idonea. Profectus igitur cum magno exercitu Pelusium, astu circumvento Philometore, Ægyptum occupat, & redacta prius in potestatem Memphi, locisqve circumvicinis, ad Alexandriam duxit, & urbem & regem subjugaturus. Sed omnes ejus conatus unica Romanorum denuntiatione repressi sunt, ita ut jam occupata relinqveret, sicut & alias diximus. Nunc prolixius narrabimus de hoc rege, qvomodo Judæam ac templum occupaverit, qvod in prioribus commentariis breviter tantum perstrinximus, ut necesse sit idem altius repetere.

Ὑπὸ δὴ τὸν αὐτὸν καιρὸν ἀποθνήσκοντος Ὀνίου τοῦ ἱερέως, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Ἰησοῦν τὴν ἱερωσύνην διδοῦσι, ἔτι γὰρ παῖς ἦν Ὀνίας καταλελειπώς, ὃν ὕστερον ἐροῦμεν. Ἰησοῦς δ' ὑπὸ τοῦ βασιλέως ἀποστερηθεὶς τῆς ἱερωσύνης, εἰς Ὀνίαν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ μετῆλθε τὴν ἀρχιερωσύνην. ὃς καὶ παῖς ἔτι ὢν ἐτύγχανε. διὸ καὶ ἐκεῖνος μὲν Ἰάσων ἐκαλεῖτο, ὁ δὲ Μενέλαος ἐπεκλήθη, ἐπειδὴ τὸν ἀδελφὸν ἐκεῖνος ἐκάλει. ἐπεὶ δὲ ὁ Μενέλαος ἀντὶ τοῦ Ἰάσονος ἀρχιερεὺς ἀπεδείχθη, καὶ τὸν Ἰάσονα ἐκεῖνος ἐκάλει, καὶ ὁ Μενέλαος ἐκάλει, ἐκ τῶν ἑκατέρου, ἐκ τῆς μὲν Μενελάου μοίρας, οἱ τοῦδε παῖδες ἐγένοντο. τοῦ δὲ πλήθους δὲ λαοῦ τὸ ἴσον σφῶν ἐλάμβανε. ὑφ' ὧν δὴ πονούμενοι, ὅτε μὲν Μενέλαος καὶ οἱ τοῦδε παῖδες πρὸς ἀντίοχον ἀνεχώρησαν, δηλοῦντες αὐτῷ ἐπιθυμεῖν τοὺς πατρίους νόμους καταλιπόντες, καὶ τὴν αὐτῶν πολιτείαν, ἕπεσθαι τοῖς βασιλικοῖς, καὶ τὴν ἑλληνικὴν πολιτείαν ἔχειν. παρεκάλεσαν σφῶν αὐτὸν ἐπιτρέψαι αὐτοῖς, γυμνάσιον ἐν ἱεροσολύμοις συγχωρήσαντος δὲ καὶ τὴν τῶν ἀρόδων περιποίησιν ἐπιτελέσαι, ὡς ἂν εἶεν καὶ τοῖς Ἕλλησι τὴν ἀπόδυσιν ἑλκύσαντες. τότε ἄλλα πάνθ' ὅσα νόμῳ αὐτοῖς πάτρια παρέντες, ἐμιμοῦντό τε τὰ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἔργα. ἀντίοχος δὲ τὴν βασιλείαν αὐτοῦ χωρούσης καὶ τρόπον, ὅτι τὴν αἰγύπτου ἐγὼ στρατεύσω, πόθον αὐτῆς λαβών, καὶ διὰ τοῦτ' πολεμίους πολλοὺς καταφρονεῖν, ἀδυνάτους ἔτι πεγκαιστα, καὶ μηδέπω πεῖραμα τηλικοῦτο διέπειν δυνάμενα. ἐμόμην οὖν μὴ πολλῆς δυνάμεως καὶ τὸ πλῆθος, θόλῳ τὸν φιλομήτορα πολεμοῦν πελθών, καταλαμβάνει τὴν αἴγυπτον. καὶ ἐμὲ μὲν ἐν τοῖς ἐμέμφιν τόποις, καὶ κατασχὼν ταύτην ὥρμησεν ὅπως τὴν ἀλεξάνδρειαν, ὡς πλουσίαν παρασησόμενος αὐτὴν, καὶ τὸν ἐκεῖ βασιλεύοντα χειρωσόμενος πολεμοῦν. ἀπεκρούσθη δ', οὐ τῆς ἀλεξανδρείας μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς ὅλης αἰγύπτου, ῥωμαίων αὐτῷ ἀπαγορευσάντων ἀπέχεσθαι τῆς χώρας, καθὼς ἤδη τε καὶ πρότερον ἐν ἄλλοις δεδηλώκαμεν. διηγήσομαι δὲ καὶ μέρος τι τῶν περὶ ἐκεῖνον βασιλέα, ὃς τὴν ἰουδαίαν ἐχειρώσατο, καὶ τὸν ναὸν ἐν ᾧ τῇ πρώτῃ μου πραγματείᾳ, κεφαλαιωδῶς αὐτῶν ἐπιμνησθείς, ἀναγκαῖον ἡγησάμην νῦν εἰς τὸν ἐπ' ἀκριβὲς αὐτῶν ἐπανελθεῖν ὑφήγησιν.

Κεφά-

Κεφάλαιον ζ'. CAP. VII.

Οπ γρατδυσάμενος ἀντίοχος τὴν ἱεροσόλυμα, τὴν τε πόλιν παρέλαβε, καὶ τὸν ναὸν ἐσύλησεν.

Quemadmodum Antiochus, ducto Hierosolyma exercitu, occupatoque ejus urbis dominio, templum etiam spoliaverit.

Ὑποστρέψας ἀπὸ τῆς αἰγύπτου διὰ τὸ τῶν Ῥωμαίων δέος ὁ βασιλεὺς ἀντίοχος, ἐπὶ τὴν ἱεροσολυμιτῶν πόλιν ἐξεστράτευσε· καὶ χωρήσας ἐν αὐτῇ ἔτει ἑκατοστῷ καὶ τεσσαρακοστῷ καὶ τρίτῳ, μ̄ τὰς ἀπὸ σελεύκου βασιλείας, ἀμαχητὶ λαμβάνει τὴν πόλιν, ἀνοιξάντων αὐτῷ τὰς πύλας, ὅσοι τῆς ἐκείνου προαιρέσεως ἦσαν. ἐγκρατὴς δ' ἐστὶ τῶν ἱεροσολύμων γεγονὼς, πολλοὺς ἀπέκτεινεν, τῶν ἐναντία φρονούντων. ἐχρημάτισε πολλὰ συλήσας, καὶ ἀπέστρεψεν εἰς ἀντιόχειαν. συνέβη δὲ μ̄ ἔτη δύο τῆς ἑκατοστῆς καὶ τεσσαρακοστῆς καὶ πέμπτης ἔτει, μηνὸς πέμπτη καὶ εἰκάδι, ὃς καλεῖται χ̄ῳ παρ' ἡμᾶς, χασλεύς, χ̄ῳ δὲ μακεδόνας, ἀπελλαῖος, ὀλυμπιάδι ρν γ', μ̄ πολλῆς δυνάμεως ἀναβλύσας τὸν βασιλέα εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ προσποιησάμενον εἰρήνην ἀπάτῃ εἰσῆλθε τῆς πόλεως. ἐφείσατο δὴ τότε, οὐδὲ τ̄ εἰκάδα μῆνα ὧν αὐτὸν, διὰ τ̄ ἐν τῷ ναῷ πολὺν, ἀλλ' ἐπὶ πολὺ πλεονεξίας, χρυσὸν γὰρ εὗρε πολὺν ἐν τῷ ἱερῷ, καὶ τ̄ ἄλλον τ̄ ἀναθημάτων κόσμον πολυτελέστατον, ἵνα συλήσῃ δ' ἦν, ὑπέμενε τὰς ἐκ τοῦ θεοῦ ἐκείνας αὐτῷ ἀπονδὰς ἀδικίαν. εἰσδύσας οὖν τὸν ναὸν ὡς καὶ τὰ σκεύη δὴ τὰ βαρέα, λυχνίας χρυσᾶς, καὶ βωμὸν χρύσεον, καὶ τράπεζαν καὶ τὰ θυσιαστήρια, καὶ μηδὲ τ̄ καθαρτικῶν ἀποχρώμενος, ἅπερ ἐν βύσσῳ καὶ κόκκῳ πεποίηται, κενώσας καὶ τοὺς θησαυροὺς τοὺς ἀποκρύφους, καὶ μηδὲν ὅλως ὑπολιπών, εἰς μέγα τοὺς ἰουδαίους ἐπὶ τοῖς πένθος ἐνέβαλε. καὶ γὰρ τοὺς καθημερινὰς θυσίας ἀς προσέφερον τῷ θεῷ καὶ τ̄ νόμον, ἐκώλυσεν αὐτοὺς προσφέρειν, καὶ διαρπάσας πᾶσαν τὴν πόλιν, τοὺς μὲν ἀπέκτεινε, τοὺς δ' αἰχμαλώτους γυναιξὶν ἅμα καὶ τέκνοις ἔλαβε, ὡς τ̄ ζωγρηθέντων ἐκ μυρίους ἦν ὁ ἀριθμὸς τὸ πλῆθος. ἐνέπρησε δ' αὐτῆς τὰ κάλλιστα, καὶ καθεῖλεν τὸ τεῖχος, τὸ ἐν τῇ κάτω πόλει ᾠκοδομημένον ἄκρον, ἦν γὰρ ὑψηλὴ καὶ ὑπερκειμένη τὸ ἱερόν. καὶ διὰ τ̄ αὐτὴν ἐχυρώσας τείχεσιν ὑψηλοῖς καὶ πύργοις, φρούριον μακεδονικὴν ἐγκατέστησεν. ἔρημον δ' ἐκεῖ ἦτον ἐν τῇ ἄκρᾳ, καὶ δ' πλῆθος οἱ ἀσεβεῖς καὶ πονηροὶ τὸν τρόπον, ὑφ' ὧν πολλὰ δεινὰ τοὺς πολίτας συνέβη παθεῖν. ἐπῳκοδομήσας γὰρ καὶ τῷ θυσιαστηρίῳ βωμὸν ὁ βασιλεὺς, σύας ἐπ' αὐτοῦ κατέσφαξε, θυσίαν ἀνόμιμον οὐδὲ πάτριον τῇ ἰουδαίων θρησκείᾳ ταύτην ὑπῆρχεν. ἠνάγκασε δ' αὐτοὺς ἀφεμένους τ̄ περὶ τὸν αὐτῶν θεὸν θρησκείας, τοὺς ὑπ' αὐτοῦ νομιζομένους σέβεσθαι, οἰκοδομήσαντας γὰρ ἐν ἑκάστῃ πόλει καὶ κώμῃ τεμένη αὐτῶν καὶ βωμοὺς καθιδρύσαντας, θύειν ἐπ' αὐτοῖς σῦς καθημέραν. σκέλλοντι δ', καὶ μὴ περιτέμνειν αὐτοὺς τὰ τέκνα, κόλασιν ἀπειλήσας ἐκ τῶν ἐναντίων εὐρεθείη. κατέσησε δὲ ἐπισκόπους, οἳ προσαναγκάσουσιν αὐτοὺς τὰ ἐπεταλμένα ποιεῖν. καὶ πολλοὶ μὲν τῶν ἰουδαίων, οἱ μὲν ἑκόντι, οἱ δὲ καὶ δι' εὐλάβειαν τ̄ ἐπηγγελμένης τιμωρίας, κατηκολούθουν οἷς ὁ βασιλεὺς διετέτακτο. οἱ δὲ δοκιμώτατοι, καὶ τὰς ψυχὰς εὐγενεῖς, οὐκ ἐφρόντισαν αὐτῶν, τῶν δὲ πατρίων ἐθῶν πλείονα λόγον ἔχον, ἢ τῆς τιμωρίας, διὸ οὐ πειθομένοις ἠπείλησεν αὐτοῖς. καὶ διὰ δ' τε χ̄ῳ πάσαν ἡμέραν αἰκιζόμενοι καὶ πικρὰς βασάνους προφέροντες ἀπέθνησκον. καὶ γὰρ μαστιγούμενοι, καὶ

REversus ab Ægypto, quam metu Romanorum reliqverat rex Antiochus, ad Hierosolymitarum urbem movit exercitum: & ingressus eam centesimo qvadragesimo tertio anno, ex qvo primum ad Seleuci familiam Syriæ regnum devenerat, sine ullo negotio dominus ejus factus est, admissus apertis portis per suæ factionis homines. quam dominationem crudeliter exercuit, necatis permultis, qui diversarum erant partium, direptisqve pecuniis & asportatis Antiochiam. Ea clades accidit anno secundo post urbem captam, regni ejus familiæ centesimo qvadragesimo quinto, vigesimaqvinta ejus mensis, qui Chasleus nostris dicitur, Macedonibus Apellæus, Olympiade centesima quinquagesima tertia, quando ne his quidem est parcitum, qui quasi pacate venienti portas aperuerant, quo majore licentia grassatum est in templi divitias: quæ cum essent maximi precii, visæ sunt satis amplum violati fœderis præmium. Spoliato igitur templo, & ablatis vasis sacri ministerii, & inter cætera candelabris aureis, altari aureo, mensaqve propositionis, quam vocant, ac ne aulæis quidem relictis, quæ e cocco ac byssо constabant, evacuatis etiam thesauris reconditis, ita ut nihil omnino relinqueret, conjecit Judæos in luctum maximum. nam & quotidiana sacra juxta legis præscriptum vetuit eos facere: direptaqve tota urbe, habitatores partim necavit, partim captivos una cum liberis & uxoribus abduxit, usqve ad decem millium numerum. Incendit etiam ædificiorum ejus quicquid erat pulcherrimum, & demolitus mœnia, in inferiore urbe arcem condidit. erat enim editiore loco sita, ipsi templo imminens. quapropter bene prius firmatæ mœnibus ac turribus Macedonicum præsidium imposuit. admixti tamen erant ex impiis Judæis scelestissimi, a quibus plurimum vexata fuit civitas. In templo quoque ara posita, porcos mactavit sacrificium a Judæorum religione alieniſſimum: & cogebat omnes, abrogato veri Dei cultu, ipsius venerari numina: & oppidatim extructis templis atqve altaribus, porcinas in eis qvotidie jugulare victimas. Comminatus est etiam gravem pœnam, si quis liberos circumcideret, constitutis, qui mandata exigerent, atqve etiam vi ad ea servanda detrectantes cogerent. Et maxima quidem Judæorum pars vel sponte vel metu supplicii parebat edictis regiis. qui vero probatiores erant, & generosæ indolis, majorem rationem habuerunt moris patrii, qvam pœnæ intentatæ sibi per adversarios. qvãobrẽ quotidie necabãtur excruciati tormentis crudelissimis. Flagris enim cæsi &

VI.

lacerati corpora, vivi adhuc & spirantes suffigebantur crucibus. Uxores autem eorum & circumcisos liberos strangulabant juxta mandatum regium, & suspendebant a crucifixorum parentum cervicibus. abolebatur etiam, ubicunq; repertum esset sacrum volumen aliquod, & ipsi, apud qvos inventum esset, mali male peribant. Samaritæ autem videntes in tali calamitate constitutos Judæos, non amplius profitebantur se cognatos eorum, neq; Garizitanum templum esse Dei maximi, nihil absonum facientes a suo ingenio, de quo ante diximus: sed dicentes se Medorum & Persarum colonos, ut re vera sunt, miserunt legationem ad Antiochum, cum epistola scripta in hunc modum: Regi Antiocho Deo illustri suggestio a Sidoniis in Sicimis habitantibus. Majores nostri compulsi crebris suæ regionis pestilentiis, & inducti veteri quadam superstitione, morem fecerunt observandi eam festivitatem, quæ apud Judæos vocatur Sabbatum: &, extructo in Garizino monte templo innominati numinis, immolaverunt in eo solennes victimas. Nunc autem, ex quo tibi visum est in Judæos, ut eorum malitia dignum est, animadvertere, qui exeqvuntur mandata regia, existimantes nos hæc propter eorum cognationem facere, volunt nos in communem cum illis causam involvere, cum simus ab origine Sidonii, qvemadmodum extat relatum in nostris annalibus. Rogamus igitur te servatorem ac beneficum, ut mandes Apollonio nostro præsidi, & Nicanori procuratori regio, ne qvid posthac nobis molesti sint qvasi hærentibus in eodem cum Judæis crimine, a quibus tam diversi sumus moribus quam origine: utqve templum, qvod hactenus nullius Dei titulum habuit, posthac vocetur Jovis Græcanici. hoc enim pacto erimus a molestiis liberi: & securius intendentes privatis negotiis, majora tibi poterimus tributa solvere. Post hanc Samaritarum supplicationem, rex & ipsam & talem epistolam remisit. Rex Antiochus Nicanori. Sidonii, qui sunt apud Sicima, miserunt ad nos suggestionem, qvam his literis adjunximus. Quoniam igitur nobis & amicorum consilio satis approbaverunt, qvi in hoc missi sunt, qvod alieni sint a Judæorum criminibus, & placet illis juxta Græcorum instituta vivere, absolvimus eos, qvantum ad hanc causam & eorum templum attinet, qvod posthac appelletur Jovis Græcanici. Eadem autem & Apollonio magistratui scripsimus, anno qvadragesimo sexto, mensis Hecatombæonis undecima.

A

B

C

D

E

F

G

CAP. VIII.

Antiocho vetante Judæos uti patriis legibus, solus Assamonæi filius Matthias regem contempsit, profligatis etiam ejus ducibus.

1. Macch. 2

EOdem tempore habitabat in Modim vico Judææ quidam Matthias nomine, filius Joannis, qvi fuit Simeonis ex Assamonæo geniti, sacerdos ex vice Joaribi, Hierosolymita genere: erantqve ei filii qvinqve, Joannes qui & Gaddis cognominabatur, Simon qvi & Matthes, Judas qvi & Maccabæus, Elea-

Κεφάλαιον ή.

Ως ἀντίοχος κωλύσαντος τοῖς πατρίοις νόμοις χ
σας τοὺς ἰουδαίους, μόνος ἀσσαμωναῖος πῶς μετ
κατεφρόνησε βασιλέως, & τοὺς ἀντίοχος στρατη
ἐνίκησε.

ΚΑτὰ δὲ τὸν αὐτὸν καιρὸν, ἐν τῖς κώμη τῆς ἰουδαίας ὄνομα, ματθίας υἱὸς ἰωαν
νου, τοῦ συμεῶνος, τοῦ ἀσσαμωναίου, ἱερεύς,
ἐφημερείας ἰωαρείβους, ἱεροσολυμίτης ἦσαν δὲ αὐτῷ υἱοὶ
ἰωάννης ὁ καλούμενος γάδδης, & σίμων ὁ καλούμενος
ματθῆς, & ἰούδας ὁ καλούμενος μακκαβαῖος, & ἐλεα-

ζαρος

ζαρ ὁ κληθεὶς αὐρὰν, καὶ ἰωνάθης ὁ κληθεὶς ἀπ- A zarus qui & Auran, Jonathas qui & Aphus vocabatur. Is Matthias ſæpenumero qveſtus eſt apud filios de tam afflicto rerum ſtatu, direptione urbis, deprædatione templi cæterisqve calamitatibus, ajebatqve præſtare mori eos pro patriis legibus, qvam ſic inglorie vivere. Cumqve veniſſent in eum vicum in hoc a rege conſtituti, ut Judæos ad mandata ejus cogerent: & poſtularent, ut Matthias cæteris autoritate potior, ad exemplum aliorum primus profana ſacra faceret, oſtentantes a rege præmia: negavit ſe hoc facturum, etiam ſi omnes gentes Antiochi imperata facerent: ac ne liberis quidem ipſius perſvaderi, ut patriam religionem deſerant. Ut vero, ſilente eo, Judæus qvidam in medium progreſſus cœpit immolare juxta mandatum regium, non amplius ferens indignitatem rei irruit in eum cum ſuis filiis armatus gladiis: nec ſolum eum trucidavit, ſed etiam Apellem regium ducem cum ſuis militibus, qui volebant plebem eam cogere: diruta qve ara, exclamavit: Si cui eſt cordi religionis incolumitas, me ſequatur. Et cum dicto comitantibus filiis in deſertum ſe contulit, relictis in vico facultatibus. Id imitata plebs reliqva, & ipſi cum familiis in idem deſertum profugerunt, ibiqve victitabant in ſpecubus. Quo audito, duces regii, præſidio Hieroſolymitanæ arcis aſſumpto, Judæos in deſertum perſecuti ſunt. qvos aſſecuti, primum verbis perſvadere conati ſunt, ut ab incepto deſiſterent, & admittentes rectius conſilium, non imponerent ſibi neceſſitatem ſæviendi hoſtiliter: & cum nihil proficerent apud obſtinatos, aggreſſi ſunt eos die ſabbati, & ita, ut erant in ſpeluncis, exuſſerunt, non repugnantes, ac ne aditus qvidem ſpeluncarum obturantes. Etenim propter religionem diei repugnare nolebant, ac ne in adverſitatibus quidem violare honorem ſabbati, quando lex jubet feriari ab omni opere. Itaqve perierunt cum uxoribus & liberis ſuffocati in ſpeluncis circiter mille. multi etiam elapſi adjunxerunt ſe Matthiæ, eumqve principem ſibi elegerunt. At ille docuit eos, pugnandum etiam ſabbatis, aut ſi ita pergant, ipſos ſibi futuros exitio, hoſtibus eam occaſionem obſervantibus, & non niſi ſabbato illos aggredientibus, atqve ita fore, ut vel ſine certamine omnes facile opprimantur. Hæc locutus perſvaſit eis: & in hodiernum usqve mos hic permanet, ut, ſi ita neceſſitas poſtulet, pugnent etiam ſabbatis. Collecta igitur circa ſe non contemnenda manu, & altaria diruit, & prolapſos in impietatem, quotquot adipiſci potuit, trucidavit. confluebant enim ad eum quos ante metus per circumvicinas gentes ſparſerat. pueros etiam juſſit circumcidere, qvi hactenus vetiti fuerãt, expulſis, qui ad hoc, ut vetarent, conſtituti erant ab Antiocho. Exacto autẽ anno poſt principatum, morbo correptus, convocatis ad ſe liberis: Eqvidem, inqvit, filii, jã fa-

φὼς, ἔτ ουὼ ὁ μαθθίας ἀπωδύρετο τοῖς τέκνοις τὴν καπάωσιν τῶν πραγμάτων, καὶ τὴν τῆς πόλεως διαρπαγὴν, καὶ τὸν ναὸν τὴν σύλησιν, τὴν δὲ παλὴν τὰς συμφορὰς. ἔλεγέ τε κρεῖττον αὐτοῖς εἶναι ὑπὲρ τῶν πατρίων νόμων ἀποθανεῖν, ἢ ζῆν ὕτως ἀδόξως. ἐλθόντων δὲ εἰς τὴν μωδεὶμ κώμην τῶν ὑπὸ βασιλέως καθισταμένων ἵνα τοὺς πείθειν ἀναγκάζειν τὰς ἰουδαίους ἃ διετέτακτο, καὶ θύειν τοῖς ἐκεῖ κελεύουσιν ὡς ὁ βασιλεὺς κελεύοι, B ἀλλ' οὐ τὴν δόξαν, τήν τε ἀλλὰ πᾶσαν, καὶ ἀλλὰ τὴν εὐπρέπειαν, ἀξιούντων τὸν ματθίαν πρωτοκαθέρχειν τῶν θυσιῶν, καλούμενον δὲ αὐτῷ καὶ τοὺς πολίτας, καὶ ἀλλὰ δῶρα ὑπισχνουμένων ἐὰν πείθηται τοῖς βασιλέως, ὁ ματθίας οὐκ ἔφασκε πείσεσθαι, οὐδὲ εἰ πᾶσα πάντως ἔθνη τοῖς ἀντίοχος προστάγμασιν ἢ ἀλλὰ φόβον, ἢ δι' ἀρέσκειαν ὑπακούοι, πειθήσεσθαί φησὶ αὐτὸς μὴ τῶν τέκνων τὴν πατρίων θρησκείαν καταλιπεῖν. ὡς δὲ σιωπήσαντος αὐτοῦ, προσελθών τις τῶν ἰουδαίων εἰς μέσον ἔθυσεν κατὰ τὰ προστάξαν ἀντίοχος, ὀργισθεὶς ὁ ματθίας, ὥρμησεν ἐπ' αὐτὸν μὴ τῶν παίδων, ἐχόντων κοπίδας. καὶ αὐτόν τε σκεῖνον διέφθειρε καὶ τὸν στρατηγὸν τοῦ βασιλέως ἀπελλῆν, ὃς ἐπλευάκαζε, διεχρήσατο μετ' ὀλίγων στρατιωτῶν, καὶ τὸν βωμὸν καθελὼν ἀνέκραγεν, ὅστις ζηλωτὴς ἐστὶ τῶν πατρίων ἐθῶν, καὶ τοῦ θεοῦ θρησκείας, ἑπέσθω φησὶν ἐμοί. καὶ ταῦτα εἰπὼν μὴ τῶν τέκνων εἰς τὴν ἔρημον ἐξώρμησε, καταλιπὼν ἅπασαν τὴν αὐτοῦ κτῆσιν ἐν τῇ κώμῃ. τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἄλλοι πολλοὶ μὴ τῶν τέκνων καὶ γυναικῶν ἔφυγον εἰς τὴν ἔρημον, καὶ ἐν τοῖς ἀσκηλαίοις διῆγον. ἀκούσαντες δὲ ταῦτα οἱ τοῦ βασιλέως στρατηγοὶ, καὶ τὴν δύναμιν ὅσην εἶναι συνέβαινεν ἐν τῇ ἀκροπόλει τῶν ἱεροσολύμων ἀναλαβόντες ἐδίωξαν εἰς τὴν ἔρημον τοὺς ἰουδαίους. καὶ καταλαβόντες, τὸ μὲν πρῶτον αὐτοὺς ἐπεχείρουν πείθειν, μεταγνόντας αἱρεῖσθαι τὰ συμφέροντα, καὶ μὴ προσάγειν αὐτοῖς ἀνάγκην ὡς τισὶ χρῆσθαι πολέμῳ νόμῳ. μὴ προσδεχομένων δὲ τοὺς λόγους, ἀλλὰ τἀναντία φρονούντων, συμβάλλουσιν αὐτοῖς εἰς μάχην σαββάτων ἡμέρᾳ. καὶ ὡς ἔχον ὕτως ἐν τοῖς ἀσκηλαίοις αὐτοὺς κατέφλεξαν, οὐδὲν ἀμυνομένους, ἀλλ' οὐδὲ τὰς εἰσόδους ἐμφράξαντας. οὓς δὲ ἀμύνεσθαι ἀλλὰ τὴν ἡμέραν ἀπέχοντο, μηδὲ ἐν ταφαῖς ὠσθῆναι τὸν σαββάτου τιμὴν θελήσαντες. ἔφασαν γὰρ ἡμῖν ἐν αὐτῷ νόμιμόν ἐστιν. ἀπέθανον μὲν οὖν σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις συμπνιγέντες τοῖς ἀσκηλαίοις, ὡς χίλιοι. πολλοὶ δὲ καὶ ἀλωσθέντες, τῷ ματθίᾳ προσέθεντο, κἀκεῖνον ἄρχοντα ἀπέδειξαν. ὁ δὲ καὶ σαββάτοις αὐτοὺς ἐδίδαξε μάχεσθαι λέγων, ὡς εἰ μὴ πείσουσι τὸ φυλατόμενοι τὸ νόμιμον, ἑαυτοῖς ἔσονται πολέμιοι, τῶν μὲν ἐχθρῶν κατ' σκέψιν τὴν ἡμέραν αὐτοῖς προσβαλλόντων, αὐτῶν δὲ οὐκ ἀμυνομένων. κωλύσουσι τὸ μηδὲν, οὕτως ἀμαχητὶ πάντας ἀπολέσθαι. ταῦτ' εἰπὼν, ἔπεσεν αὐτοὺς, καὶ ἄχρι δεῦρο μένει παρ' ἡμῖν, καὶ σαββάτοις ἔστιν δέησις μάχεσθαι. ποιήσας οὖν δύναμιν πολλὴν περὶ αὐτὸν ματθίας, τοὺς τε βωμοὺς καθεῖλε, καὶ τοὺς ἐξαμαρτόντας ἀπέκτεινεν, ὅσους λαβὼν ἐφικτοὺς ἐδυνήθη. πολλοὶ γὰρ δι' ἀλλοφυλίαν διεσπάρησαν εἰς τὰ πλησίον ἔθνη. τῶν τε παίδων τοὺς οὐ περιτετμημένους, ἐκέλευσε περιτέμνεσθαι, τοὺς ἐπὶ τῷ κωλύειν καθησαμένους ἐκβαλών. ἄρξας δὲ ἐνιαυτὸν ἐν καλῇ πρεσβείᾳ εἰς γῆρας, προσκαλεῖ τοὺς παῖδας, ἐν περισταμένῳ αὐτοὺς· ἐγὼ μὲν ἔφην ὦ παῖδες ἄπειμι

talem viam ingredior, interim commendo vobis meum propositum, & rogo, ne per ignaviam cessetis id exequi: sed potius memores paternæ voluntatis servate ritus patrios, & rempublicam tantum non collapsam restituite: neque illis accedite, qui aut sponte aut vi eam prodiderunt hostibus. Præstate vos mihi germanos filios, contemptaque omni vi ac necessitate, parati sitis pro legum tutela vel mortem oppetere, si ita res postulet, cogitantes, quod Deus vos tales non despiciet, sed delectatus vestra virtute in pristinum patriis moribus vivendi libertatem restituet, corpore quidem habemus mortalia, & fatali necessitati obnoxia, sed præclare gestorum memoria vice immortalitatis esse poterit. cujus amatores vos aspirare volo ad gloriam, adeo ut non gravemini vel immori egregiis facinoribus. Prima autem cura sit concordiæ, & quibus quisque præcellit artibus, his utatur, reliquis concedentibus: Simonemque fratrem eximia prudentia virum parentis loco habete, obtemperantes ejus consiliis: Maccabæum autem propter fortitudinem exercitui præficite. Hic enim ulciscetur suæ gentis injurias, repulsis hostibus. Ad hoc autem negotium adhibete, quotquot usquam sunt justi ac pii, & hoc pacto vires vestras augebitis.

A τὴν τ' εἱμαρμένης πορείαν. ὥσπερ ἤρμηκ' ὑμῖν, πάμμον φρόνημα, καὶ παρακαλῶ μὴ χεῖρας κακὰς αὐτῇ φύλακας· ἀλλὰ μεμνημένους τῆς θ' ὑμῶν καὶ θρεψαμένης πατρίδος, ἔτη τε σώζειν τὰ πάτρια, καὶ κινδυνεύουσαν ὑπὸ τῶν πατρώων πολεμίων ἀναλαβεῖν. μὴ συμφερομένους τοῖς ἢ ἀλλοβούλοις ἢ δι' ἀνάγκην πεφοβημένοις τοῦτο, ἀλλ' ἀξίους παῖδας ὄντας ἐμοῦ, καὶ βίας πάσης καὶ ἀνάγκης ὑπάνω γενέσθαι τὰς ψυχὰς ὅτων παρασκευασμένους, ὡς τὰ δοκοῦντα ὑπὲρ τῶν νόμων ἂν δέῃ. λογιζομένους δ' ὅτι τὸ θεῖον, ποιοῦντας ὑμᾶς ὁρῶν, ἐκ ὑπερόψεται· τῆς δ' ἀρετῆς ἀγαπήσαν, δοσθῶσί πάλιν ὑμῖν αὐτὰ, καὶ τὸν ἐλεύθερον ἐν τῇ ζωῇ μετ' αἰθέας τ' ἰδίων διαλαύοντες ἐθῶν διοικήσει. θνητὰ μὲν γὰρ τὰ σώματα ἡμῶν καὶ ταπεινά, τῇ δ' τ' ἔργων μνήμῃ, παρὰ ἀθανασίας λαμβάνει. ἧς ἐραστὰς ὄντας ὑμᾶς βούλομαι δικαίων τὸν εὐκλειαν, καὶ τὰ μεγάλα ὑφιεμένους, μὴ ἐκνεῖν ὑπὲρ αὐτῶν καταλιπεῖν τὸν βίον. μάλιστα δ' ὑμῖν ὁμονοεῖν παραινῶ, καὶ τοῦτο τὸ τῆς ὑμῶν πρέπον ἀρετῆς πατέρα, ὅσος ἔτ' ἄκρατος ἀλλήλοις, εἰκότως χρῆσθε τοῖς ὑπερέχουσι. καὶ σίμωνα μὲν τὸν ἀδελφὸν σύμβουλον παρακαλῶ, πατέρα τιμῶσι· καὶ ὃς ἂν ἔτ' ὠφελεῖν βουλεύῃ, πείθεσθε, μακκαβαῖον δὲ τῆς στρατιᾶς διὰ ἀνδρείαν καὶ ἰσχύν, στρατηγὸν ἕξετε. τοῦτο δὲ ἔτ' ἐκδικήσει τὰ ἀμυνοῦντα τοῖς πολεμίοις. παρασκευάσει δὲ καὶ τοὺς δικαίους θεραπεύειν, καὶ τ' δυνάμιν αὐτῶν αὔξειν.

B

C

D

CAP. IX.

Matthia defuncto Judas filius succedit.

1. Macb. 3. HÆc locutus filiis, precatusque Deum adesse illorum conatibus, & populo pristinum vivendi morem restituere, non multo post moritur, & in Modim sepelitur: & post exhibitum ei publici luctus honorem, Judas filius cognomine Maccabæus administrationi rerum præficitur, anno supra centesimum sexto & quadragesimo, qui adjutus impigre a fratribus, ejecto hoste, & impiis tribulibus necatis, totam eam terram lustravit a præteritis piaculis.

Κεφάλαιον θ'.

Ματθίου τελευτὴ, καὶ ἰούδα ὁ ἰοσηπίου υἱὸς διαδοχή.

Ταῦτα διαλεχθεὶς τοῖς παισὶ, καὶ τὸν θεὸν εὐχάμενος συμμαχοῦντας ἑαυτοῖς ἀγαθοὺς, καὶ τοῦ λαοῦ τὴν ἰδίαν ἀνασῶσαν πάλιν ἐθῶν βίου συνήθειαν, μετ' οὐ πολὺ τελευτᾷ, ἐν μωδείνῃ μὲν ὢν πατρίδι. πένθους δὲ ἐπ' αὐτῷ μεγάλου λαὸς πᾶς ποιησαμένου διεδέξατο τὴν προστασίαν τῶν πραγμάτων ὁ παῖς αὐτοῦ ἰούδας. ἐκαὶ μακκαβαῖος ἐκαλεῖτο ἔτη τέσσαρα καὶ τεσσαράκοντα διαδεξαμένων δ' αὐτὸν προθύμως τ' ἀδελφῶν καὶ τ' ἄλλων, τούς τε πολεμίους ἐξέβαλεν ἐκ τ' χώρας, καὶ τοὺς παρανομήσαντας εἰς τὰ πάτρια τ' ἡμοφύλων διεχρήσατο, καὶ καθήρισεν ἀπὸ παντὸς μιάσματος τ' γῆν.

E

CAP. X.

Apollonius Antiochi dux in Judæa prælio victus occiditur.

IX. HIs auditis, Apollonius præfectus Samariæ raptim contra Judam duxit exercitum. Nec in Juda mora fuit, sed obviam ei factus, prælio victum cum aliis multis interficit, gladio etiã ejus potitus velut opimo spolio, plurimis etiam hostium vulneratis, & castris eorum direptis, ditatus præda rediit. Seron autem Cœlesyriæ præfectus, cognito, quod Judas, multis undiqve ad eum confluentibus, magnas circa se copias habeat, & ad confligendum cum hoste idoneas, decrevit contra eum ducere, sui putans officii animadvertere in rebelles, & contumaces erga mandata regia. Contractis igitur, quibus præerat, militibus, adjunctis etiam Judæorũ perfugis, & impiis, progressus usq; Bethora vicum Judææ, castra eo loco metatus est. Judas autẽ

Κεφάλαιον ί.

Ως ἀντίοχος στρατηγὸν ἀπολλώνιον εἰς τ' ἰουδαίαν ἐμβαλόντα ἡττηθεὶς αὐτὸν ἔκτεινεν.

Ταῦτ' ἀκούσας ἀπολλώνιος ὁ τῆς σαμαρείας στρατηγὸς, ἀναλαβὼν τὴν δύναμιν, ὥρμησεν ἐπὶ τὸν ἰούδαν. ὁ δ' εἰς ἀπάντησιν αὐτῷ, καὶ συμβαλὼν κρατεῖ τῇ μάχῃ. καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἀπέκτεινεν, ἐν οἷς καὶ τὸν στρατηγὸν ἀπολλώνιον, οὗ καὶ τὴν μάχαιραν ἡ χρήσασθαι συνέβαινεν ἐκείνῳ πολεμίοις ἔσχε. πολλοὺς δ' τραυματίας ἐποίησε, καὶ πολλὴν λείαν ἐκ τ' στρατοπέδου λαβὼν τῶν πολεμίων ἀνεχώρησε. σήρων δ' ὁ τῆς κοίλης συρίας στρατηγὸς ἀκούσας ὅτι πολλοὶ προσπεχωρήκασι τῷ ἰούδᾳ, καὶ δύναμιν ἤδη παρεσκεύληται πρὸς ἀγῶνας καὶ πολέμους ἀξιόλογον, ἐπ' αὐτὸν ἐγνω στρατεύσασθαι, προσηκειν ὑπολαμβάνων τοὺς ἐκ τε τ' βασιλέως προστάγματα παρανομοῦντας, πειρᾶσθαι κολάζειν. συναγαγὼν οὖν δύναμιν ἱκανὴν αὐτῷ, προσπαλάξας δ' κ' τῶν ἰουδαίων τὰς φυγάδας καὶ αὐτοῖς ὅτι ὁ ἰούδας παρεγένετο. προσελθὼν δ' ἄχρι βεθώρων κώμης τ' ἰουδαίας, αὐτόθι στρατοπεδεύσας. ὁ δ' ἰούδας ἀπαντή-

F

ἐπιπίπτοις αὐτῷ ἐν συμβαλεῖν παρεσκευάμενον, ἐπεὶ
τοὺς στρατιώτας ἰδὼν ἀθύμως πρὸς τὴν μάχην διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων, καὶ δι' ἀπορίαν, νεανικῶς δὲ καὶ ὀκνοῦντας παρεθάρρυνε λέγων. οὐκ ἐν τῷ πλήθει τὸ νικᾶν εἶναι καὶ πολεμίων κράτη, ἀλλ' ἐν τῷ πρὸς τὸ θεῖον εὐσεβεῖν. καὶ τοῦτο παράδειγμα ἔχειν ἐφ' ἑκάστου τοὺς προγόνους, οἳ διὰ δικαιοσύνην καὶ τὸ σέβειν τὰ ἴδια νόμιμα καὶ τοὺς ἄρχοντας, πολλὰς πολλάκις ἡττήσαιντο μυριάδας. τὸ γὰρ μηδὲν ἀδικεῖν ἰσχυρὰ δύναμις. ταῦτ' ἐκείνων πειθομένους καὶ αὐτοὺς, καταφρονήσαντας μὲν πλήθους τῶν ἐναντίων, ἐμβοήσαι τῷ ἡρῴῳ, καὶ συμβαλόντας, τρέπειν τοὺς ἐναντίους. πεσόντος γὰρ τοῦ στρατηγοῦ, πάντας φυγὴν ὁρμῆσαι, ὡς ἐν τούτῳ τῆς σωτηρίας αὐτοῖς οὔσης μόνης. ἐπιδιώκων δὲ ἄχρι τῶν πεδίων, κτείνει τῶν πολεμίων εἰς ὀκτακοσίους. οἱ δὲ λοιποὶ διεσώθησαν εἰς τὴν παράλιον.

A occurrens ei pugnandi animo, ubi vidit milites ſuos parum alacres partim propter hoſtium multitudinem, partim qvia ipſi jejunaverant: hortando addebat illis animos, affirmans non in numero militis ſitam victoriam, ſed in pietate erga Deum & fiducia: idqve compertum plurimis majorum ſuorum exemplis, qvi juſta arma pro legibus ſuis & liberis ferentes, multa ſæpe hoſtium millia profligaverint. Invictum enim robur eſſe innocentiæ. His dictis perſvaſit, ut non detrectarent prælium: &, collatis cum Serone ſignis, fudit & fugavit Syrorum exercitum. Proſtrato enim duce, omnes in fuga ſpem ſalutis poſuerunt: qvos perſequutus usqve ad campum, occidit ex eis octingentos: reliqvi evaſerunt in regionem maritimam.

Κεφάλαιον ια'.

Ἡ λυσίᾳ ἐπὶ γοργίᾳ στρατηγίᾳ ἐπὶ τοὺς ἰουδαίους καὶ ἥττα.

CAP. XI.

Lyſia & Gorgia contra Judæos expeditiones & clades.

Ταῦτ' ἀκούσας ὁ βασιλεὺς ἀντίοχος, μεγάλως ὠργίσθη τοῖς γεγονόσιν, καὶ πᾶσαν τὴν οἰκείαν δύναμιν ἀθροίσας, καὶ πολλὰς ἐκ τῶν νήσων μισθοφόρους ἀναλαβών, ἡτοιμάζετο τὸ ἔαρ τὴν ἐχθὲς ἔαρ εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐμβαλεῖν. ἐπεὶ δὲ τὸ στρατιωτικὸν ἀθροίσας, καὶ τοὺς ἡνιόχους ἐπιλεξάμενος, καὶ χρημάτων ἐνδεῖαν ἔσχεν (ἔτι γὰρ οἱ φόροι πάντες ἐπελοιποῦντο, διὰ τοὺς τῶν ἐθνῶν κινήσεις, μεγαλόψυχός τε ὢν καὶ φιλόδωρος ὢν ἠρκεῖτο τοῖς οὖσιν) ἔγνω πεῖσαι εἰς τὴν περσίδα παρελθὼν, τοὺς φόρους τῆς χώρας συναγαγεῖν. καταλιπὼν οὖν ἐπὶ τῶν πραγμάτων, λυσίαν τινὰ δόξαν ἔχοντα παρ' αὐτῷ, καὶ τὰ μέχρι τοῦ αἰγύπτου ἐρῶν καὶ τῆς κατωθεν ἀσίας ἀπὸ Εὐφράτου, δοὺς αὐτῷ καὶ μέρος τι τῆς δυνάμεως καὶ τῶν ἐλεφάντων, τρέφειν μὲν τὸν ἀντίοχον τὸν υἱὸν αὐτοῦ μέχρις οὗ πάσης φροντίδος, ἐνετείλατο ἕως ἂν παραγένηται. καταστρεψάμενον δὲ τὴν ἰουδαίαν, καὶ τοὺς οἰκοῦντας αὐτὴν ἐξανδραποδισάμενον, ἀφανίσαι τὰ ἱεροσόλυμα, καὶ τὸ γένος αὐτῶν ἐκπολέσαι. καὶ ταῦτα μὲν ἐπιστείλας τῷ λυσίᾳ ὁ βασιλεὺς ἀντίοχος, ἐλάσειεν εἰς τὴν περσίδα, ἔτει ἑβδομηκοστῷ καὶ ἑκατοστῷ καὶ ἑξακοσιοστῷ, καὶ περιελθὼν τὸν Εὐφράτην, ἀνέβαινε πρὸς τὰς ἄνω σατραπείας. ὁ δὲ λυσίας ἐπιλεξάμενος πολεμοῦν τὸν δορυφόρους καὶ νικάνορα καὶ γοργίαν ἄνδρας δυνατοὺς τῶν βασιλέως φίλων, καὶ δεδώκει αὐτοῖς πεζῶν μὲν δυνάμεως μυριάδας δύο, ἱππέων δὲ ἑπτακισχιλίους, ἐξέπεμψεν ἐπὶ τὴν ἰουδαίαν. οἱ δὲ ἄχρις ἐμμαοὺς πόλεως ἐλθόντες, ἐν τῷ πεδίῳ κατεστρατοπεδεύοντο. προσῆσαν δὲ αὐτοῖς σύμμαχοι ἀπὸ τῆς συρίας καὶ τῆς γειτνιώσης χώρας, καὶ πολλοὶ τῶν περιλοίπων ἰουδαίων. ἔτι μὲν καὶ τῶν ἐμπόρων τινὲς ὡς ὠνησόμενοι τοὺς αἰχμαλωτισθησομένους, πέδας μὲν νομίζοντες αἷς δήσουσι τοὺς ληφθησομένους, ἀργύριον δὲ καὶ χρυσὸν τιμὴν αὐτῶν καταθησόμενοι. τὸ δὲ στρατόπεδον καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἐναντίων ὁ ἰούδας κατανοήσας, ἔπειθε τοὺς οἰκείους στρατιώτας θαρρεῖν, καὶ παρεκελεύετο τὰς ἐλπίδας τῆς νίκης ἔχοντας ἐν τῷ θεῷ, ἔτι τὴν ἱκετεύειν τὸ πατρῷον νόμῳ, σάκκους περιτιθέμενοι, καὶ τὸ σύνηθες οὕτω σχῆμα τῆς ἱκετείας ὑπὸ τοὺς μεγάλους κινδύνους ἐπιθέμενοι, τοῦτο δυσωπεῖν ἔφασκεν αὐτοῖς τὸ κατὰ τῶν ἐχθρῶν κράτος.

Mox his, rex Antiochus vehementer iratus, omnes undiqve copias contraxit, conducto etiam mercenario ex Græcia milite, parans primo vere in Judæam irrumpere. Cumqve, numerato ſtipendio, videret theſauros ſuos exhauſtos deficere: nam neqve tributa omnia reddebantur propter crebras rebellationes gentium, & ipſe vir magnanimus ac munificus non erat contentus ea, quæ tum aderat, pecunia: decrevit, adita prius Perſide, regionis ejus tributa exigere. Commiſſa igitur rerum adminiſtratione Lyſiæ, amico probatæ fidei, & provinciis Aſiæ, qvæ Ægyptum inter & Euphratem ſitæ ſunt, curæ ejus creditis, relicta ei copiarum qvoqve & elephantorum parte, juſſit, ut Antiochum filium diligenter educaret usqve in ſuum reditum: eidemqve mandavit, ut, ſubacta Judæa, & habitatoribus ejus ſub haſta divenditis, deleret Hieroſolyma, ac totam gentem extingeret. His mandatis profectus eſt in Perſidem anno centeſimo qvadrageſimo ſeptimo, & trajecto Euphrate, aſcendit ad ſuperiores Satrapias. Lyſias autem, delectis ad hoc negotium eximiis ducibus ex amicis regiis, Ptolemæo Dorymenis filio, & Gorgia & Nicanore, attributisqve eis peditum qvadraginta millibus, eqvitum ſeptem millibus, in Judæam miſit eum exercitum. qvi usqve Emauntem urbem progreſſi, in campeſtribus ejus caſtrametati ſunt: ubi convenerunt ad eos auxilia Syrorum, & ex aliis vicinis regionibus, nec non magnus perfugarum Judæorum numerus. aderant etiam in eis caſtris negotiatores non pauci empturi mancipia, & inſtructi compedibus, paratis in hoc, ut vincirent captivos numerata pro eis pecunia. Judas autem animadverſa hoſtium multitudine, hortatus eſt ſuos milites, ut forti eſſent animo, & in Deo collocarent omnem fiduciam, decretis ſupplicationibus, qvibus more patrio in magnis periculis induti ſaccos ſolêt orare veniam, ut Deus ad miſerationem flexus vires contra hoſtem eis adderet.

Distributis deinde more antiqvo gentis in tribunos ac centuriones ordinibus, & ablegatis novis maritis, qvi qvive agros recens sibi comparaverant, ne distracti talibus cupiditatibus pugnarent segnius, verbis etiam aggressus est hortari suos ad rem gerendam strenue: Nullum socii tempus nobis dabitur ad virtutem & periculorum contemptum opportunius. nunc enim fortiter certantibus paratum est libertatis præmium, quam suapte natura desiderabilem hoc magis nos optare decet. qvod absqve hac ne religionem qvidem tueri poterimus. Sic igitur existimate, in hac pugna situm esse, utrum pristinam felicitatem recipiatis, hoc est vitam juxta patrias leges recte institutam: an per summam ignominiam etiam reliqviæ nostri generis intereant, nisi fortes viros præstiteritis, & cum hac cogitatione inite prælium. Cum igitur tam ignavos qvam fortes mors certa maneat, gloria vero sempiterna propugnatores pietatis, legum, libertatis patriæ, eos animos concipite, qui vobis in crastina pugna possint esse usui, vel ad victoriam, vel certe gloriam. His suos Judas hortatus, dum cogitat de futuro prælio, certo indice comperit Gorgiam missum cum mille eqvitibus, peditum qvinqve millibus, ut ductu perfugarũ noctu se inopinum invaderet: decrevitqve & ipse eadem nocte in hostium castra impetum facere, maxime quod abfutura esset bona pars illorum exercitus. itaqve confestim sumpta cœna, relictisqve in castris multis ignibus; tota nocte iter fecit ad Emaunti propinqva castra hostium. Interim Gorgias nemine in castris Judæorum invento, ratus eos metu cessisse & occultari alicubi in montibus, statuit, ubinam essent, qværere. Judas autem sub diluculum pervenit ad castra hostium, ducens tria virorum millia non satis instructa armis propter inopiam: vidensqve hostem armatum egregie, & castra ex arte disposita, hortatus primum suos, ut non dubitarent vel nudis, si ita opus sit, corporibus in pugnam ruere, qvandoqvidem Deus delectetur tali fortitudine, eamqve suo præsidio contra armatos fulciat: jubet signa canere. Ex improviso deinde hostes adortus nihil minus expectãtes ita terruit, ut cæsis, qvotqvot ausi sunt resistere, cæteros persequeretur usqve Gadara, & usqve campos Idumææ, & Azoti & Jamniæ. Ceciderunt autem ex eis circiter tria millia. Victor Judas suos a præda cohibuit, Gorgiam adhuc superesse dictitans: qvo profligato, per otium deinde posse eos ditari ex spoliis. Adhuc autem eo loqvente, ostenderunt se Gorgiani e qvodam loco edito: unde prospicientes suorum cladem, & castra capta ac fumantia, animadvertentesqve Judam se expectantem instructa acie, non ausi manus conserere, trepide se retro in tutum receperunt. Judas vero

1. Macch. 4

A Διαπέξας ὁ τὸν δεχάδαρχον αὐτὸς τρόπον καὶ πέρυσι κατὰ χιλιάρχας καὶ ἑκατοντάρχας, καὶ τοὺς νεογάμους ἀπολύσας, καὶ τοὺς τοῖς κτήσεσι νεωστὶ πεπιμπλῶντας, ὅπως μὴ διὰ τὴν τούτων ἀσθένειαν φιλοψυχοῦντες ἀπρόθυμότερον μάχωνται, καταστὰς τοιούτοις παρορμᾶ λόγοις πρὸς τὸν ἀγῶνα τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας. καιρὸς
B ἡμῖν οὐκ ἄλλος ἀναγκαιότερος ἢ παρόντος ἐπὶ μᾶλλον εὐψυχίας καὶ κινδύνων καταφρονητὰς γενέσθαι. νῦν γάρ ἐστιν ἀνδρείως ἀγωνισαμένοις τὴν ἐλευθερίαν ἀπολαβεῖν, ἣν καὶ δι' αὐτὴν ἄπασιν ἀσπαστὴν οὖσαν, ἡμῖν ὑπὲρ ἐξουσίας ἐθρησκευομένην καὶ ἐπὶ πλεῖστον ἀσφαλεστέραν εἶναι συμβέβηκεν. ὡς οὖν ἐν τῷ παρόντι κειμένων ὑμῶν, ταύτην ἀπολαβεῖν, καὶ τὸν ἐνδαίμονα καὶ μακάριον ἀναπτύσσειν βίον, ἐστὶν
C ἴσως ἢ κατὰ τοὺς νόμους, καὶ τὴν πάτριον σωτηρίαν, ἢ αἰσχίστοις παθεῖν, καὶ μηδὲν ἀσφαλὲς ἐλπίδος ὑμῖν ὑπολειφθῆναι κακῶν ἐν τῇ μάχῃ γενομένων, ἔτοιμος ἀγωνίζεσθε. τὸ μὲν οὖν ἀποθανεῖν ἐν μὴ πολεμίαν ὑπαρξεῖν ἡγεμόνι. τὸ δ' ὑπὲρ τηλικούτων ἐπιδεῖν ἐλευθερίας, πατρίδος, νόμων, εὐσεβείας, αἰσχίστην εὐκλειαν καλοσκάλευτον πεπεδικότος. ἐπιμελεῖσθε τιμαρουμένους ἅτοις τὰς ψυχὰς, ὡς αὐτὸν ἀρετὴν συμβαλουμένους τοῖς πολεμίοις. καὶ ὁ μὲν ἰούδας ταῦτα
1. Macch. 4 ὡρμήσατο τὸν στρατὸν ἐλεγε. τῇ δὲ ἑπομένῃ, πεμψάντων γοργίαν μὲν πεντακισχιλίων πεζῶν, καὶ
D χιλίων ἱππέων, ὅπως διὰ τῆς νυκτὸς ἐπιπέσῃ τῷ κώμῃ, καὶ ὡσεὶ ἔτι ὀλίγους ἔχοντας αὐτοῦ πρὸς τῶν προφόρτων ἰουδαίων, αἰφνιδίως ὁ δὲ ματθίου παῖς, γνοὺς ἐκ αὐτὸς τοῖς ἐν τῇ παρεμβολῇ τῶν πολεμίων ὑπασπισταῖς, ἐκ ταῦτα διηρημένης αὐτῶν τὰς δυνάμεις. καὶ ὕπαγαν οὖν δεῖπνοποιησάμενος, ἐκ πολλὰ πυρὰ καλῶν ἐπὶ τῆς στρατοπέδου, δι' ὅλης ὥδευσε τῆς νυκτὸς ὅπως τοὺς ἐν ἐμμαοὺς τῶν πολεμίων. ἐχ εὑρὼν δ' ἐν τῷ στρατοπέδῳ τοὺς ἐχθροὺς ὁ γοργίας, ἀλλ' ὑπονοήσας ἀναχωρήσαντας αὐτοὺς ἐν τοῖς ὄρεσι κεκρύφθαι, πρὸς
E ἐγνω ζητεῖν ὅπου ποτ' εἶεν. ὡς δὲ τὸ ὄρθριον ἐπεφαύσκε τοῖς ἐν ἐμμαοὺς πολεμίοις ὁ ἰούδας μὲν χιλίων φαλλῶν ὡπλισμένων διὰ πενίαν. ἐ θεασάμενος τοὺς ἐχθροὺς ἄφνω πεφρουρημένους ἐ μετ' ἐμπειρίας πολλῆς ἐστρατοπεδευμένους, παρετρεψάμενος τοὺς ἰουδαίους, ὡς ἐ γυμνοῖς τοῖς σώμασι μάχεσθαι δέοι, ἐ τὸ θεῖον ἤδη τε ἐ τοῖς ἅτοις ἔχειν τὸ κῦρος τῶν πολεμίων ἐ ὑπερεμένων κράτος ἔδωκεν, ἀγαπασάμενον αὐτὸς εὐτυχίας, ἐκέλευσε σημῆναι τοὺς σαλπιγκτάς. ὑπαντιάσαντες
F ἀπροσδοκήτως τοῖς πολεμίοις, ἐ ἐκταράξας αὐτῶν τὴν διάνοιαν κ ταράξας, πολλοὺς μὲν ἀπέκτειναν ἀνῃρημένους, τοὺς δὲ λοιποὺς διώκοντες ἦλθον μέχρι γαδάρων ἐ τῶν πεδίων τὸ ἰδουμαίας κ ἀζώτου κ ἰαμνείας. ἔπεσον δ' αὐτῶν ὡσεὶ τρισχίλιοι. ἰούδας δὲ τὸν μὲν σκύλων παρεκελεύετο μὴ ἐπιθυμεῖν τοὺς αὐτοῦ στρατιώτας, ἐπεὶ δὲ αὐτὸς ἀγῶνα πρὸς κ μάχην εἶναι πρὸς γοργίαν κ τὴν αὐτοῦ
G δύναμιν. κρατήσαντας δ' κ τούτων, τότε σκυλεύσειν ἐπ' ἀδείας ἔλεγε, ὅτου μόνου ἔχοντας ἐ μηδὲν ἐπιδεῖν ἀνθεχομένους. ἐπὶ δὲ αὐτοῖς διαλεγομένου ἰούδα τοῖς στρατιώταις, ὑπερκύψαντες οἱ ἐ γοργίου τὴν μὲν στρατιὰν, ἣν ἐν τῇ παρεμβολῇ κατέλιπεν, ὁρῶσι πεφευγμένην, τὸ δὲ στρατόπεδον, ἐμπεπρησμένον. ἐδὲ καπνὸς αὐτοῖς περῶθεν ἦν, ἐ συμβεβηκότος δηλοῦν ἐφαινεν. ὡς δὲ ταῦτ' ἔτως ἔχοντα ἔμαθον οἱ σὺν γοργίᾳ,

τοὺς μὲν ἰούδα πρὸς πρᾶξιν ἑτοίμους κατανόησαν, καὶ αὐτοὶ δείσαντες εἰς φυγὴν ἐτράπησαν. ὁ δὲ ἰούδας ὡς ἀμα-

ὡς ἀμαχητὶ τ̃ ἀρχὴν στρατιωτῶν ἡτημένων, ἀποστρέ-
ψας ἀπῆξεν τὰ σκῦλα. πολὺν δ̓ χρυσὸν καὶ ἄρ-
γυρον καὶ πορφύραν καὶ ὑάκινθον λαβὼν, εἰς τὴν οἰ-
κείαν ἐπέστρεψε, χαίρων, καὶ ὑμνῶν τὸν θεὸν ὅτι τοῖς
κατορθώμασι. ἡ μικρὰ γὰρ αὐτοῖς ἡ νίκη πρὸς τὴν
ἐλευθερίαν συνέβαλλετο. λυσίας δ̓ συγχυθεὶς ὅτι τῇ
τῶν ἐκπεμφθέντων ἥττῃ, τῷ ἐχομένῳ ἔτει μυριάδας
ἀνδρῶν ἐπιλέκτων συναθροίσας ἑξ, καὶ πεντακισχι-
λίους λαβὼν ἱππεῖς ἐπέβαλεν εἰς τὴν ἰουδαίαν. καὶ ἀνα-
βὰς εἰς τὴν ὀρεινὴν ἐν βεθσούροις κώμῃ τῆς ἰουδαίας B
ἐστρατοπεδεύσατο. ἀπιὼν δ̓ μετὰ μυρίων ἰούδας,
καὶ τὸ πλῆθος ἰδὼν τ̃ πολεμίων, συμμαχον ἐποιήσατο
τὸν θεὸν ἐξιλασμὸν, συμβαλὼν τοῖς πρόδρομοις τῶν
πολεμίων, νικᾷ τούτους, καὶ φωνεύσας αὐτῶν ὡς πεν-
τακισχιλίους, τοῖς λοιποῖς ἐπιφέρεται. ἀμέλει κα-
τανοήσας ὁ λυσίας τὸ φρόνημα τ̃ ἰουδαίων, ὡς ἕτοιμοί
εἰσι πολιτῶν ἢ μὴ ζῆσουσιν ἐλεύθεροι, καὶ δέησιν αὐ-
τῶν τὸν δεσπότην ὡς ἰσχὺν, ἀναλαβὼν τὸν λοιπὸν C
δύναμιν ἐπέστρεψεν εἰς ἀντιόχειαν, καὶ διέτριβεν
ἐκεῖ ξενολογῶν, καὶ ὡς δαπανώμενος μετὰ μείζο-
νος στρατοῦ εἰς τὴν ἰουδαίαν ἐμβαλεῖν. τοσαυτάκις οὖν
ἡττημένων ἤδη τ̃ ἀντιόχου βασιλέως στρατηγῶν, ὁ
ἰούδας σκηνοπηγήσας ἔλεγε μετὰ πολλὰς νίκας ἃς ὁ θεὸς
αὐτοῖς ἔδωκεν, ἀναβῶμεν δεῦρο εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ τ̃
ναὸν καθαρίσωμεν, καὶ τὰς νενομισμένας θυσίας προσ-
φέρωμεν. ὡς δ̓ ὠδηγημένοι μετέστησαν ὅ πλῆθος D
εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ τὸν ναὸν ἔρημον εὗρε, καὶ κατεπε-
πρησμένας τὰς πύλας, καὶ φυτὰ ἀφ̓ τῶν ἐρημίαν αὐ-
τόματα ἐν τῷ ἱερῷ βεβλαστηκότα, θρηνεῖν ἤρξατο
μὴ τ̃ ἰδίων, ὅτι τῇ ὄψει ὁ ναὸς συγχυθείς. ἐπι-
λεξάμενος δ̓ τινὰς τ̃ αὐτὸ στρατιωτῶν, προσέταξε
τούτοις ἐκπολεμῆσαι τοὺς τὴν ἄκραν φυλάττοντας,
ἕως ἂν αὐτὸς τὸν ναὸν αὐτῶν ἁγνίσῃ. καθάρας δὴ
ὑπομελῶς αὐτὸν, εἰσκόμισε καὶ καινὰ σκεύη, λυχνίαν,
τράπεζαν, βωμὸν, ἐκ χρυσοῦ πεποιημένα. ἀπήρ- E
τησε δ̓ καὶ τὰ ἀθεμίτισματα τ̃ θυρῶν, καὶ τοὺς θύρας
αὐτὸς ἐπέθηκε. καθαλὼν δ̓ καὶ τὸ θυσιαστήριον, και-
νὸν ἐκ λίθων συμμίκτων ᾠκοδόμησεν, ἃ λελατομη-
μένων ἐκ σιδήρου. πέμπτῃ δ̓ καὶ εἰκάδι ἐ χεσλαίου
μηνὸς, ὃν οἱ μακεδόνες ἀπελλαῖον καλοῦσι, ἧψαν τε
φῶτα ὅτι τῆς λυχνίας, καὶ ἐθυμίασαν ὅτι ἐ βωμῷ,
καὶ ἄρτους τὴν τραπέζαν ἐπέθηκαν, καὶ ὁλοκαυτω-
σαν ὅτι τοῦ καινοῦ θυσιαστηρίου. ἔτυχε δ̓ ταῦτα F
κατὰ τὴν ἡμέραν ἐκείνην γενέσθαι καθ̓ ἣν καὶ μετὰ
πάσης τῶν ἁγίων θρησκείας, εἰς βέβηλον καὶ κοι-
νὸν συνήθειαν μετὰ ἔτη τρία. τὸν γὰρ ναὸν ἐρη-
μωθέντα ὑπ̓ ἀντιόχου ἀφαμεῖναι τοιοῦτον ἔπεισι συνέ-
βη τρισίν. ἔτει γὰρ πέμπτῳ καὶ ἑκατοστῷ καὶ
ἑξηκοστῷ ταῦτα, ὡς τὸν ναὸν ἐκύρευε, πέμπτῃ καὶ
εἰκάδι ἐ ἀπελλαίου μηνὸς, ἡ κάθαρσις δ̓ ἐγένετο
ἡ καὶ ρ καὶ μ ἔτει, ὀλυμπιάδι ρ καὶ ν καὶ δ̓. τῷ
δ̓ ἐρήμωσιν ἐ ναοῦ συνέβη χρόνῳ κῆ τῶν δανιή- G
λου προφητείαν, ὃν καὶ ἡ χρησμῳδὸς ἐτῶν. ἐδή-
λωσε γὰρ ὅτι μακεδόνες κατελύσουσιν αὐτόν. ἐόρτα-
ζε δ̓ ἰούδας μ̃ τῶν πολιτῶν ἀνάκτησιν τῆς ὡς τὸν
ναὸν θυσίας ἐφ̓ ἡμέρας ἡ, μηδὲν ἀπολιπὼν ἡδο-
νῆς εἶδος, ἀλλὰ πολυτελέσι μὲν καὶ λαμπραῖς τῆς
θυσίας κατάλωχῶν αὐτοὺς, ὕμνοις δ̓ καὶ ψαλμοῖς

A fine certamine victor, tum demum permisit suos ad prædam discurrere: ditatusqve cum suis, reperto plurimo auro & argento, hyacinthoqve & purpura incolumem reduxit exercitum, laudans Deum autorem ejus victoriæ, quæ haud exiguum momentum ad futuram libertatem eis attulit. Lysias autem seqventi anno ad abolendam ignominiam novum exercitum paravit: contractisqve lectissimorum militum sexaginta millibus, & adjunctis qvinqve millibus eqvitum, Judæam ingressus, montana ejus ascendit, & ad Bethsura vicum castra posuit. Huic Judas occurrit cum decem millibus: & cum videret hostem longe præstare numero, votis pro victoria factis, Deo fretus primam aciem aggreditur tanto impetu, ut eis qvinqve millia sterneret: quo facto reliqvis tantum terrorem incussit, ut Lysias animadvertens, eis certo statutum aut mori aut in libertatem se asserere, veritus magis desperationem eorum quam vires, copias Antiochiam reduceret: ubi mercenarios conducens, & majores vires colligens, parabat se, ut ad primam opportunitatem bello Judæos repeteret. Toties igitur profligatis Antiochi ducibus, Judas persvasit suis, ut, qvandoqvidem tam multas victorias Deus concesserat, ascenderent Hierosolyma, &, lustrato templo, mactarent solennes victimas: ubi cum invenisset templum desertum, & portas ejus incensas, & in atriis virgulta enata propter solitudinem, lamentari cum suis cœpit ob tantam deformitatem. destinata deinde copiarum parte ad arcis oppugnationem, ipse interim repurgare templum aggressus est: qvod postqvam accurate factum est, intulit in illud vasa nova, candelabrum, mensam, & altare incensorum ex auro fabrefacta omnia. addidit & vela foribus oppandi solita, ac postremo fores qvoqve apposuit. Diruto etiam holocaustorum altari, quod profanatum fuerat, novum ex collatitiis saxis impolitis construxit. Vigesima autem & quinta mensis Chaslei, qvem Appellæum Macedones nominant, accenderunt lumina in candelabris, & suffitum fecerunt in altari, & panes supra mensam proposuerunt: & in novo altari holocautomata immolaverunt: idqve accidit eadem die, qua ante triennium sacra eorum profanata fuerant. integro enim triennio desertum fuit templum post factam ab Antiocho profanationem. ea enim incidit in annum centesimum qvadragesimum quintum, & diem Apellæi mensis vigesimum quintum, in Olympiadem centesimam tertiam & qvinqvagesimã; renovatum est autem eadem die qvadragesimo octavo post centesimum anno, Olympiade post centesimam qvarta & qvinqvagesima; prædixerat autem eam desolationem propheta Daniel qvadringentis & octo insuper abhinc annis, diserte dicens a Macedonibus profanandum. Celebravit autem Judas recepti templi festivitatem per dies octo sacrificans, in quibus nullum honestæ voluptatis genus omissum est, sed populo qvidem sumptuosum ac splendidum epulum est exhibitum, in Dei vero laudem hymnis & canticis

perſonabant omnia. Tanta vero lætitia ob redditos ritus patrios & priſcam religionem occupavit gentis ejus animos, maxime, qvòd ea felicitas ex inſperato obtigerat, ut lex lata ſit ad poſteros, qvæ juberet qvotannis hoc feſtum reparati cum cæremoniis templi per octo dies celebrari: & ex eo tempore mos hic apud noſtros obtinuit: vocamusqve hanc feſtivitatem luminum, opinor ideo, qvòd ex inſperato nobis illuxerit tanta felicitas. Circumdatis deinde urbi mœnibus, & extructis in eis firmis turribus, cuſtodias ad arcendum hoſtem impoſuit: munivitqve Bethſuram oppidum, ut eo tanquam arce uti poſſet contra conatus hoſtium.

Qvibus operibus perfectis, vicinæ gentes moleſte ferentes Judæorum vires reſuſcitari, per inſidias adoriendo multos oppreſſerunt: cum quibus Judas aſſidue bellum gerens conabatur eorum incurſationes compeſcere: qvo tempore etiam Acrabatenam invadens multos Idumæos Eſau poſteros interfecit & deprædatus eſt: & principis eorum Batanis filiorum caſtella, unde Judæos infeſtabant, vi capta, cæſis propugnatoribus, incendit. Qvibus perdomitis, in Ammanitas arma tranſtulit, qvorum numeroſam manum Timotheus ductabat, & his quoque devictis, Jazorum eorum urbem expugnavit: abductisqve in captivitatem uxoribus eorum ac liberis, direptam prius incendit, atqve ita domum victor reverſus eſt. XII. Sed qvam primum vicinæ gentes ſenſere ejus abitum, contractis copiis, in Galaditica regione finitimos Judæos adorti ſunt. at illi refugientes in caſtrum Dathema, ſignificabant Judæ per nuncios & literas, quod oppugnãdi eſſent a Timotheo, rogantes, ut ſe huic periculo eriperet: & interim, dum legit has literas, ſupervenerunt Galilæorum nuncii, qverentes ſe infeſtari a Ptolemaide, Tyro, Sidone, & aliis finitimis populis.

τὴν ἰδίαν μὲν τιμῶν, αὐτὸς δ' πέρπων. τοσαύτη δ' ἐγένετο τοῦ λαοῦ τὴν ἀναπάυσιν τ ἐθῶν ἡδονή, μὴ χρόνον πολὺ ἀπεσοδακήτως ἐν ἕξει ἡγούμενοι τῆς θρησκείας, ὡς νόμον θῆναι τοῖς μετ' αὐτοὺς, ἑορτάζειν τὴν ἀνάκτησιν τῶν τοῦ ναοῦ, ἐφ' ἡμέρας ὀκτώ. ἐξ ἐκείνης μέχρι δεῦρο, τὴν ἑορτὴν ἄγομεν καλοῦντες αὐτὴν φῶτα, ἐκ τ παρ' ἐλπίδας εἶναι ταύτην ἡμῖν φανεῖσαν τὴν ἔξιν, τὴν παραμυθίαν δόντες τῇ ἑορτῇ. τειχίσας δ' ἐν κύκλῳ τὴν πόλιν, καὶ τοὺς ἐπιφόρους τ πολεμίων πύργους οἰκοδομησάμενος ὑψηλοὺς, φύλακας ἐν αὐτοῖς ἐγκατέστησε. καὶ τὴν Βεθσοῦραν δὲ πόλιν ὀχύρωσεν, ὅπως ἀντιφέρωσιν αὐτῇ πρὸς τοὺς ἀπὸ τ πολεμίων ἀνάγκας ἔχη χρῆσθαι. τούτων ὕτω γενομένων, τὰ περὶ ἔθνη πρὸς τὴν ἀναζωπύρησιν καὶ τ ἰσχὺν τ ἰουδαίων χαλεπῶς διαφέροντα, πολλοὺς ἐπισωρεύοντα, διέφθειρεν, ἐνέδραις δὲ πολλαῖς αὐτῶν ἐγκρατὴς γενόμενος. πρὸς τούτους πολέμους συνεχεῖς ἐκφέρων ἰούδας, ἐπίσχεν αὐτοὺς τ καταδρομὴν, καὶ ὧν ἐποίουν κακῶς τοὺς ἰουδαίους ἐπειρᾶτο. ἐπὶ τοὺς ἠσαὺ δ' ἢ υἱοὺς ἰδουμαίους κατ' ἀκροβαττηνὴν ἐπιπεσὼν, πολλοὺς αὐτῶν ἀπέκτεινε καὶ ἐσκύλευσε. συγκλείσας δ' καὶ τοὺς υἱοὺς βαανῆ λοχῶντας τοὺς ἰουδαίους, πρόκαθῆσθαι ἐπολιόρκει. καὶ τοὺς τε πύργους αὐτῶν ἐνέπρησε, καὶ τοὺς ἄνδρας διέφθειρεν. ἔπειτ' ἀπῆλθεν ἐπὶ τοὺς ἀμμανίτας ὁρμήσας, δύναμιν μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον ἔχοντας, ἧς ἡγεῖτο τιμόθεος, καὶ τούτους χειρωσάμενος, τὴν ἰαζωρὸν ἔλαβε πόλιν, καὶ τὰς τε γυναῖκας αὐτῶν καὶ τὰ τέκνα λαβὼν αἰχμαλώτους, καὶ τὴν πόλιν ἐμπρήσας, εἰς τὴν ἰουδαίαν ἀνέστρεψε. μαθόντα δ' αὐτὸν τὰ γεγενημένα τ ἐθνῶν ἀναστραφέντα, συναθροίζεται εἰς τὴν γαλααδῖτιν ἐπὶ τοὺς ἐν ταῖς ἐρημίαις αὐτῶν ἰουδαίους. οἱ δὲ καταφυγόντες εἰς δάθεμα, τὸ φρούριον, πέμψαντες πρὸς ἰούδαν, ἐδήλουν αὐτῷ, ὅτι λαβεῖν ἐπιβάλλει ὁ τιμόθεος τὸ χωρίον εἰς ὃ συνεπιφεύγουσιν. ἀναγινωσκομένων δὲ τῶν ἐπιστολῶν τούτων, καὶ τῆς γαλιλαίας ἄγγελοι φθάνουσι σημαίνοντες ἐπισωρῆχθαι τοὺς ἐκ πτολεμαΐδος καὶ τύρου καὶ σιδῶνος, καὶ τῶν ἀλλογενῶν τῆς γαλιλαίας.

CAP. XII.

Quomodo, diviſis copiis, Simon Tyrios & Ptolemaidenſes, Judas Ammanitas ſuperat.

JUdas igitur proſpiciens utrorumqve neceſſitatibus, Simonem fratrem cum tribus ſelectorum millibus mittit auxilio Judæis habitantibus Galilæam: ipſe, aſſumpto Jonatha altero fratre cum octo militum millibus, in Galaditicam proficiſcitur: qvod ſupererat virium, Judææ præſidio reliquit ſub Joſepho Zachariæ filio, & Azaria ducibus, qvibus mandavit, ut abſtinerent a pugna tantiſper, dum ipſe ad eos reverteretur. Simon igitur poſtqvam in Galilæam venit, congreſſus cum hoſte coegit eum terga vertere, & fugientem perſequutus usqve portas Ptolemaidis, occidit circiter tria millia: qvibus ſpoliatis, receptos captivos cum tota ſupellectile in Judæam tranſtulit. Interea Judas

Κεφάλαιον ιβ'.

Οπ σρατοσαίμβοι ἰούδας ὁ σίμων, ὁ μὲν σὴν ἀμμανίτας τ γαλααδῖτιν, ὁ δὲ σίμων σὴν τυρίων τ πτολεμαέων, κρατήσαν αὐτῶν.

ΠΡὸς σὺν ἀμφοτέρας τὰς τ ἠγελμένων χρείας σκεψάμενος ὁ ἰούδας ὁ, πρᾶξαι ποιεῖν, σίμωνα μὲν τ ἀδελφὸν παραστήσαι ὡς τρισχιλίους τ ἐπιλέκτων λαβόντα, πρὸς ἐν γαλιλαίᾳ βοηθὸν ἐλθεῖν ἰουδαίοις. αὐτὸς δὲ καὶ ἰωνάθης ὁ ἕτερος ἀδελφὸς, μετὰ στρατιωτῶν ἐκτακισχιλίων ὡρμήσαν εἰς τὴν γαλααδῖτιν. καταλιπὼν δὲ, σὺν τῶν ὑπολοίπων τ δυνάμεως, ἰώσηπόν τε τὸν τ ζαχαρίου καὶ ἀζαρίαν, ἡγησάμενος αὐτοῖς φυλάττειν τὴν ἰουδαίαν, καὶ συνάπτειν πόλεμον πρὸς μηδένα, ἕως ἂν αὐτὸς ἐπανέλθῃ. ὁ μὲν οὖν σίμων διαβὰς εἰς τὴν γαλιλαίαν, καὶ συμβαλὼν τοῖς ἐχθροῖς, εἰς φυγὴν αὐτοὺς ἔτρεψε. καὶ μέχρι τῶν πυλῶν τ πτολεμαΐδος διώξας, ἀπέκτεινεν αὐτῶν ὡς τρισχιλίους. καὶ τὰ τε σκῦλα λαβὼν τῶν ἀνῃρημένων καὶ τοὺς αἰχμαλωτισθέντας τῶν ἰουδαίων, καὶ τῶν ἰουδαίων τοὺς ἐπαγομένους, εἰς τὴν οἰκείαν ἀνέστρεψεν. ἰούδας δὲ ὁ μακκαβαῖος, καὶ ὁ

καὶ ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ Ἰωνάθης Δημοσάντες τὸν Ἰορδάνην A cum fratre Jonatha trium dierum iter emensi,
πλοῦν, καὶ ὁδὸν ἀπ' αὐτοῦ τριῶν ἀνύσαντες ἡμερῶν, accepti sunt a Nabathæis pacifice: qvorum in-
τοῖς Ναβαταίοις εἰρηνικῶς ὑπαντῶσι περιτυγχάνουσιν. dicio compererunt, quod multi ex ipsorum fra-
ὧν διηγησαμένων τὰ περὶ τοὺς ἐν Γαλαάδιτιδι, ὡς tribus in extremo essent periculo, obsessi ab ho-
πολλοὶ κακοπαθοῦσιν αὐτῶν ἐν τοῖς Φρουρίοις ἀπολημ- ste in castellis & oppidis Galaditicis: monita-
μένοι, καὶ τοῖς πόλεσι τοῖς Γαλααδίτιδος, καὶ ὡρμηνε- qve, ut propere illis succurrerent, per desertum
υμένων αὐτῷ σπεύδειν ὅπως τοὺς ἀλλοφύλους, καὶ ζητῶν illuc festinaverunt. In eo itinere Barasam op-
ἀπ' αὐτῶν σώζειν τοὺς ὁμοεθνεῖς, πεισθεὶς ἐπέστρεψεν pidum oppugnare adorti, viceperunt: cæsisq;
εἰς τὴν ἔρημον, καὶ περιπεσὼν πρώτοις τοῖς τῶν Βοσόρ- B ad unum puberibus, tecta igni subjecto concre-
ρων κατοικοῦσι, καὶ λαβὼν αὐτοὺς, κατέβαλεν πᾶν τὸ maverunt. Cumqve interim nox appeteret,
ἄρρεν καὶ μαχαίρᾳ δυνάμενον διέφθειρε, καὶ τὴν πό- nihilominus Judas iter continuavit usqve ca-
λιν ἐνέπρησεν. ἐπιγενομένης γὰρ νυκτὸς, οὐ δι' ἄστεως ἐπῆ- stellum, in qvo Judæos obsideri acceperat. quo
χεν, ἀλλ' ὁδεύσας διὰ αὐτῆς ὅπη τὸ Φρούριον, ἔνθα τοὺς cum mane perveniſſet, offendit hostem jam sca-
Ἰουδαίους ἐγκεκλεῖσθαι συνέβαινε, περικαθεζομένου τὸ las & machinas admovere mœnibus: jussoqve
χωρίον πανοπλίᾳ καὶ δυνάμεως, ἔωθεν ἐπ' αὐτὸ παρεγένετο. tubicine canere, & cohortatus suos, ut bonam
καὶ καταλαβὼν ἤδη τὰς τείχεσι προσβεβληκότας τὰς μηχανὰς, ac fidelem operam præstarent periclitantibus
καὶ τοὺς μὲν κλίμακας ὡς τι ἀναβαίνειν ἐπ' αὐτὰ, τοὺς δὲ μηχανήματα προσφέ- C fratribus, divisis trifariam copiis, oppugnatores
ροντας, κελεύσας τὸν σαλπιγκτὴν σημαίνειν, καὶ παρορ- a tergo aggreditur. Timothei vero milites,
μήσας τοὺς στρατιώτας ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν καὶ συγγενῶν cognito Maccabæum adesse, cujus virtutem &
Δημοκινδυνεύσαι προθύμως, εἰς τρία διελὼν τὸν στρατὸν felicitatem jam ante suo periculo didicerant, sine
ἐπιπίπτει κατὰ νώτου τοῖς πολεμίοις. οἱ δὲ περὶ τὸν τιμό- mora cœperunt fugere: ex quibus ad octo mil-
θεον αἰσθόμενοι, ὅτι μακκαβαῖός ἐστι, πρόσω ἤδη καὶ lia cecidere, Judæis acriter insequentibus. Inde
πρότερον αὐτοῦ τῆς ἀνδρείας καὶ τῆς ἐν τοῖς πολέμοις εὐ- ad Mallen barbarorum urbem flexo itinere, ea-
τυχίας πληφορηθέντες, εἰς φυγὴν τρέπονται. ἐφεπόμενος qve expugnata, mares omnes necí tradidit, ædi-
δὲ μετὰ στρατεύματος ὁ Ἰούδας, ἀναιρεῖ μὲν αὐτῶν D ficia incendio sunt consumpta. Eodem impetu
C προφορὰν εἰς τὸ μαθεῖν ὅσον τι ἐστὶ πατρὸς εὐτυ-
χίας, ἄξιον ἀφηγήσεως.

CAP. XIX.

Aristobulus primus diadema sibi imposuit.

XVIII. DEfuncto enim eorum patre, Aristobulus natu maximus volens principatum in regni formam vertere, diadema sibi primus imposuit, post qvadringentos unum & octoginta annos, & menses tres, ex qvo de captivitate Babylonica liberatus populus, ad pristinas sedes postliminio reversus est. cumqve fratrem suum secundum Antigonum amaret, in societatem dominationis eum assumpsit, cæteros vero in vinculis habuit. matrem etiam conjecit in carcerem principatus æmulam, (nam illam Hyrcanus dominam rerum reliqverat) atqve eo crudelitatis processit, ut fame necaret in vinculis. post matrem vero interfecit fratrem quoqve, qvem præ aliis diligere videbatur, & in regni societatem admiserat, alienatus ab eo per calumnias, qvas primo qvidem rejecit, partim qvod eum diligeret, partim qvod per invidiam confictas putaret. Sed cum aliqvando Antigonus magnifice reverteretur e bello, qvo tempore populus solenne scenopegiæ festum celebrabat, accidit, ut Aristobulus ægrotans decumberet, frater vero interfuturus sacris, splendidissime ornatus in templum ascenderet cum armatorum comitatu, potissimum pro salute regis vota facturus. Tum hi, qvibus studium erat excitare inter fratres discordiam, nacti occasionem e rebus prospere gestis Antigoni, & pompa, qvam adornaverat, venerunt ad regem & omnia exaggeraverunt, dicentes hæc jam esse supra privati hominis conditionem, & affectati regni manifesta indicia: ajebantqve venturum brevi cum valida armatorum manu ad occidendum regem, qvod stultum existimet, cum regno solum potiri liceat, communicato honore contentum esse. Aristobulus autem qvamvis non omnino his crederet, tamen prospiciens, qvomodo posset & suspicionem vitare, & securitati suæ consulere, collocavit satellites in loco qvodam obscuro & subterraneo (decumbebat autem in turri, qvæ post mutato nomine Antonia dicta,

Κεφάλαιον ιθ'.

Ὡς Ἀριστόβουλος πρῶτος διάδημα περιέθετο.

D Τελευτήσαντος γὰρ αὐτοῖς τοῦ πατρὸς, ὁ πρεσβύτατος
τῶν παίδων Ἀριστόβουλος, τὴν ἀρχὴν εἰς βασιλείαν
μεταθεῖναι σπουδὴν ποιούμενος, πρῶτος διαδήματι
τοῦτο ἐπιτίθεται μετὰ ἔτη τετρακόσια καὶ ὀγδοήκοντα
καὶ τρία τὸν ἀριθμὸν ἐτῶν, καὶ μῆνας τρεῖς,
μιλανῶν γ', ἀφ' οὗ τὸ ἔθνος ἐκ Βαβυλῶνος ἀνέστη
λαγὼς ὁ λαὸς, εἰς τὴν οἰκείαν ἐπανῆλθε. τὴν μητέρα
ἀδελφῶν τὸν μετ' αὐτὸν ἀντίγονον, ὃν μὲν τὴν
ἦξίου, τοὺς δ' ἄλλους εἶχεν ἐν δεσμοῖς. εἶρξε δὲ καὶ
μητέρα, τὴν δὲ ἀρχῆς αὐτῷ διενεχθεῖσαν. σκυθρω-
χανὸς, τὸ ὅλον κυβιστᾶν καλὰ λελοίπει. καὶ μέχρι τῆς
ὠμότητος προῆλθεν, ὡς αὐτὸν καὶ λιμῷ
E φθεῖραι δεδεμένον. προσέθηκε δὲ τῇ μητρὶ καὶ τὸν
φόνον ἀντίγονον, ὃν στέργειν ἐδόκει, μάλιστα δὲ καὶ πα-
ἔσχε τὴν βασιλείας, ἐκ διαβολῶν ἀπαλλοτριωθεὶς
αὐτόν. αἷς τὸ μὲν πρῶτον, οὐκ ἐπίστευε, τὰ μὲν
φιλεῖν αὐτὸν δ' ὑποτοπεύων τοῖς λεγομένοις, τὰ δὲ
νόμιμον ἡγούμενος διαβάλλειν. ὃ δὲ ἀντίγονος
λαμπρῶς ἀπὸ στρατιᾶς ἐπανελθὼν, καὶ τὴν ἑορτὴν
F τὴν σκηνοπηγίαν τῷ θεῷ, κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν συ-
έτυχε τὸν μὲν Ἀριστόβουλον εἰς νόσον καταπεσεῖν, τὸ δὲ
νὸν ἐπιτελοῦντα τὴν ἑορτὴν ἀναβῆναι λαμπρῶς
θρα κεχοσμημένον, μετὰ τῶν εἰλικριτῶν εἰς
ρὸν, καὶ τὰ τέλεια ὑπὲρ τοῦ ἀδελφοῦ σωτηρίας εὐ-
τοὺς δὲ πονηροὺς καὶ διασῆσαι τὴν ὁμόνοιαν αὐτῶν ἐ-
δακόσιοι, ἀφορμὴν ζητοῦντες τῷ τε τῷ
πλεῖν δ' ἀντίγονος φιλοτιμίᾳ, καὶ τοῖς ὑπ' αὐτοῦ κατ'
μένοις, ἐλθεῖν πρὸς τὸν βασιλέα, ἐκ κακοήθους ὅπως τὴν
G ζον ἐξαίρῃ τὰ τοῦ τὴν πομπὴν ἰδὼν ἐν τῇ ἑορτῇ, καὶ ὡς
καθ' ἰδιώτην ἔπασον ὧν τὰ γινομένων, ἀλλὰ φρονήματος
ἔνδειξιν ἔχειν βασιλικὸν τὰ πεπραγμένα, ἐκ ὡς κτείνων αὐ-
μέλλοι μὴ τύφῳ ἐληλυθὼς καρπεύ, λογιζομένῳ
εὐηθῶς αὐτὸ βασιλεύειν ἐνόν, τιμῆς μεταλαμβάνο-
τα δοκεῖν μεγάλων τυγχάνειν. ἀριστόβουλος δὲ τότε
ἀκμὴν πεθυμῶν, καὶ δ' ἀνύποπτος εἶναι τοῦ ἀδελφοῦ
πόνοῦ, καὶ τὰ ἀσφαλείας ἅμα φροντίζων, διέρρηξε
τοὺς σωματοφύλακας ἐν τινι τῶν τοιούτων ἀφο-
σῳ. κατεκλήθη δὲ ἐν τῇ βάρει, μετονομασθείσῃ δὲ ἀπὸ
ἐκ πρό-

καὶ προσέταξεν ἀν ὁπλα μὴ ἀπιέναι μηδένα. κτείνειν A mandavitqve, ut, si qvidem sine armis frater
ἢ τὸν ἀντίγονον ἂν ὁπλισμένον. τοῖς αὐτὸν εἰσιοῦσι. πέμ- veniret, nemo eum attingeret: qvod si armatus
πει μὴν καὶ τοῖς τὸν ἀντίγονον αὐτὸς ἄνοπλον αὐτῷ ἀξι- adventaret, ut trucidaretur, præmisit tamen ad
ῶν ἥκειν. ἡ δὲ βασίλισσα καὶ συνεπιβουλεύουσα αὐτῇ eum, qvi rogaret, ut inermis veniat. At regina
κατ' ἀντίγονον, πείθουσι τὸν ἄγγελον τὰ ἐναντία & reliqvi insidiatores, persvaserunt nuncio, ut
λέγειν, ὡς ἀδελφὸς ἀκούσειε ὅτι κατασκευάσοιτο ὅπλα contraria diceret, audisse fratrem, qvod arma-
καὶ κόσμον πολέμου, ὥστε προθύμως πρὸς αὐτὸν ὥσπερ κα- turam eximiam sibi comparasset, cupereqve ita
λεῖ ὡπλισμένον, ὅπως ἤδη τῶν κατασκευῶν. ὁ δὲ armatum contemplari. Antigonus vero nihil
ἀντίγονος μηδὲν ὑποπτεύσας κακούργον, ἀλλὰ B mali suspicans, & fretus fratris benevolentia, ita
πιστεύων τῇ πρὸς τὸν ἀδελφὸν εὐνοίᾳ, ὡς εἶχεν ἐνδε- ut erat cum tota armatura, venit ad Aristobu-
δυμένος τὴν παντοπλίαν ὥσπερ ἐγένετο πρὸς τὸν ἀριστο- lum, contemplandum se præbiturus. cumqve
βοῦλον ἐπιδείξων αὐτῷ τὰ ὅπλα. ἡνύσθη δὲ αὐτὸν perveniisset ad turrim Stratonis, qva valde ob-
ἐπὶ τὸν πύργον τῶν καλουμένων Στρατῶνος. ἔστι δὲ scurus erat transitus, a satellitibus interfectus
ἄφωτον εἶναι σφόδρα τὴν πάροδον, ἀποκτείνουσιν οἱ est. Hujus autem casus facile ostendit, qvan-
σωματοφύλακες. διέδειξέ μὲν ὁ τότε θάνατος tum possint livor & calumnia, & qvam sint effi-
ὅτι μηδὲν φθόνου μήτε ἀσφαλοῦς ἰσχυρότερον, μηδ' ὅτι caces ad subvertendam etiam naturalem bene-
μᾶλλον εὐνοίαν καὶ φυσικὴν οἰκειότητα διίστησιν ἢ ταῦτα volentiam. Sed illud maxime admiratu dignum
τὰ πάθη. μάλιστα δ' ἄντις θαυμάσαι καὶ ἰδεῖν τινα, C est, qvod Judas qvidam, cujus prædictiones
ἐστὶν ὧν τὸ γῆρας, οὐδέ ποτε ἡ ἐν οἷς προεῖπε ψευ- nunqvam fefellerunt, vaticinatus est. Is cum
δομένους ἐλέγχει. ἔστι δὲ ἰδὼν τὸν ἀντίγονον πα- videret Antigonum accedentem ad templum,
ρόντα τὸ ἱερὸν ἀνεβόησεν ἐν τοῖς ἑταίροις αὐτοῦ καὶ apud discipulos, qui eum ob hanc scientiam af-
γνωρίμοις, οἱ διδασκαλίας ἕνεκα δ' ὠφελείαν τὸ μέλ- fectabantur, exclamavit: pœnitere se jam vitæ,
λοντα παρέρχονται, ὡς δοκοῦντες αὐτῷ καλὸν διε- quandoqvidem ejus vanitatem coarguat inco-
σομένῳ ζῶντι ἀντίγονον, ὃν σήμερον τεθνήξεσθαι προει- lumis Antigonus, qvem ea die apud Stratonis
πὼν ἐν τῷ καλουμένῳ στρατῶνος πύργῳ πεσόντα ὁρᾷ, turrim moriturum prædixerat; qvoniam locus
καὶ δ' χωρίᾳ μὲν ἑξακοσίοις ἀπέχοντα νῦν χ', ὅταν φονεύ- D ille abesset sexcentis stadiis & diei pars major
θησεσθαι προεῖπεν αὐτὸν, τῆς ἡμέρας ἤδη δ' πλείονος exacta esset: atqve ita periculum esse, ne men-
ἡνυσμένης. ὡς αὐτῷ κινδυνεύειν τὸ μάντευμα ψευ- tiatur suum oraculum. Ad hunc modum solici-
δὲς εἶναι. ταῦτ' οὖν λέγοντος αὐτοῦ καὶ καταφρονῶν- to nunciatur, Antigonum cæsum ad cellam sub-
τος, ἀγγέλλει πυνθανόμενος ἀντίγονον ἐν τῷ ὑπογείῳ, ὃ terraneam turris, quæ & ipsa Stratonis vocaba-
καὶ αὐτὸ στράτωνος πύργος ἐκαλεῖτο, ὁμώνυμον τῇ tur, sicut & illa maritima, qvæ post Cæsarea no-
Σεβαστῇ καὶ παράλῳ. τὸν μὲν οὖν μάντιν, ἔστι διεπέφευ- minata est, quæ ambiguitas vatem perturbave-
γεν. δείσαντος δὴ τῆς ἀδελφοκτονίας δ' τὸν εἰσῆλθε rat. Aristobulum autem continuo cœpit fra-
μετάνοια, καὶ νόσος ἐπ' αὐτῇ, τῆς διανοίας ὑπὸ δ' E ternæ necis pœnitentia: qvæ res morbum ejus
μίσους κεκακωμένης, ὡς διαφθαρέντων αὐτῷ ὑπὸ aggravavit, dum factum suum continenter de-
ἀκράτου τῆς ὀδύνης τὰ ἔντερα, αἷμα ἀναφέρειν. ὁ δὲ διακο- testaretur, ita ut postremo, crescentibus doloribus, sanguinem vomeret, eum quidam e minis-
νισμάτων τις παίδων καὶ δαιμόνιον οἷμαι προνοίᾳ εἰς tris efferens, divina, opinor, ita volente provi-
τὸν αὐτὸν τόπον δ' σφαγὴν ἀντίγονος ἀτίλως ἐπὶ δ' αἵ- dentia, prolapsus in eo ipso loco effudit, qvi An-
ματος ἐκείνου προεβαινεν εἶναι κομίζων, ὀλιθῶν ἐξέ- tigoni cædis cruenta habebat vestigia, qvo facto,
χεε. ἡμωμένης δὴ βοῆς πρὸς τὸ ἰδόντων ὡς δ' παιδὸς ingens eorum, qui viderant, clamor exoritur,
ἐξεπιτηδὲς ἐκχέαντος ἐκεῖ τὸ αἷμα, ἀκούσας ἐξετά- quasi data opera puer illic effudisset sanguinem,
ζειν, τί αἴτιον ἐπύθετο. καὶ μὴ λεγόντων, ἔτι μᾶλ- ita ut clamoris causam scisciteretur Aristobulus,
λον ἐπιτείνετο μαθεῖν, φύσει τῶν ἀνθρώπων ὑπονοεῖν- F omnibus autem dicere tergiversantibus, tanto
των ἐν τοῖς τοιούτοις εἶναι χείρονα τὰ σιγώμενα. ὡς δ' magis contendebat cognoscere, qvod natura ita
ἀπειλοῦντος καὶ βιαζομένου τοῖς φόβοις, πάλιν ἐτά- comparatum sit, ut suspecta nobis sint, qvæ dissi-
νων, προχεῖ μὲν αὐτὸ πληγὴ τὸν ἀριστοβουλον ὑπὸ δ' mulantur silentio, tandem ubi minis ac terroribus expressit, ut faterentur veritatem, conscientia graviter ictus animum, plurimas effudit lacrymas, & gemitum ex imo pectore ducens: Ergo non latet Deum, inqvit, meum impium ac sceleratum facinus, quando tam cito reposcor ad pœnas cognati sanguinis, ô corpus impudens, qvousqve retinebis animam, qvam materni simul ac fraterni manes flagitant? cur non semel eam reddis, ne sic per partes opus sit libare meum sanguinem, atq; ita parentare oppressis per nefas & parricidium, vix ea fatus erat, cum exhalavit animam, uno tantum anno in regno exacto, cognominatus Philellen, id est Græcorum amator, post auctam multis beneficiis patriam, illato bello Iturææ, magnaqve ejus parte attributa ad Judææ limites: cujus habitatores comminatione exilii coegit circumcisionem.

cæterosqve Judaicos ritus admittere. Alioqvi natura æqvus erat & modestus, ut attestatur Strabo, ex autoritate Timagenis sic dicens: Hic vir æqvus fuit & Judæis multis in rebus commodus. nam & ditionem eorum auxit, & partem Iturææorum eis attribuit, devictam circumcisionis fœdere.

CAP. XX.

Alexandri Judæorum regis res gestæ.

XIX. POst Aristobuli obitum Salome ejus uxor, qvam Græci Alexandram nominant, solutis ejus fratribus, qvos ipse, ut diximus, vinxerat, Jannæum, qui & Alexander est, regem constituit, ætate cæteros præcedentem atqve modestia: cui accidit, ut mox natus, exosus patri factus sit, nec unqvam, dum ille viveret, in ejus conspectum admissus. ejus odii causam ferunt hanc: Cum aliqvando in somnis ei Deus apparuisset, rogavit de successore, solicitus de Aristobulo & Antigono, quos præ cæteris diligebat fratribus. Sed cum Deus hujus effigiem designasset, contristatus, quod is in omnes fortunas esset successurus, in Galilæa educari eum voluit. Sed oraculi fidem eventus approbavit. Potitus enim hic regno post defunctum Aristobulum, alterum fratrum insidiantem sibi interfecit, alterum contentum privata & otiosa vita in honore habuit. Constitutis deinde rebus imperii, prout sibi visum est conducere, ad Ptolemaidem duxit exercitum; & cum prospere pugnasset, victos intra mœnia compulit, eosqve obsessos oppugnare adortus est. Solæ enim e maritimis Ptolemais & Gaza expugnandæ supererant, & præter has Zoilus, qui tyrannidem apud Stratonis turrim & Dora occupaverat. Sed cum Antiochus Philometor & frater ejus Antiochus Cyzicenus mutuis cladibus suas vires attererent, nihil præsidii ab eis expectandum erat Ptolemaidensibus: verum Zoilus tyrannus cum iis, qvos alebat, militibus eorum quoque dominationi propter discordiam regum inhians, nonnihil opis attulit. Nam reges negligere videbantur illorum periculum, athelis similes, quos cum defessi sint certamine, pudet tamen adversario manus dare, sed per intervalla se ad instaurandum certamen refovent. Supererat una spes ab Ægypti regibus & Ptolemæo Lathuro, qui a matre Cleopatra a regno ejectus Cyprum obtinebat. ad hunc igitur missis legatis, orabant, ut auxilio veniens ex Alexandri manibus periclitantes eriperet. qvi cum ei spem fecissent, quod delatus in Syriam habiturus esset Gazæos & Ptolemaidenses in suis partibus, simulqve Zoilum & Sidonios multosqve alios adjutaturos, elatus promissis navigationem parabat. Interim Demænetus, qvi plurimum apud suos cives autoritate pollebat, persvasit Ptolemaidensibus, ut mutarent sententiam, conducibilius dicens incertam cum Judæis belli aleam subire, qvam in

Κεφάλαιον κ'.

Αλεξάνδρᾳ τῷ ἰουδαίων βασιλέως γραπτή.

ΤΕλευτήσαντος δὲ ἀριστοβούλου, σαλώμη ἡ γυνὴ αὐτοῦ, λεγομένη δὲ καὶ ἀλεξάνδρα παρὰ τοῖς ἑλλήνων ἀλεξανδρεῦσι, λύσασα τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ, δεδεμένους γὰρ αὐτοὺς εἶχεν ἀριστόβουλος, ὡς προεῖπον ἡμῖν, ἰανναῖον τὸν καὶ ἀλέξανδρον βασιλέα καθίστησι, τὸν καθ' ἡλικίαν πρεσβύτερον καὶ μετριότητι, ᾧ καὶ σωφρόνη γυνὴ ἐγεγόνει δύο μὲν παῖδας ἐκείνου, τὸν δὲ πατρός, καὶ μέχρι τῆς τελευτῆς αὐτοῦ μηδέποτ' εἰς ὄψιν ἀφικέσθαι. τὸ δὲ αἴτιον δοῦσα μισεῖν αὐτὸν ἐνδεῶς ἔλεγεν ἐγγηθῆναι. στέργων μᾶλλον τοὺς παῖδας ὑπὲρ τοὺς πρεσβυτέρους, ἀντιγόνου καὶ ἀριστοβούλου, θεὸν νέᾳ καθ' ὕπνους αὐτῷ τὸν περὶ τῶν παίδων ὑπογράψαντα, τίς αὐτῶν πρώτου μέλλει ἔσεσθαι διάδοχος, δι' ὃ καὶ περὶ τούτου χαρακτῆρος δείξαντος, λυπηθῆναι, ἐπεὶ τὰ μείζω τῶν αὐτοῦ πάντων ἐκ τοῦ ἐσομένου κληρονόμου, ἡμιμόρια ἔσασθαι ἐν τῇ γαλιλαίᾳ τρέφεσθαι. ὁ μὲν οὖν ἀριστόβουλος ψεύσασθαι τὸν ὑρκανόν. τῷ δὲ βασιλέως μὴ τῶν ὠφελουμένων συβούλου τελευτῶντι, ὅτου θάλλοντος, τὰ μὲν τῶν ἀδελφῶν ἐπιχειροῦντα τῇ βασιλείᾳ διενέγκαι, τὸν δ' ἕτερον, ἀπαγμόνως ζῶντα περισωθῆναι μόνον, ἐχθρὸν τιμῇ. καλέσασθαι μὲν οὖν τὸν ἀρχὸν ὃν ὥετο συμφορεῖν αὐτῷ τρόπον στρατεύσαι ἐπὶ πτολεμαΐδα, τὴν μὲν χρείαν αἰτησάμενος, ἐνεκάλεσε τοῖς ἀνθρώποις εἰς τὸν πατέρα ἐπιβεβουλεύσασθαι αὐτοὺς ἐπολιόρκει. τῶν δὲ ἐν τῇ πόλει πτολεμαΐς αὐτῷ καὶ γάζα μέναι χρόνον ἐπέσχον, ἐπεὶ ζωΐλος ὁ κατασχὼν τὸν στρατῶνος πύργον καὶ δῶρα. ὃν φιλομήτορος αὐτοῦ καὶ ἀδελφὸς αὐτοῦ ἀντίοχος, ὃς ἐπεκαλεῖτο κυζικηνός, πολεμούντων ἀλλήλους καὶ τὰ αὐτῶν δυνάμεων ἀπολλυόντων, ἐν εὐδεμίᾳ τοῖς πτολεμαεῦσι βοηθεῖν παρεσκευάσθη αὐτῶν, ἀλλὰ πονουμένοις τῇ πολιορκίᾳ, ζωΐλος στρατῶνος πύργον κατεσχηκὼς καὶ τὰ δῶρα, παρασκευάσματα τρεφῶν στρατιωτικὸν, καὶ τυραννίδι ὑπὸ χειρῶν ἀεὶ τῶν τῶν βασιλέων ὡς ἀλλήλους ἀμυνάντων, μικρὰ τοῖς πτολεμαεῦσι παρεβοήθει. εὐδέχετο βασιλεῖς ἔτους οἰκείως ἔχον ὡς αὐτὸς, ὥστε εἶναι παρ' αὐτῶν ὠφέλειαν. ἑκάτεροι γὰρ τῶν ἀθλητῶν ἔπαιρον, οἱ τῇ δυνάμει μᾶλλον ἀπηρεφιστημένοι αἰσχυνόμενοι δὲ καὶ χωρῆσαι διετέλουν, δέημα καὶ αὐτοὶ παυσόμενοι διαφέροντες τὸν ἀγῶνα. λοιπὴ δ' αὐτοῖς ἐλπὶς ἦν ἡ ὠδὰ τῶν αἰγύπτου βασιλέων, καὶ τὸν κρείττον ἔχοντα πτολεμαίου δὲ λαθούρου, ὃς ὑπὸ τῆς μητρὸς κλεοπάτρας τῆς ἀρχῆς ἐκπεσὼν εἰς κύπρον παρεγένετο. πέμψαντες οὖν ὡς αὐτὸν οἱ πτολεμαεῖς, παρεκάλουν ἐλθόντα, σύμμαχον, ἐκ τῶν ἀλεξανδρέων χειρῶν αὐτοὺς ῥύσασθαι κινδυνεύοντας. ἐπιλεγόντων δ' αὐτῷ τὰ πρόσφορα ὡς ἀλβᾶς εἰς στόμα ἔξει χαλεπούς ἐσῶντας μὴ τῶν πτολεμαέων καὶ ζωΐλον, ἔτι γε μὴν σιδωνίους καὶ πολλοὺς ἅμα αὐτῶν συλλαμβανόντων, ἐπαρθεὶς ὡς τὸν ἐκπλοῦν ἐποιήσατο. ἐν τούτῳ δὲ τοὺς πτολεμαεῖς δημαγωγοὺς μεταβαλλόμενος τῶν αὐτοῖς τότε καὶ δημαγωγῶν μεταβαλλόμενος τῶν γνώμας ἐποίησεν, ἅμφω εἶναι φήσας ἐπ' ἀδήλῳ τῷ ἡγησομένῳ ἀλαζονεύεσθαι ὡς τοὺς ἰουδαίους, μᾶλλον

Φαν-

μεραν ἐνδείξασθαι δουλείαν διατοτη προσδόκιμος αὐ-
τ, ἐπὶ πρὸς τυτῳ μὴ τὸν παρόντα μόνον ἔχειν πόλεμον,
ὰ ἐπὶ πολὺ μείζονα τὸν ἀπ' αἰγύπτου. τὴν μὲν κλεοπάτραν
ἐσόψεσθαι δυναμιν αὐτῷ καταστασιάζομενον πολε-
ον ἐκ τῆς πέρας, ἀλλ' ἤξειν ἐπ' αὐτὸν μετὰ μεγάλης στρα-
τ. αὐτὸν δὲ αὐτῷ ὥστε καὶ τὸν κύπρον τὸν ἰόν ἐκβα-
. ἐὰν γὰρ πτολεμαῖος μὲν διαμαρτῶν τῆς ἐλπίδος
φυγεῖν πάλιν εἰς τὴν κύπρον, αὐτὸς δὲ κίνδυνον τὸν
τατον. ὁ μὲν δὴ πτολεμαῖος καὶ τὸ πρὸν μαθὼν τὴν
πτολεμαίων μεταβολὴν, ὅδεν ἦλθον ἐπλεύσει, καὶ κατα-
ὶς εἰς τὴν λεγομένην συκάμινον, ἔνθα δὴ τὸ δυνα-
ἐξεβίβασεν, ἵνα δὴ ὁ πᾶς στρατὸς αὐτῷ πεζοῖς τε ἅμα
ππεῦσι θᾶττον παρεγένετο, ὡς παραλόγων τὴν τῆς
λεμαΐδος, καὶ στρατοπεδευόμενος, ἐπεὶ μήπω τὰς
αὐτοῦ πρέσβεις ἐδέχοντο, μήτε τῶν λόγων ἠκροῶν-
μεγάλως ἐφρόντιζεν. ἐλθόντων δὲ πρὸς αὐτὸν ζωΐλου
καὶ τῶν γαζαίων, καὶ δεομένων συμμαχεῖν αὐτοῖς πα-
ὰ μὴ τῆς αὐτῶν τῆς χώρας καὶ τῶν ἰουδαίων καὶ ἀλεξάν-
ς, λύπη μὲν τὸν πτολεμαῖον τὴν πολιορκίαν δεῖσαι τὸν πτολεμαῖον ὁ ἀ-
ξανδρος. ἀπαγαγὼν δὲ τὴν στρατιὰν εἰς τὴν οἰκείαν
ατηγὰ τὸ λοιπὸν, λάθρᾳ μὲν τὸν κλεοπάτραν ὀνομάζει τὸν
πτολεμαῖον μετοπεμπόμενον, φανερῶς δὲ φιλίαν καὶ
μμαχίαν πρὸς αὐτὸν ἀποκηρυττόμενον. ἐπεὶ παρακο-
ὰ δὲ ἀρχὴν πάλαι δώσειν ἐπέσχεν, χάριν αὐτὸ
ὧν αὐτῶν ζωΐλον ἐκποδὼν ποιησάσθαι τὸν τύραννον, ἐπὶ
ὶ χαίρειν τοῖς ἰουδαίοις προσνεῖμαι. τότε μὲν δὴ ὁ πτο-
μαῖος ἡδέως τὴν πρὸς ἀλέξανδρον ποιησάμενος
λίαν χάριν τὸν ζωΐλον. ὕστερον δὲ αὖθις λάθρα
πεμπόμενον αὐτὸν πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ κλεοπά-
τραν, λύπη τὸς μεγίστους πρὸς αὐτὸν ὄρκους, καὶ πρὸς-
λὼν ἐπολιόρκει τὴν πτολεμαΐδα, μὴ δεξαμένων αὐ-
καταλιπὼν δὲ ἐπὶ τῆς πολιορκίας στρατηγὸς ἐπὶ
τὴν τῆς δυνάμεως, αὐτὸς παρῆλθε τὴν ἰουδαίων
χώραν ἐφόμενος ὡρμησεν. ὁ δὲ ἀλέξανδρος τὸ δὲ πτο-
λεμαΐδος ἀθρόοις μαθὼν σωνηθροισμένος αὐτὸς πρὸς πτο-
λεμαΐδα τὸ ἐγχωρίων. ὡς δέ τινες συγγραφεῖς ἐπὶ
ασιν ὀκτώ. ἐπὶ ἀναλαβὼν τὴν δυναμιν ἅπασαν τοῦ πτο-
λεμαίου. πτολεμαῖος δὲ ἐξαίφνης ἐπιπεσὼν ἀσαν-
τῇ τῆς γαλιλαίας πολὺ σὺν αὐτοῖς ἀγρὶ καὶ κρατή-
λευ, καὶ πρὸς μυρία σώματα καὶ πολλὴν ἐτέραν
δε λείαν.

A certissimam servitutem, accito domino se dedere, & insuper non præsens solum bellum sustinere, sed majus etiam ab Ægypto imminens. Cleopatram enim non permissuram, Ptolemæum vires sibi parare e vicinia, sed contra eos venturam cum valido exercitu. dare enim reginam operam, ut illum etiam e Cypro ejiciat. futurum autem, ut si Ptolemæum sua spes frustretur, ipse in Cyprum retrorsum fugiat, miseri vero cives in extremo deferantur periculo. Igitur Ptolemæus, cognita in itinere Ptolemaidensium mutatione, nihilominus cursum continuavit, & cum appulisset ad Sycaminum, eo loci copias exposuit, quæ constabant, connumeratis peditibus & equitibus, circiter triginta millibus. His adductis ad Ptolemaidem, & castris ibi positis, cum neque legatos ejus admittere, neque verba audire vellent, in magnam conjectus est solicitudinem. Postquam vero Zoilus ad eum & Gazæi venerunt, petentes auxilium contra Judæos & Alexandrum agros ipsorum vastantem, obsidio quidem urbis metu Ptolemæi soluta est. Cæterum reducto domum exercitu, Alexander cœpit astu agere, clam Cleopatram contra Ptolemæum vocans, aperte vero amicum ejus & socium se simulans. quin & quadringenta argenti talenta daturum se pollicitus est, si ille vicissim in gratiam ipsius Zoilum tyrannum tolleret, & agros ejus Judæis attribueret. Tum igitur Ptolemæus libenter Alexandri amicitiam admittens, Zoilum capit: deinde vero comperto, quod ille clam ad matrem ipsius Cleopatram nuncios mitteret, dissoluto cum eo fœdere, profectus est oppugnatum Ptolemaidem, quæ portas ei clauserat. Ubi, relictis ad continuandam oppugnationem ducibus cum parte exercitus, ipse cum reliquis copiis ad vastandam ac domandam Judæam se contulit. At Alexander, postquam intellexit ejus propositum, & ipse ex sua ditione collegit circiter quinquaginta millia, vel ut quidam scriptores malunt, octoginta millia, & cum his hostibus obviam. Ptolemæus vero ex improviso adortus sabbato Asochim Galilææ oppidum, vi cœpit, & circiter decem captivorum millia, præter aliam multam prædam abduxit.

Κεφάλαιον κά.
Πτολεμαῖος ὁ λαθύρος πρὸς ἀλέξανδρον μάχη καὶ νίκη.

CAP. XXI.
Ptolemæi Lathuri de Alexandro victoria.

Ἱεραύσιος δὲ καὶ σεμφώριν μικρὸν ἀπολιπὼν ἀπεχθημένης πολλοῖς ἀποβαλὼν ἤδη πολεμήσων ἀλεξάνδρῳ. ἠπείγετο δὲ αὐτῷ πρὸς τὸν ἰορδάνην ποταμὸν ἀλέξανδρος, ὃν λίνα τόπον λεγόμενον ἐσώσων ἐκ πρόσθεν δὲ ἰορδάνης ποταμὸς, καὶ βάλλεται στρατοπέδον ἀπέναντι τῶν πτολεμαίων. εἶχε μὲν δὴ τοὺς πρωμαχομένους μυριάδας εἰς ἑκατὸν ἑξήκοντα, ἐπονομάζοντες δὲ ἑκατονταμάχους ἐπὶ ἀσπίδων χαλκῶν φερομένους τοῖς δορυφόροις. ἦσαν δὲ καὶ τοῖς δὲ πτολεμαίου πρωμαχοῦσιν ἀσπίδες. τοῖς μὲν τὰ ἄλλοις ἔλαττον ἔχοντες οἱ δὲ πτολεμαῖος δὲ λαβύρου τὸν ὅπλων εἰς τὸ κινδύνου, θάρσος δὲ αὐτοῖς ἐκ ὀλίγου ἐπὶ ὁ ἰουδαῖος φιλοστέφανος, ἀμβλύνων καλῶς τὸν παμεῖν, οὗ μεταξὺ ἦσαν ἐστρατοπεδευκότες. ἀλεῖν δὲ κωλύειν αὐτῶν τὸν ἀμβλύνων ἐκ ἔδοξεν.

Deinde aggressus & Sephorim non longe inde distantem, multis desideratis, abiit conflicturus cum Alexandro: cui occurrit ad Jordanem fluvium, juxta Asophon, qui non multum dissitus est a flumine: & castra ex adverso hostium metatus est. habebat autem Alexander in prima acie pugnare solitos octies mille, quos hecatontamachos appellabat, gestantes æratos clypeos, sed & Ptolemæi prima acies æque æratis scutis utebatur: Et cætera quidem inferiores, sibi visi cunctantiores erant ad prælium: confirmabat autem eos non parum Philostephanus aciei struendæ artifex, jubens transire fluvium, supra quem castra habebant, nec Alexandro transitu eorum impedire placuit, rato, faciliorem sibi fore victoriam, si hostis a tergo haberet fluvium, & e pugna non posset refugere.

& primum qvidem æqvo Marte certabatur, multis utrinqve cadentibus: deinde cum jam Alexandri milites superiores fieri inciperent, Philostephanus cum parte suorum mature cedentibus opem attulit, cumqve, inclinato Judæorum cornu, nullus ferret suppetias, destituti ope proximorum fecerunt fugæ initium, cæterosqve exemplo suo traxerunt. contra Ptolemæi milites acriter instando Judæos fugientes cædebant, & tandem profligatos eousqve insecuti sunt interficiendo, donec lassatis manibus ferrum qvoqve hæbesceret. Ferunt triginta millia cecidisse in eo prælio. Timagenes autem qvinqvaginta millia in suis scriptis retulit: cæteros partim captos, partim fuga servatos incolumes. Ptolemæus vero cum post victoriam longe lateqve excurrisset, sero tandem in qvosdam Judæorum vicos se recepit, quos ubi vidit refertos pueris & mulieribus, mandavit militi, ut promiscue jugulatos & in frusta concisos, in lebetes ferventes membratim conjicerent, ut qui effugerant e prælio, hostem crederent humanis vesci visceribus, & eo major terror incuteretur reliqvis: & hujus crudelitatis tam Strabo quam Nicolaus meminit. Iidem etiam Ptolemaidem vi expugnaverunt, sicut alias indicavimus. Porro Cleopatra videns augeri filii potentiam, subjecta Gazæorum urbe, & Judæorum regione impune pervastata, non permittendum duxit, ut ille magis crescceret, maxime cum circa Ægypti portas obversaretur, & immineret ejus imperio. qvapropter continuo tam navales qvam terrestres excivit copias, qvarum supremum regimen pænes Chelciam & Ananiam Judæos esse voluit: bonam etiam divitiarum suarum partem cum nepotibus & testamento apud Coum insulam deposuit. Jussoqve Alexandro filio cum magna classe Phœnicen appellere, & deficientibus ad se ejus regionis incolis, pervenit Ptolemaidem: unde excluſa oppugnationem ejus urbis instituit. Tum Ptolemæus, relicta Syria, properavit in Ægyptum, sperans ex improviso occupaturum se præsidiis vacuam, sed opinione sua frustratus est. Per idem tempus alterum e Cleopatræ ducibus Chelciam mori contigit, dum circa Cœlesyriam Ptolemæum persequitur. At Cleopatra, auditis filii conatibus, & qvod ei tentanti Ægyptum non ex sententia succesſerat, missa eo parte exercitus, omnino eum ex ea regione expulit. atqve ita rursum ex Ægypto ejectus, apud Gazam exegit eam hyemem. Interim Cleopatra Ptolemaidem simul cum præsidiariis expugnat. Qvo cum venisset Alexander cum muneribus, & ita exceptus tractaretur, ut dignum erat, tractari hominem afflictum a Ptolemæo, nec aliud habentem refugium: cumqve qvidam amicorum reginæ svaderent, ut illa qvoq; regionem occuparet, nec sineret tantã bonorum Judæorũ multitudinẽ unius viri parere nutibus: Ananias contrarium consuluit, iniqvum facinus

A

B

C

D

E

F

G

πλήσον αὐτῷ, ἢ σύμμαχον ἄνδρωπον ἀφαιρήσεται A
τῆς ἰδίας ἐξουσίας, καὶ τοῦτο συγγνῶναι ἡμέτερον ἐδὲ ἀ-
γενῶς ἔτε βούλομαι φησὶν ὅτι τὸ πρὸς ἕτερον ἄδικον ἐχθρὸς
ἅπαντας ἡμᾶς ἐν τοῖς ἰουδαίοις καταστήσει. τοῦτα ὁ
ἀνανία πρὸς ἐκάλεσεν Θ., ἡ κλεοπάτρα πείθουσα μη-
δὲν ἀδικῆσαι τὸν ἀλέξανδρον, ἀλλὰ σύμμαχον ἴσον πρὸς
αὐτὸν ἐποίησατο ἐν τῇ μεταλλῇ τῆς κοίλης συρίας. ὁ δὲ
ἐκ πολέμου πρὸς φύσων ἐλθὼν ἡρώδης, πρατθέντα μὲν
ὑπ' αὐτῶν δηλῶν τὸν κοίλην συρίαν. αἱρεῖ δὲ γάδαρα πολιορ-
κήσας δέκα μησίν. αἱρεῖ δὲ καὶ ἀμαθοῦντα μέγιστον φρ-
ούριον τῆς περαίας ἰορδάνου κατὰ τὴν μάδαβα, ἐν ᾧ ἦν τὰ
κάλλιστα καὶ ἀσφαλέστατα χρήματα. ὁ ζηνόδωρος ἔχων
ἐς ἐπιστρατείαν δισμυρίων τοῖς ἰουδαίοις, μισθοφόρων
τῶν ἐκείνου, ὑπὸ τοῦ ἀπατηθεὶς ἀλέξανδρος ἀφικνεῖται
πρὸς αὐτὸν ὡς τὸν ἀπὸ τῆς βαταναίας μέρους, ἐκφύγει δὲ ἀνὴρ
δάνι, ἐν ὑστέρῳ ἡρώδης ὁ βασιλεὺς ἐξεπολέμησε μετ-
ενεγκάμενος, καὶ κρατεῖ ἐκεῖ αὐτῶν. ἐρῶν δὲ τὸν C
πολεμαῖον ἐν τοῖς γαζαίοις εἰς κύπρον ἀναπλεύσαντα,
τὸν δὲ μητέρα αὐτοῦ κλεοπάτραν εἰς αἴγυπτον, ἐργαζο-
μένου δὲ τοῖς γαζαίοις ὑπὸ πολεμαίου ἐπιπαλέσαντα
βοηθὸν, ἐπιλοιπὸν τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν αὐτῶν
ἐκπορθοῦντα. ἀπολλοδότου δὲ κρατοῦντος τῶν γαζαίων,
μετὰ διακοσίων ξένων καὶ χιλίων ἐπικούρων, νύκτωρ ὁπλί-
ζονται Θ. τῇ τῶν ἰουδαίων φρουρᾷ, ἐφ' ὃν μὲν
ὑπῆρχεν ἡ ἰσχύς, εἰκότως οἱ γαζαῖοι, δόξαν παρέχον- D
τας τοῖς πολεμίοις εἰς ἐπαλλήλους Θ. αὐτοῖς πολεμαίῳ.
γενομένης δὲ ἐμάχης καὶ τῆς δόξης ἐλεγχθείσης, μα-
θόντες οἱ ἰουδαῖοι τὴν ἦτταν, ἀπονοσφίζονται, καὶ τοῖς
γαζαίοις προσβαλόντες ἀναιροῦσιν αὐτῶν τοὺς χιλί-
ους. τῶν δὲ γαζαίων ἀντεχόντων, καὶ μήτε ὑπὸ τῆς
εὐδίας, μήτε ὑπὸ τῆς ἀπὸ τῶν ἀναιρεθέντων ὀδυ-
δόντων. (πᾶν γὰρ ὅπουοῦν ἐπέμφυσε πάθος, ἢ ὑπὸ τῆς
πολεμίου ἡδονῆς) προσπίπτουσι δὲ αὐτῶν τῷ προ-
θυμίαν καὶ ἀρετὴν ἀφαιρῶν βασιλεὺς ἀπιδὴς Θ. οὐκ E
ἔχων αὐτοῖς συμμαχεῖν ἐπιστρατεύει Θ. ἀλλὰ συνέ-
βη πρῶτον τὸν ἀπολλοδότου ἀδελφιδοῦν λυσίμαχον
ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, ζηλοτυπῶν αὐτὸν ὑπὸ τῆς ἀφ' ὧν τοῖς
πολίταις εὐδοκιμεῖν, κτείνας αὐτὸν ἐν φρουρᾷ συγ-
κροτήσας, ἐκδίδωσιν ἀλεξάνδρῳ τὴν πόλιν. ὁ δὲ ἐν-
θὺς μὲν εἰσῆλθεν ἠρέμα, μετ' ὀλίγον δὲ τὸν διανοίαν
ἐπαφῆκε τοῖς γαζαίοις, ἅπαντας πιμπρᾶσι αὐτούς.
εἰ δὲ ἄλλοι ἀλλαχῇ τρεπόμενοι, τὰς γαζαίας ἀπέκτει- F
νεν. ἦσαν δὲ οὐδὲ ἐκεῖνοι τὰς ψυχὰς ἀηδεῖς, ἀλλὰ
καὶ τοῖς φθάσασιν ἀμυνόμενοι τοὺς ἰουδαίους σὺν
ἐλάττοσιν αὐτῶν διέφθειρεν. ἔνιοι δὲ μενοῦμενοι τοῖς
οἰκείοις ἐπεπήδησαν εἰς μηδὲν αὐτῶν λάφυρον ἐᾶναι
τοὺς πολεμίους λαβεῖν. οἱ δὲ καὶ τῶν τέκνων καὶ γυναι-
κῶν αὐτοχειρίᾳ ἐχώρουν, τῆς ἐκ τῶν ἐχθρῶν αὐτοὺς
δουλείας ἕτοιμοι ἀπαλλάττειν λυμαινομένοι. τῶν δὲ
βουλευτῶν ἦσαν οἱ πάντες φ', συμφυγόντες εἰς τὸ τοῦ G
ἀπόλλωνος ἱερόν. ἐπικρατοῦντος δὲ τοῦ θανάτου σπου-
δῇ ἡμέρᾳ. ὁ δὲ ἀλέξανδρος τούτους μὲν ἀναιρεῖ, καὶ
τὸν πόλιν αὐτῶν ἀπαλλοτριώσας ἐπέστρεψεν εἰς ἱε-
ροσόλυμα, ἐνιαυτοῦ πληροῦντος. ἐπὶ τὸ αὐτὸν δὲ
τοῦ χειμῶνος καὶ ἀντιόχου ὁ χρυσὸς ἀπελθόντος, ἐπα-
θήσατο ἐπὶ τῆς γαλιλαίων ἀπελθόντος, διώσας μὲν ἐ-
τη μέ. βασιλεύσας δὲ ἐτῶν κε'. ἀλεξάνδρου
δὲ τοῦ βασιλέως ὁ παῖς αὐτοῦ σέλευκος, ἐπολέμει μὲν

dictitans, si hominem in societatem receptum
suis facultatibus exueret, præsertim suum co-
gnatum. Sic enim fore, ut, illata huic injuria,
omnes ubiqve gentium Judæos a se alienaret.
His rationibus Ananiæ regina inducta, abstinuit
ab Alexandro injuriam, & fœdus cum eo reno-
vavit apud Cœlesyriæ urbem Scythopolim. Tum
vero liberatus metu periculi, qvod a Ptolemæo
hactenus impendere visum est, expeditionem
suscepit in Cœlesyriam, ubi Gadara post decem
mensium obsidionem cepit, & paulo post potitus
est Amathunte, qvod est castrum omnium, qvæ
ad Jordanem sita sunt, munitissimum, ubi Theo-
dorus Zenonis filius res suas carissimas depositu-
erat, qui ex inopinato Judæos aggressus, inter-
fectis ex eis decem millibus, impedimenta Ale-
xandri diripuit. Nec tamen hac clade rex abs-
territus est, qvo minus in maritimo tractu Ra-
phiam bello aggrederetur, & Anthedonem, cui
postea Herodes rex mutavit nomen in Agrippi-
adem, qvam & ipsam armis in potestatem suam
redegit, & cum animadvertisset Ptolemæum,
Gaza relicta, in Cyprum recessisse, & matrem e-
jus Cleopatram in Ægyptum, infensus Gazæis,
quod acciviffent illum contra se in auxilium, &
urbem eorum oppugnavit, & agrum depopulatus
est. interim Apollodotus eorum dux noctu
cum duobus millibus conductitiorum militum,
& decem millibus, quæ ex oppidanis armaverat,
erupit in castra Judæorum: & qvam diu noctur-
na erat pugna, superiores erant Gazæi, hostibus
adventum Ptolemæi suspicantibus, sed qvam
primum dies illuxit, & rei veritas apparuit, Ju-
dæi se conglomerarunt, & impetu facto in oppi-
danos, circiter mille ex eis interfecerunt. Attа-
men ne sic qvidem, quamvis gravante inopia,
voluerunt cedere, parati quidvis potius perfer-
re, quam ab hoste subigi: & addebat illis ani-
mum Aretas rex Arabum, auxilii spem ostentans.
Sed prius qvam ille veniret, Apollodoro perem-
pto, civitas capta est. Nam Lysimachus ipsius
frater invidens ei, quod tam gratiosus esset apud
populum, occiso eo, collegit manum militum, at-
qve ita urbem Alexandro tradidit, qui primo pa-
catus introgressus est, deinde immisit in oppida-
nos militem, permissa saviendi licentia, ac passim
Gazæi trucidabantur. nec tamen illi moriebant-
tur inulti, sed repugnantes invasoribus, non
pauciores Judæos interimebant. alii vero de so-
latas prius ædes incendebant, ne hostis præda
potiri posset. quidam etiam suismet manibus u-
xores ac liberos contrucidabant, ne in captivita-
tem abstraherentur. Senatores autem numero
qvingenti in Apollinis confugerant: forte enim
senatus habebatur, cum hostis intromissus est.
Alexander vero, etiam his jugulatis, & dirupta
insuper urbe, reversus est Hierosolyma, anno
post, qvam castra ad Gazam admoverat. Eodem
tempore etiam Antiochus Grypus occisus est He-
racleonis insidiis, anno ætatis suæ qvinto &
qvadragesimo, regni vero nono supra vigesimum. cui succedens Seleucus filius bellum gessit

cum Antiocho patruo, cui Cyziceno fuit cognomen, qvem deinde in prælio captum neci tradidit. Nec ita multo post Cyziceni filius Antiochus cognomento Eusebes pervenit Aradum, & impositio sibi diademate, Seleuco bellum intulit, qvem uno prælio victum e tota Syria expulit. at ille fuga delatus in Ciliciam, postqvam a Mopseatis receptus est, cœpit ab eis tributa exigere qvi non ferentes exactionem, una cum regia & ipsum & amicos concremarverunt. Regnante vero apud Syros Antiocho Cyziceni filio, Antiochus Seleuci frater bellum eum aggreditur, & victus vitam simul amisit atqve exercitum: post qvem frater ejus Philippus, assumpto diademate, regnavit in parte Syriæ. Interim Ptolemæus Lathurus qvartum ejus fratrem Eucærum cognomine, accitum a Gnido, regem apud Damascum constituit. His duobus fratribus strenue resistens Antiochus, brevi extinctus est, vocatus enim in auxilium Laodices Galadenorum reginæ, cum Parthis bellum gerentis, fortiter in prælio dimicans occubuit: qvo facto, Syriæ regnum remansit penes duos fratres. Philippum atqve Demetrium, sicut alias narratum est. Porro in Alexandrum domi seditio coorta est, cum per scenopegiæ celebritatem in parantem sacrificare conjecta sunt citrea: nam hoc festo nostris morem esse, palmeos & citreos thyrsos gestare, indicavimus. qvin & convitiis impetitus est populariter, exprobrantibus captivitatem, & indignum, qui sacris operetur, jactantibus. qvibus injuriis exacerbatus, occidit eorum circiter sex millia: &, extructo circa fanum & altare septo ligneo pertinente usqve ea loca, ad qvæ solis sacerdotibus patet aditus, hoc pacto arcebat a se vim multitudinis. Sed & mercenarios milites alebat Pisidas & Cilicas. nam Syris infensus, non utebatur eorum opera. Devictis deinde Arabibus, tributa, Moabitis & Galaditis imperavit, & Amathontem diruit, non audente Theodoro manus conserere. Congressus etiam cum Arabum rege Obeda, & pertractus in insidias, cum camelorum multitudine protrusus esset in fauces asperas & accessu difficiles juxta Gadara vicum Galaditidis, ægre evasit ipse incolumis: delatusqve fuga Hierosolyma, super acceptam cladem per sex annos a sua gente bello vexatus, non minus qvam qvinqvaginta millia Judæorum occidit. & cum eos hortaretur ad reconciliationem, adhuc magis accendit eorum odia: dum roganti, qvid se vellent facere, ore uno responsum est, ut seipsum interficiat: moxqve miserunt ad Demetrium Eucærum, qvi ab illo auxilia peterent.

XX.

τοῦ δ' πατρὸς ἀδελφῷ ἀντιόχῳ, ὃς ἐπικαλεῖτο κυ-
ζικηνὸς, κτείνας δ' αὐτὸν, καὶ λαβὼν αἰχμάλωτον. μ
οὐ πολὺ δ' ὕστερον κυζικηνοῦ παῖς ἀντίοχος καὶ αὐτὸς ὁ
ὁ δυσεβὴς καλούμενος ἀφικόμενος εἰς ἄραδον, κ
ἀναθαρρήσαντες ἀλλόφυλοι τὰ πολέμιά τὰ σελεύκ,
κρατήσαντες ἐξήλασαν αὐτὸν ἐξ ἁπάσης συρίας. ὁ
φυγὼν εἰς κιλικίαν, καὶ ἡνώμενος ἐν τῇ μόλ
πολλὰ αὐτὸς ἀσεβήματα. ὁ δὲ τ μὲν
δήμου ἀφαιρεθεὶς, ὑφ' ἑνὸς αὐτὸς βασιλεύ
διέφθειρεν αὐτὸν μετὰ τῶν φίλων. ἀντίοχος δ' κ
ναιτικῆς βασιλεύσας τῆς συρίας ἀντίοχ
λέλιον ἀδελφὸς, ἐπιφέρει πόλεμον πρὸς αὐτ
κηθεὶς ὑπολύτην μετὰ τῆς φρατρίας. μετ' ἀλλ
φὸς αὐτὸς φίλιππος ὀνομασθεὶς ἀφῆκεν ἀφῆκεν
τῆς συρίας ἐβασίλευσε. πτολεμαῖ
ος ὁ λαθ
ρος τὸ πρῶτον μὲν ἀδελφὸν ἀφῆκεν, τ
λεχόμενον, ἐπειτα δὲ μετὰ μικρὸν κατὰ
δαμασκοῦ βασιλέα. τέτου δὲ τοὺς δύο ἀδελφοὺς κ
ρεῖς ἀντίοχος ἀντίοχ, τοὺς ἐπ' αὐτ
λαοδίκης γὰρ ἐλθὼν πολεμαχ τῇ γαλαδηνῶν
σιλίσσῃ παρθυαίοις πολεμοῦσῃ, μαχόμενος ἀπέθ
νε. τὴν δὲ συρίαν κατέσχον οἱ δύο ἀδελφοὶ δημήτ
ὁ φίλιππος. καθ' ἑαυτοὺς ἐν ἔθνεσι διῴκουν. ἐλθ
ρος δὲ εἰκοστῷ ἔτει πρὸς αὐτὸν στασιασάντων, ἐπιπ
ἐπ' αὐτὸν τὸ ἔθνος, τ ἐορτὴν ἄγοντα, καὶ αὐτ
αὐτὸ δὴ τοῦτο βωμὸν ἐκ πολὺ μέλοντ, κατὰ
δαῖον, νόμιμον ὂν ἐκ τῆς σκηνοπηγίας ἐν τῇ πόλ
πυγίᾳ, ἔχων ἑκάστου ἵππους ἐκ φοινίκων κ
διῳκοδομημένῳ δὲ καὶ τοῦτο ἐν ἄλλοις. κατελιθ
τοίνυν δ' αὐτοκρατὴς ἀνεκαλέσατο χαλκοῦς, καὶ τῶν
ὃν ἀνάξιον. ὅθεν τέτοις ὠργισθῆς, κτείνει μὲν
τῶν ἐπὶ ἑξακισχιλίους, ἀνέφαξεν δὲ ξύλινον περὶ
μενος καὶ τὸν καὶν βαλλόμενον μέχρι δ' θερμῆς, κ
μένους ἐξέλεν τοὺς ἱερεῖσιν ἐσπένας, τέτων τῶν δ' πλ
ἐπ' αὐτὸν ἀπεφορτίσατο ὕσδον. ἐτρέφε δὲ καὶ ξένους τ
δους καὶ χιλίους. σύροις δὲ πολέμ ἐν ἀντιγ
καθυστεροῦντα μὲν τῶν ἀράβων βασ
λαδίτας, εἰς φόβον ἐπαγαγεῖν, κατέβη κ
ξάντα, ἀναδῶσαι μὴ τολμῶντ αὐτὸ συμβαί
σαντάψας δὲ μάχῃ πρὸς ὀβέδαν τῶν ἀράβων βα
λέα, πεσὼν εἰς ἐνέδραν ἐν χωρίοις τραχέσι π
δυσβάτοις, ἐπὶ πολὺ πλῆθος καμήλων εἰς βαθεῖαν κατ
ἐλάχθη φάραγγα ᾗ γαδαρὰ κώμῃ τῆς γαλαδ
δος, ἐ μέλις αὐτὸς ἀμφοῖν ἐστιν. φεύγων δ' ἐκεῖθ
εἰς ἱεροσόλυμα ἀφῆγμένος, καὶ πρὸς τὸν παντὸς
αὐτὸ ὅτι δεδίωκε ὁ ἔθνος, πολεμήσας πρὸς αὐτ
ς, ἀπώλεσε τ ἰουδαίων ἐπὶ ἐλάττω ἑ μυριάδας. θ
καλοῦντ ὑπ' αὐτοῦ, τὸν πρὸς αὐτὸν διαμένει, π
μᾶλλον ἐμίσουν αὐτὸν ἀφ' ὧν συμβεβήκει. τὴν μ
μὴν δ' αὐτὸ τὸ ὄφελον ἡμέας, πάντας ἐβόων αὐ
μενον αὐτὸν, ἐ πρὸς δημήτριον τ ἐπικαλεσάμενο
ἀφαλεῖται ὅτι σῶμα χαλκ.

CAP. XXII.

Demetrius Eucærus Alexandrum prælio superat.

ILLE veniens cum exercitu, conjunxit secum eis, qvi se acciverant, & circa Sicima castra posuit. Alexander vero cum mercenariorum sex millibus & ducentis insuper, Judæorumq; suæ factionis viginti millibus illi

Κεφάλαιον κβ'.

Ὡς φρατρίαρχος δημήτριος ὁ εὐηρέτης ὀνομ
ξανδρον ἐνεφάνισεν αὐτῷ.

Ὁ δὲ μετὰ φρατρίας ἐλθὼν, ἐ ἰουδαίων τὴν ὀπισ
λεσαμένων, ὡς ὀπλιτικὸν πολὺ ἐφαλοποιεῖται
λέξανδρος δὲ μετὰ μισθοφόρων ἑξακισχιλίων ἐπ
σαμένων, ἰουδαίων τε αὖ, ὡς μυρίους οἱ σφρονίζα
ἐπ

φθαλαβὼν, ἀντεπῆγε τῷ δημητρίῳ. τέτω δ' ἦσαν ἱπ- A occurrit. habebat autem ille eqvitum tria nil-
πεις μὲν τρισχίλιοι, πεζῶν δ', μυριάδες δ'. πολλὰ μὲν lia, peditum vero qvadraginta. Itaqve multa
οὖν ἑκατέροις ἐπεχάθη, ὅ μὲν διαφθείρας τὸς μισθοφό- utrinqve tentata sunt, dum hic mercenarios ut-
ρους ὡς ὄντας ἕλλησας πειρωμένος, ὁ δ', τὸς σὺν δημη- pote Græcos ad defectionem solicitat: ille vero
τρίῳ ἰουδαίους. μηδετέρου δ' πέρας ποιουμένου, ἀλλ' εἰς stantes cum Demetrio Judæos. Sed qvia neuter
μάχλεν συμβαλόντων, νικᾷ δημήτριος, καὶ ἀποθνήσκουσι his artibus qvicqvam proficiebat, postqvam vi-
μὲν οἱ ἀλεξάνδρου μισθοφόροι πάντες, πτεώς τι ἅμα sum est armis decernere, victoria fuit penes De-
ἀνδρείας ἀπόδειξιν ποιούμενοι. πολλοὶ δὲ καὶ τ δημη- metrium: in quo prælio miles Alexandri con-
τρίου στρατιωτῶν. φυγόντος δ' ἀλεξάνδρου εἰς τὰ ὄρη, B ductitius ad unum cæsus est, navata prius forti
κατ' οἶκτον τ μεταβολῆς συλλέγουσι παρ' αὐτῷ ἰουδαῖοι ac fideli opera. Sed & ex Demetrianis multi de-
ἑξακισχίλιοι. ἐκ τότε μὲν δείσας, ἀνεχώρει δημήτριος. siderati sunt. Cæterum postqvam Alexander
μετὰ δὲ ταῦτα ἰουδαῖοι ἐπολέμουν ἀλεξάνδρῳ, καὶ νικώμε- ad montes perfugit, miserati ejus fortunam con-
νοι, πολλοὶ ἀπέθνησκον ἐν ταῖς μάχαις. καταλείποντες fluxerunt ad eum circiter sex millia, quorum
δὲ τὰς δυνατωτάτας αὐτῶν ἐν βεθόμῃ πόλει, ἐπολιόρκει. metu Demetrius retro abiit. Post hæc Judæi pro-
λαβὼν δὲ τλεὶ πόλιν, ἐν ᾗ μόμδρος ἐγκρατὴς αὐτ, priis viribus bellum gesserunt adversus Alexan-
ἀπήγαγε εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ πάντων ὠμότατον ἔργον ἔ- drum, sed semper victi multos amittebant e suo-
δοσεν. ἐστιώμδρος γὰ ἐν ἀπόπλῳ μετὰ τ παλλακίδων, rum numero. tandem potentissimos eorum com- C
ἀνας αυρῶσαι προσέταξεν αὐτῶν ὡς ὠ. τὰς δὲ παῖδας pulsos in Bethoma oppugnavit, & capto oppido,
αὐτῶν καὶ τὰς γυναῖκας ἔτι ζώντων, σφάξας τὰς ἐκεί- redactos in potestatem abduxit Hierosolyma,
νων ὄψεις ἐπισφαττεν, ὥσπερ μὲν ὢν ἠδίκητο ἀμυνό- ubi facinus commisit longe immanissimum. epu-
μενος, ἄλλως δὲ ὥσπερ ἄνθρωπον ταύτλω εἰσπραττό- lans enim cum pallacis excelsiore loco, unde
μενος τλεὸ δίκλευ, εἰ καὶ τὰ μάλιστα ὅπερ ὢ εἰκὸς ἐπα- prospectus patebat, ad octingentos jussit suffigi
λαστωρήθη τοῖς περὶ αὐτὸν πολέμοις, καὶ εἰς τύχας crucibus: in conspectu adhuc viventium jugu-
ἦλθε κινδύνως ψυχῆς τε περὶ & βασιλείας, οὐκ ἀρκε- lavit uxores eorum & liberos, pœnas exigens pro
μμένων ἀγωνίζεσθ καὶ σφᾶς αὐτὸς, ἀλλὰ & ἀλλοφύ- acceptis injuriis, qvæ tamen inhumaniores fue- D
λας ἐπαγόντων, καὶ τὸ τελευταῖον εἰς ὅτ ἀνάγκης ἀγόν- runt, licet sæpe ab inimicis afflictus, in extremũ
των, ὥστε λῦ καταστρέψασθαι γλῶ ἐν μοαβίτιδι καὶ γαλα- vitæ & regni periculum adductus fuerit, dum
αδίτιδι καὶ τὰ ἐν αὐτῇ χωρία τ Ἀράβων τῷ βασιλεῖ πα- non contenti propriis eum impugnare viribus,
εκδοῦναι, ὅπως ἂν μὴ ξυμάρῃ σφίσιν εἰς τὸν κατ' externa etiam auxilia conciunt, & postremo in
αὐτὸς πόλεμον, ἀλλὰ πυρία εἰς ὕστερον αὐτὸς καὶ ἐπήρεια eam necessitatem eum compellunt, ut, qvæ loca
πραξάντων. ἀλλ' οὖν οὐκ ἀπιτηδείως δοκεῖν ταῦτα in Moabitica & Galaditica regione subegerat, re-
δρᾶσαι, ὥστε λόγ τλεὸ τῆς ὠμότητος ὑπόλοιπον, ἀπο- stitueret Arabibus, ne & ipsi arma sua adversus
κληῆναι αὐτὸν ὑπὸ τ ἰουδαίων, θρασίδαν. οἱ δ' ἀν- eum cum inimicis conjungerent: præter alia,
τεστρατιῶται αὐτὸ τὸ πλῆθος ὄντες ὡσεὶ ὀκτακισχίλιοι, E qvæ in ejus contumeliam gesta sunt innumera-
φεύγουσι νυκτὸς, καὶ παρ' ὃν ἔζη χρόνον ἀλέξανδρος, ta. Iniqva tamen fuit talis animadversio, ita ut
ἦσαν ἐν τῇ φυγῇ. καὶ ἔτος μὲν ἀπηλλαγμένος propter hanc crudelitatem Thracidæ cognomen
ἐκ τούτων τ ταραχῆς, μετὰ πάσης τὸ λοιπὸν ἠρεμίας ἐβα- apud Judæos invenerit. Cæterum adversariorum
σίλευσε. δημήτριος δὲ ἐκ τ ἰουδαίας ἀπελθὼν εἰς exercitus ad octo millium numerum noctu
βέρροιαν, ἐπολιόρκει τὸν ἀδελφὸν αὐτὸς φίλιππον, ὄντων in tutum evaserunt: & toto tempore, quo vixit
αὐτῷ πεζῶν μὲν μυρίων, χιλίων δ' ἱππέων. στράτων δὲ ὁ τῆς βερροίας τύραννος φιλίππῳ συμμαχῶν, Alexander, egerunt in exilio: atqve ita demum
ζίζον τὸν Ἀράβων φύλαρχον ἐπεκαλέσατο, καὶ μιθριδάτην liberatus a tumultibus, secure administravit re-
τὸν σινάκλεν, τὸν παρθιαίων ὕπαρχον. ὧν ἀφικο- F gnum in posterum. Demetrius autem, relicta
μένων μετὰ πολλῆς δυνάμεως & πολιορκουμένων δημή- Judæa, profectus Berœam, Philippum fratrem
τριον ὄντες ἔτι κακοπαθοῦντος, εἰς ὃ τῆς τε τροφῆς suum oppugnavit in ea, habens secum decem
καὶ τῆ ὕδρᾳ συνεχόντες αὐτὸν, ἠνάγκασαν τὸς σὺν millia peditum, & mille eqvites. Straton vero
αὐτῷ σφᾶς παραδοῦναι. λαβόντες δὲ τὸ ἐν τῇ χώρᾳ καὶ τ δημήτριον παραλαβόντες, τὸν μὲν, τῷ Berœæ tyrannus & Philippi socius Zizum prin-
μιθριδάτῃ τῷ τότε βασιλεύοντι παρθων, ἔπεμψαν· cipem Arabum excivit, & Mithridatem Sina-
τ δὲ ἀντιοχέων ὅσους αἰχμαλώτους εἶναι συνέβαινε, rem præfectum Parthorum, qui postqvam vene-
τότως προῖκα, τῆς ἀντιοχείων ἀπέδωκαν. μιθρι- runt cum magno exercitu, Demetrii castra op-
δάτης δὲ ὁ τ παρθων βασιλεὺς τὸν δημήτριον εἶχεν ἐν pugnaverunt, & tam siti quam missilium telorum
τῇ τιμῇ τῇ πάσῃ, μέχρι νόσω καταστρεψε δημήτριος multitudine deditionem cum suis facere coege- G
τὸν βίον. φίλιππος δ', ὑπὸ τ μάχης εὐθὺς, ὑπὸ ἀν- runt: abductaqve ex ea regione præda maxi-
τιοχιαν ἐλθὼν, & καταλαβὼν αὐτλεὼ, ἐβασίλευσε τῆς ma, Demetrium captivum ad Mithridatem Par-
συρίας. thorum regem miserunt. Antiochenses vero,
qvotqvot in castris inventi sunt, gratis dimissos
redire Antiochiam passi sunt. Parthus vero rex
Demetrium apud se in omni honore habuit, donec ibi morbo absumptus est. at Philippus post hanc
pugnam statim profectus Antiochiam, totius Syriæ regno potitus est.

CAP. XXIII.

Antiochi Dionysi in Judæam expeditio.

XXI. DEinde Antiochus cognomine Dionysus, frater ipsius, Damascum principatum ambiens pervenit, & ibi rerum potitus rex factus est, qui cum exercitum duxisset contra Arabas, Philippus ejus frater, hoc audito, Damascum advolat: & cum, opera Milesii arcis præfecti, urbe Damascenorum potitus esset, per ingratitudinem non remuneravit eum, qvod vellet videri terrore urbem, non proditione cepisse. qvapropter suspectus ei redditus, rursum Damascum amisit, progressum enim in circum animi gratia Milesius exclusit, & urbem servavit Antiocho. at ille, auditis de Philippo rumoribus, confestim rediit ex Arabia: noxqve duxit in Judæam exercitum octo millium peditum, & eqvitum octingentorum. Cujus invasionem Alexander metuens, fossam profundam duxit a Caparsabe, qvæ nunc Antipatris dicitur, usqve ad Joppense mare, qva solum patebat accessus: excitatoqve muro, & per intervalla castellis ligneis per centum & qvinqvaginta stadia, præstolabatur Antiochum. at ille, omnibus his incensis, traduxit hac exercitum in Arabiam. & cum Arabs primum cessisset, deinde cum decem eqvitum millibus apparuisset, occurrens ei Antiochus, prælia tus est acriter, jamqve de victoria certus occisus est, dum alterum suorum cornu laborans vult in integrum restituere. post ejus casum exercitus refugit in vicum Cana, ubi maxima ejus pars fame absumpta est. Post hunc Coelesyriæ regnum Aretas adipiscitur, vocatus ad imperium a Damascenis propter odium, qvo persequebantur Ptolemæum Mennæum. Is qvoqve in Judæam profectus cum exercitu, devicto Alexandro apud Adida, certis conditionibus reduxit suos, unde venerat. Alexander vero, ad Dion oppidum admoto milite, coqve vi capto, ad Essam inde duxit, ubi erant Zenonis res pretiosissimæ: & primum triplici muro eum locum circumdedit, dein expugnato oppido, ad Caulanam duxit & Seleuciam: & subactis his qvoqve, redegit in suam potestatem vallem, qvæ Antiochi dicitur, & castellum Gamala. Objectisqve multis criminibus Demetrio locorum eorum domino, principatu suo illum exuit, & tertio demum hujus expeditionis anno domum reduxit exercitum, magna alacritate Judæis eum ob res prospere gestas excipientibus. Per hæc tempora jam & Syrorum & Idumæorum & Phœnicum urbes tenebant Judæi, ad mare Stratonis turrim, Apolloniam, Joppen, Jamniam, Azotum, Gazam, Anthedona, Raphiam, Rhinocuram, in mediterraneis per Idumæam regionem Adora & Marissam, totamqve Samariam & montes Carmelum ac Itabyriũ. ad hæc Scythopolim, Gadara, Gaulanitidem, Seleuciam, Gabala, & Moabiticas urbes, Esebonẽ, Medabam, Lempam, Oronas, Telithonem, Zaram, Aulonem Cilicium, Pellam: hanc ultimã diruerunt, qvod incolæ recusarent Judaicos ritus recipere: possidebant & alia Syriæ non obscura oppida, quæ imperio suo noviter adjecerant. Post hæc Ale-

A

B

C

D

E

F

G

Κεφάλαιον κγ΄.

Ανλιόχε ὁ διονύσε στρατεία ἐπὶ ἰουδαίαν.

ΕΠειτα ἀντίοχος ὁ κληθεὶς διόνυσος, ἀδελφὸς ὢν φιλίππε, τῆς ἀρχῆς ἀντιποιούμενος εἰς δαμασκὸν ὡδήγησε, καὶ τῶν ἐκεῖ πραγμάτων ἐγκρατὴς γενόμενος ἐβασίλευσεν. ἐκστρατεύσαντος δ' αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς ἄραβας, φίλιππος ὁ ἀδελφὸς ταῦτα ἀκούσας, ἐπὶ δαμασκὸν ἦλθε. μιλησίε δ' ὃς κατελέλειπτο τῆς ἄκρας φύλαξ, τῶν δαμασκηνῶν ὠφελόντων αὐτὸν τὴν πόλιν, ἀχάριστος εἰς αὐτὸν γενόμενος, καὶ μηδὲν ὧν ἐλπίσας ἐδέξατο αὐτὸν ὠφελήσων, ἀλλὰ τῇ παρ' αὐτοῦ φόβῳ βουληθεὶς δοκεῖν ὠφελῆσαι τὴν πόλιν ἢ τῇ χάριτι τῇ μιλησίε, δωρεᾶς μὲν αὐτὸν οἷς ἐχρῆν ἐπαπέλυσε, καὶ πύλας ἐκπέμψας τὰ δαμασκῶ. ἐξορμήσαντα δὲ αὐτὸν εἰς ἱππόδρομον, ἀπέκλεισεν ὁ μιλήσιος, καὶ τὴν δαμασκὸν ἀντιόχῳ διεφύλαξεν. ὁ δ' ἀκούσας τὰ περὶ τὸν φίλιππον ἐπέστρεψεν ἐκ τῆς ἀραβίας. στρατεύσας δὲ τὴν εὐθὺς, ἐλθὼν ἐπὶ τὴν ἰουδαίαν ἐπόλιτας μὲν ὀκτακισχιλίους, ἱππεῖς δὲ ὡ. δισχίλιους. ἀλέξανδρος τὸν ἐπ' αὐτὸν, τὰ φρέαρ ὀρύξας βαθεῖαν, ἀπὸ τῆς χαβαρζαβᾶ κατὰ ξάμου, ἢ νῦν ἀντιπατρὶς καλεῖται, ἄχρι τῆς εἰς ἰόππην θαλάσσης, ἢ καὶ μένον ἐν ὀπιμαχον. τεῖχος τε ἐγείρας καὶ πύργους ἀναστήσας ξυλίνους, καὶ μεσοπύργια, ὅπως εἶεν ἀσφαλῶς ἐν, τὸν ἀντίοχον ἐξεδέχετο. ὁ δ' ταῦτα πάντα ἐμπρήσας, διεβίβαζε ταύτῃ τὸν δυνάμιν ἐπὶ τὴν ἀραβίαν. ἀναχωρούντων δ' ἀλεξάνδρου τὰ πρῶτα, ἐπὶ τὰ μέρη ἱππέων ἐξαίφνης ἐπιφανέντος ἀναστήσας τὰς ἀντιόχος, καρτερῶς ἐμάχετο. καὶ δὴ νικῶν ἀπῆλαυνε ὠφελουμένων τὰ νεκρῶν μέρει. πίπτοντος δ' ἀντιόχου, καὶ τὸ στράτευμα φεύγει εἰς χαράκωμα, ἔνθα τι πλεῖστον αὐτῶν λιμῷ ἐφθείρετο. βασιλεύει δὲ μετὰ δύο τὴν χώραν ἔτη, κληθεὶς εἰς τὴν ἀρχὴν ὑπὸ τῶν τὴν δαμασκὸν ἐχόντων, ἀφ' οὗ τὸν πρὸς πτολεμαῖον τὸν μεννάιου μῖσος. στρατεύσας δ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν ἰουδαίαν, καὶ πρὸς ἄδιδα χωρίον μάχῃ νικήσας ἀλέξανδρον ἐπὶ σπονδαῖς ἀνεχώρησεν ἐκ τῆς ἰουδαίας. ἀλέξανδρος δὲ ἐλάσας αὐθις ἐπὶ δίαν πόλιν, αἴρει ταύτην, καὶ στρατεύσας ἐπὶ ἔσσαν, ἃ τε πολέσι ἀξιαζώνι ἀνεβάνειν ἦναι. καὶ τρισὶ μὲν περιβάλλει τείχεσι τὸ χωρίον. μάχῃ δὲ λαβὼν τὴν πόλιν, ἐπὶ γαύλανα καὶ σελεύκειαν ἐξώρμησε. πολλαβῶν δὲ καὶ ταύτας, προσεξείλε καὶ τὴν ἀντίοχου λεγομένην φάραγγα καὶ γάμαλα τὸ φρούριον. ἐγκαλῶν δὲ δημητρίῳ πολλὰ τῶν τόπων ἄρχοντι, προέδυσεν αὐτὸν, καὶ τρίτον ἤδη πεπληρωκὼς ἔτος τὸ στρατεύσας εἰς τὴν οἰκείαν ἐπέστρεψε, προθύμως αὐτὸν τῶν ἰουδαίων διὰ τὴν εὐπραγίαν δεχομένων. κατὰ δὲ τὸν αὐτὸν ἤδη τῶν σύρων καὶ ἰδουμαίων καὶ φοινίκων, πόλεις εἶχον ἰουδαῖοι. πρὸς θαλάσσῃ μὲν στράτωνος πύργον, δοκολλωνίαν, ἰόππην, ἰαμνίαν, ἄζωτον, γάζαν, ἀνθηδόνα, ῥαφίαν, ῥινοκόρουραν. ἐν δὲ τῇ μεσογείᾳ καὶ τὴν ἰδουμαίαν, ἄδωρα, καὶ μάρισσαν, καὶ σαμάρειαν. καρμήλιον ὄρος, καὶ τὸ ἰταβύριον ὄρος, σκυθόπολιν, γάδαρα, γαυλανῖτιδα, σελεύκειαν, γάβαλα, μωαβίτιδας, ἐσεβών, μήδαβα, λεμβᾶ, ὀρώνας, τελίθωνα, ζαρᾶ, χιλίκιον αὐλῶνα, πέλλαν. ταύτην δὲ κατέσκαψαν, οὐκ ἐθελόντων τῶν ἐνοικούντων εἰς τὰ πάτρια, τῶν ἰουδαίων ἐθη μεταβαλέσθαι. ἄλλας τε πόλεις προσεκτήσαντο τῇ συρίᾳ, αἳ ἦσαν κατεσκαμμέναι. μετὰ δὲ ταῦτα, ἀλέξανδρος

ξανδρ☉ ὁ βασιλεὺς, ἐπ μέθης εἰς νόσον καταπεσών, ☾ τρισὶν ἔτεσι τεταρταίῳ πυρετῷ συσχεθείς, οὐκ ἀπέσχετο τῶν στρατειῶν ἕως ἐπὶ τοῖς πόνοις ἐξαναλωθείς, ἀπέθανεν ἐν τοῖς γεραστλωῶν ὅροις, πλησιόχωρον βασιλεῖ Φρέαρ τὸ πέραν Ἰορδάνου. ὁρῶσα δ' αὐτὸν ἡ βασίλισσα πρὸς τὸ τελευτᾶν ἔνγιζε, καὶ μηδεμίαν ἔτι προσεδόκα σωτηρίας ἐλπίδα, κλαίουσα καὶ κοπτομένη, τῆς μελλούσης ἐρημίας αὐτῇ τε καὶ τοῖς παισὶ δυσθρήνητος, καί τινι καταλείπῃς ἔτως ἐμέ τε καὶ τὰ τέκνα παρ' ἀλλήλων βοηθείας δεόμενα πρὸς αὐτὸν ἔλεγε, ☾ ταῦτ' ἴσως πῶς διάκεισαι πρὸς σὲ δυσμενῶς τὸ ἔθνος. ὁ δὲ συνεβούλευεν αὐτῇ, πείθεσθαι μὲν οἷς ὑποθήσεται, πρὸς τὸ τὴν βασιλείαν ἀσφαλῶς κατέχειν μετὰ τέκνων. κρύψαι δὲ τὸν θάνατον αὐτοῦ πρὸς τοὺς στρατιώτας, ἕως ἂν ἐξέλθῃ τὸ χωρίον. ἔπειτα ὡς ἂν νικήσῃ λαμπρῶς εἰς τὰ ἱεροσόλυμα ὡδηγημένη, τοῖς Φαρισαίοις ἐξουσίαν τινὰ ὡδηγεῖν. τούτους γὰρ ἐπαινοῦντας αὐτῇ ἀντὶ τῆς τιμῆς, εὔνοιαν καταστήσειν αὐτῇ τὸ ἔθνος. δυνατὸς δὲ παρὰ τοῖς Ἰουδαίοις τούτοις ἔφασκε βλάψαι τε μισοῦντας, καὶ φίλους ὠφελῆσαι. μάλιστα γὰρ πιστεύεσθαι ὑπὸ τοῦ πλήθους περὶ ὧν ἂν ☾ φθονοῦντες, τί χαλεπὸν λέγωσιν, αὐτόν τε προσκρούσαντα τοῖς ἔθνεσι Φαρισαίοις τούτοις ἔλεγε, ὑβρισθέντας παρ' αὐτοῦ. σὺ τοίνυν εἶπεν ἐν τοῖς ἱεροσολύμοις γενομένη, μετάπεμψαι μὲν τοὺς πρώτους αὐτῶν. ἐπιδείξασα δὲ τὸ σῶμα τιμὴν ἐκείνοις, ὅπως μοι βέλτιον ἡ χρεία μὴ πολλῆς ἀξιοπιστίας δέηται. εἴτε καλυβείσῃ ἀταφίᾳ με θελήσουσι τὸν νεκρὸν, ὡς πολλὰ πεπονθότες ἐξ ἐμοῦ, ἔστ' ἄλλου τινὰ κατ' ὀργὴν αἰκίαν τῷ σώματι προσφέρειν βουλήσονται. ☾ μηδὲν δίκαιον τῶν ἐκείνων γνώμης ἐν τῇ βασιλείᾳ Φαπεζάξασθαι ἐπιχωρεῖ. ταῦτά σε πρὸς αὐτοὺς εἰπόσης, ἐγώ τε λαμπρότερος ἀξιωθήσομαι πρὸς αὐτῶν κηδείας, ἧς ἂν ἔτυχον ἐκ σοῦ, μηδὲν Φοβηθεῖσα πλὴν μὴ κακῶς τὸν νεκρὸν Φαθῆναι θελησάντων. σὺ δὲ βεβαίως ἄρξεις. παῦλα γὰρ ἐσομένη τῇ γυναικὶ τελευτᾷ βασιλεύσας ἔτη ζ ☾ κ', βιώσας δ' ἐνὸς δέοντα ν'.

A Xander ex temulentia morbo contracto, & triennio integro qvartana laborans, nec tamen abstinens a castrensibus officiis, tandem exhaustis viribus, fato concessit in Gerasenorum finibus, obsidens Ragaba castellum, qvod ultra Jordanem situm est. Qvem videns regina jam morti vicinum, & nullam salutis spem præ se ferentem, flens & seipsam plangens, suam simul & liberorum desolationem lamentabatur: Cui me, inqvit, & hos filios relinqvis, alieno indigentes auxilio? præcipue cum non ignores, qvam infensus sit tibi totus populus. Tum ille consuluit ei, ut suis monitis pareat, si velit secure cum filiis regnum obtinere. primum ut apud milites celet suam mortem, tantisper dum castellum illud capiat. deinde postqvam victrix magnifice Hierosolyma reversa fuerit, Pharisæis nonnihil licentiæ permittat. hos enim pro habito sibi honore laudaturos eam, & commendaturos apud populum. posse enim plurimum apud Judæos, sive exosum aliqvem cupiant lædere, sive amicum juvare. Valde enim his fidem habere vulgus, etiamsi per invidiam de qvopiam male loqvantur, nec se ob aliam causam incurrisse totius gentis odium, qvam qvia hoc genus offendet. Ergo, inqvit, ubi Hierosolyma perveneris, accersitis eorum primoribus, ostende illis meum corpus, & verbis qvam proxime veritatem simulatis, permitte, ut eo utantur arbitratu suo, sive insepulto & projecto cadaveri velint illudere propter antiqvas injurias, sive alio qvolibet modo in id sævire: & pollicere, nihil te nisi ex illorum sententia gesturam in administrando imperio, his verbis si apud eos usa fueris, & mihi magnificentior qvam a te sepultura continget, contentis illis permissa potestate, & tu secure dominaberis, post hæc monita uxori data moritur, anno regni sui septimo post vigesimum, vitæ vero undeqvinqvagesimo.

Κεφάλαιον κδ'.
Ὡς μετὰ τὸν ἀλεξάνδρα τελευτὴν ἡ γυνὴ αὐτοῦ ἀλεξάνδρα τὴν βασιλείαν κατέσχε.

CAP. XXIV.
Alexandro mortuo uxor Alexandra in regnum succedit.

Ἡ δὲ ἀλεξάνδρα τὸ φρέαρ ἐξελοῦσα, καὶ τοὺς τοῦ ἀνδρὸς ὑποθήκας, τοῖς τε Φαρισαίοις διελέχθη, ☾ πάντα ἐπ' ἐκείνοις ἠφίει, τά τε περὶ τὸν νεκρὸν, ☾ τὰ περὶ τῆς βασιλείας, τῆς μὲν ἀρχῆς αὐτοὺς τῆς πρὸς ἀλεξάνδρου ἔπαυσεν. εὐνοῦς δ' ἐποίησε καὶ φίλους. οἱ δὲ εἰς τὸ πλῆθος παρελθόντες, ἐδημηγόρουν, τὰς πράξεις τοῦ ἀλεξάνδρου διηγούμενοι, καὶ ὅτι δικαίως αὐτοῖς ἀπολοιτο βασιλεύς, ☾ τὸ δῆμον εἰς πένθος, καὶ τὸν ὕστερον αὐτοῦ κατὰ Φύσιν ἐξεκαλέσαντο τοῖς ἐπαίνοις, ὡς τε ☾ λαμπρότερον ἢ τινα τῶν βασιλέων, αὐτὸν σκηνῶσαι. δύο μὲν υἱεῖς ἀλέξανδρος κατέλιπεν, ὑρκανὸν καὶ ἀριστόβουλον, τὴν δὲ βασιλείαν εἰς τὸν ἀλεξάνδραν διέθετο. τῶν δὲ παίδων, ὑρκανὸς μὲν ἀσθενὴς πράγματα διοικεῖν, ☾ βίον ἡσυχαίτερον μᾶλλον ἠσκηκώς. ὁ δὲ νεώτερος ἀριστόβουλος, θρασὺς τε καὶ θαρσαλέος. ἐστέργετο μὲν ὑπὸ τοῦ πλήθους ἡ γυνὴ, διὰ τὸ δοκεῖν, ἐφ' οἷς ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ἐξήμαρτε, δυσχεραίνειν. ἡ δὲ, ἀρχιερέα μὲν ὑποδείκνυσιν ὑρκανὸν, διὰ τὴν ἡλικίαν, πολὺ μᾶλλον δὲ διὰ τὸ ἀπρόσοπον αὐτοῦ, ☾ πάντα τοῖς Φαρισαίοις ὑπηρετοῦν

A Lexandra vero, capto castello, juxta mariti monita Pharisæos allocuta est, & omnia illorum arbitrii faciens, quæ ad cadaver vel ad regnum pertinerent, ex infensis benevolos eos sibi reddidit: tum illi progressi ad plebem concionabantur, res gestas Alexandri celebrantes, & regem justum se amisisse conqverentes, populũ ad eum luctum ac mœstitiam provocaverunt, ut nullum antehac regem funeraverint sumptuosius. Cæterum Alexander duos quidem reliqvit filios, Hyrcanum & Aristobulum, regni tamen administrationem Alexandræ testamento reliqvit. e filiis autem Hyrcanus erat rebus administrandis parum idoneus, & amator otii: minor vero natu Aristobulus audax & industrius. sed mulier gratiosa erat apud populum, eo qvod semper visa sit ægre tulisse ea, quæ maritus præter officium faceret. illius consilio pontificatus Hyrcano obvenit, non tam ætatis prærogativa, qvam propter innatam segnitiem: alioqvi ex Pharisæorum sententia permissu reginæ gere-

XXII.

bantur omnia: quibus etiam plebs parere jussa A
est: & si qvid constitutionum Hyrcanus socer
abrogaverat, qvas Pharisæi juxta majorum tra-
ditiones induxerant, id totum sancitum est de-
nuo. Nomen igitur regni erat penes reginam,
penes Pharisæos vero administratio. nam hi &
exulibus reditum, & vinctis solutionem procu-
rabant. qvædam tamen etiam per se providebat
mulier & magnum mercede conductorum mili- B
tum alebat numerum, viresqve suas ita auge-
bat, ut terrori esset circumvicinis tyrannis & ob-
sides ab eis acciperet. Et qvod ad reliqva attinet, qvieta erat ejus ditio, soli Pharisæi turbas excitabant, incitantes reginam, ut necaret illos, qui Alexandro autores fuerunt sumendi de octingentis simul viris supplicii: moxq; unum ex his jugulant Diogenem, deinde alium post alium, donec potentiores convenientes in regiam, C
& cum his Aristobulus, præ se ferens, non placere sibi, qvæ fierent, &, si occasio daretur, non permissurus tantam licentiam matri, commemorabant ei, quantis rebus gestis & qvantis exhaustis periculis fidem suam domino approbaverint qvodqve hac de causa magnis præmiis eos dignatus sit: rogabantq; eam, ne omnino in contrarium spes suas verteret. nunc enim, qvi pe- D
riculum ab hostibus evasissent, domi ab inimicis mactari more pecudum, nemine opem ferente. ajebantqve, si qvidem contenti sint jam occisis adversarii, propter innatum affectum, quo dominos prosequantur, patienter se laturos hanc calamitatem; qvod si illi sævire pergerent, petebant sibi dari discedendi veniam, neqve enim nisi ipsius reginæ permissu qvæsituros sibi incolumitatem, alioqvi laturos, ut ibidem in ipsa in- E
terficiantur regia. Sed turpe esse tum sibi, tum reginæ, si, illa dissimulante, a mariti inimicis vexentur. nihil enim libentius auditurum Aretam Arabem & reliqvos tyrannos, qvam si ipsa se privaret talibus viris, qvorum illis olim vel nomen auditum terrori fuerit. qvod si ne hoc qvidem velit concedere, & malit indulgere Pharisæorum cupiditatibus, saltem per castella se dis- F
tribueret. se enim, qvandoqvidem fortuna ita persequatur Alexandri familiares, contentos esse in humili statu vitæ reliqvum exigere. Hæc & alia multa cum diceret, & ad miserationem tam cæsorum qvam periclitantium manes Alexandri invocarent, omnibus circumstantibus commotæ sunt lacrymæ: sed maxime Aristobulus mentem suam declarabat, multis verbis matrem corripiens. Verum illi sibiipsis causa fuerunt ho- G
rum malorum, qvi fœminæ ambitione imperante præter æqvum commiserunt regni habenas, qvasi vero deessent posteri. Tum illa inops melioris consilii, custodiam castellorum eis credidit, exceptis Hyrcania, Alexandrio & Machærunte, in qvibus res sibi charissimas recondiderat. Nec multo post Aristobulum filium cum exercitu misit versus Damascum, contra Ptolemæum Mennæum, qvi gravis erat urbi vicinus. Sed ille nulla re memorabili gesta, domum rediit. Per idem tempus nunciatum est, Tigranem Armeniorũ regem cum qvingentis militũ millibus invasisse Syriã, & brevi in Judæã esse venturum. ea fama non immerita

reginam & totam gentem tentaret, miserunt ad eum legatos cum magni precii muneribus, obsidentem tunc Ptolemaidem. Regina enim Syriæ, alias Cleopatra dicta, imperabat in Syria, & infolis ejus auctor erat, ut Tigranem excluderent. Ibi inventum regem legati rogaverunt, ut bene sibi de regina sua deq; tota Judæorum gente polliceretur. Ille vero collaudatos, qvod a longinquo venissent ad exhibendum sibi officium, jussit omnia bona sperare. Capta vero Ptolemaide, nuntiatur Tigrani, Lucullum, dum insequitur Mithridatem, illum qvidem non assecutum, qvi jam in Iberiam evaserat, sed Armeniam ingressum vastare eam regionem: qua cognito, ille statim domum reversus est. Post hæc cum regina in morbum difficilem incidisset, & visum est Aristobulo jam adesse tempus aggrediendi negotium, noctu egressus, uno comitante famulo, contulit se ad ea castella, qvibus paterni amici erant præpositi. Jam dudum enim moleste ferens, quæ mater gerebat, tum vero longe magis timebat, ne, illa mortua, totum Judæorum genus veniret in potestatem Ptolemæorum: & videbat, qvam ineptus esset administrationi frater, ad qvem spectabat successio. Conscia vero fuit ejus conatus sola uxor, qvam domi reliqvit cum liberis. ac primum venit Agaba, ubi Galestes erat unus e potentibus, a qvo perlibenter exceptus est. Sequenti vero luce regina sensit Aristobuli absentiam: nec tamen statim suspicata est illum ad res novandas esse profectum. Verum postea qvam venerunt nuncii alii super alios, qvod jam hoc, jam illud castellum occupasset: nam uno incipiente, statim reliqva omnia in ejus potestatem se dediderunt: tum demum in magna consternatione fuit & ipsa regina & universa gens. sciebant enim non multum abesse Aristobulum, qvin sibi usurparet gentis imperium: & vehementer timebant, ne pœnas exigeret ab illis, qui in ipsius familiares debacchati fuerant. placuit igitur, ut uxor ejus cum liberis custodiretur in castello, quod templo erat appositum. ad Aristobulum autem magnus fiebat confluxus, ut jam nec strepitus deesset, nec ornatus regius. nam intra qvindecim ferme dies occupavit castella vigintiduo. in qvibus habens receptaculum, colligebat exercitum a monte Libano & Trachonitide & a tyrannis. homines enim semper pluribus se agglomerantes libenter obtemperabant, sperantes etiam nonnihil utilitatis se percepturos ex eo, qvem ipsi ex inspe-rato res novas moliëntem evexissent ad dignitatis regiæ fastigium. Judæorum autem seniores & Hyrcanus reginam convenerunt, & rogabant, ut præsentibus rebus aliqvod expediret consilium. Aristobulum enim jam pene totam dominationem ad se traxisse, occupatis tot locorum opportunitatibus; se autem non decere, etiamsi maxime ipsa ægrotet, ea superstite, consultare absqve illius conscientia. periculum autem jam esse pene pro foribus. at illa jubebat eos facere, quicquid putarent reipublicæ conducere. habere eos magnam facultatem, vires gentis, milites, & in ærario multam pecuniam: sibi enim jam non admodum curæ esse rerum administrationem, nimirum deficiente corpusculo. his dictis, non multo post extremum halitum reddidit, exacto anno regni nono, vitæ tertio supra septuagesimum, mulier supra sexum suum egregia, ut qvæ mirum in modum honorum & imperandi cupida, operibus declaravit suam industriam, qvasi exprobrans viris insciti, qvi parum feliciter administrant respublicas.

semper enim præsentibus magis qvam futuris A intenta, & omnia posthabendo moderatæ gubernationi, neqve ab honestate neqve a justitia deduci voluit. Familia tamen ejus in tale incurrit infortunium, ut potentiam, qvam sibi multis fudoribus & periculis para verat, propter hujus non muliebres cupiditates paulo post amiserit: qvin & cum inimicis familiæ suæ sensisse videtur, & rempublicam orbasse præsidibus: qvin & post B obitum ejus ex reliqviis malæ ipsius administrationis, multæ turbelæ originem duxerunt in domo regia, attamen qvam diu rebus præfuit, gentem in pace continuit. atqve hic fuit rerum Alexandræ reginæ exitus.

τὸ γὰρ παρὸν κρεῖττον αἰεὶ ὑπὲρ τὸ μέλλον Θ, καὶ πάσα δύπερα τῆ μὴ ἐγκρατῶς ἄρχῃ, ἔτι καλῶς ἡ δικαίᾳ ἕνεκα γε τῶν ἄλλων ἐπισκέψεσι. εἰς γοῦν τὴν αὐτῆς τὰ πράγματα τὸ ἐσῆκαι, ὥστε μὴ τὰ συνδιώκων καὶ τὰ λοιπὰ ἀρετῶν ἀσκητὴν ὄντα, ἀλλὰ μὴ τὰ ἐπιθυμίᾳ τῶν μὴ προσηκόντων γνώσεσι, χρόνος ἐπὶ λοῖς ὕστερον ἀφῃρέθη, τοῖς μὲν δυσμενῶν ὑπὸ τὸ ἦθος αὐτῆς τὰ αὐτῆς χαλεπῶν προσθῆκαι, τὰ δὲ χείλεα ἔρημον τῶν προηγεμόνων ποιησαμένη. καὶ ὑπὸ φαρῶν ἢ ἐνέδρων ἐκ προσχῆς ἐξ ὧν ζῶσα ἐπλήτ τὸ καὶ μὴ τῶν πλείστων τὸ βασίλειον. ἐν μὲν ἄλλα πρὸ ἔτους ἄρξασα, ἐν ᾗ τὸ ἔθνος διεφύλαξε μὲν ἐν τῷ ἀλλ ἐκάθεσι, ὅτε ἔσχε πλ Θ.

ΤΑΔΕ ΕΝΕΣΤΙ ΕΝ ΤΩ ΤΕΤΑΡΤΩ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΩ ΛΟΓΩ ΤΩΝ ΙΩΣΗΠΟΥ ἱστορικῶν τῆς ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας.

Ἀριστόβουλ. καὶ ὑρκανὸς περὶ τ βασιλείας πόλεμ Θ. καὶ ὡς παρέβαντες ὅρκους βασιλεύσ μὲν ἀριστόβουλ, ὑρκαν δὲ ἰδιωτεύσ. Κεφ. α

Παρὰ ἀντιπάτρ καὶ ἡρώδ αὐτοῦ, ὅτινα πρόπον ἰσχὺν λαμπρὰν καὶ δύναμιν ἅμα τοῖς παισὶ περιῆψε. ὑρκανὸς φυγὴ πρὸς ἀρέταν τ τ ἀράβων βασιλέα. Κεφ. β

Ὡς ἀριστόβουλ Θ μάχῃ ἡττηθεὶς συνδιώκει Θ ἀπὸ ἱερουσάλυμα. Κεφ. γ

Τρικωμὶ καὶ ἀριστόβουλ πρεσβεία πρὸς σκαῦρον περὶ συμμαχίας. Κεφ. δ

Ὡς ἀριστόβουλ Θ καὶ ὑρκανὸς πρὸς πομπήϊον ἦλθον περὶ τ βασιλείας διαλογισόμενοι. Κεφ. ε

Ὡς πομπήϊ Θ στρατηγήματι χρησάμεν Θ τοῖς φρουρήμασι παρέλαβεν. Κεφ. ς

Ὡς ἱεροσολυμίτων τοὺς πολεμίους ἀπεκλείσαντο τοῖς ῥωμαίοις. Κεφ. ζ

Ὡς πομπήϊ Θ αἱρεῖ κρατεῖ τὸ ἱερὸν, καὶ τὰ κάτω πόλιν, καὶ περὶ τ ἰουδαίων αὐτοῦ. Κεφ. η

Ὅτι σκαῦρ κρατήσαντος ἀπὸ πέτρας βασίλειον ἔσχε τ ἀράβων, αὐτίπατρ Θ πείθει τ ἄρχοντα συμμαχεῖν τοῖς αὐτῶν ποιήσασθαι. Κεφ. θ

Ὡς ἀλέξανδρος ὑπὸ γαβινίου ἡττηθεὶς τῇ μάχῃ καὶ εἰς φρούριον τι κατακλεισθεὶς πολιορκεῖται. Κεφ. ι

Ὡς φυγόντα ἐκ ῥώμης ἀριστόβουλον εἰς ἰουδαίαν λαβὼν γαβίν Θ αὖθις πόλιν ἀνέστρεψεν εἰς ῥώμην. Κεφ. ια

Κράσσ καὶ τ ἀπὸ πάρθους στρατείαν εἰς τ ἰουδαίων ἀνάβασις, καὶ σύλησις τ ἱερῶν χρημάτων. Κεφ. ιβ

Φυγὴ πομπηΐου εἰς ἤπειρον, καὶ στάσιν Θ εἰς συρίαν ἀφίξις. Κεφ. ιγ

Καίσαρ Θ ἐπ' αἰγύπτου στρατεία, καὶ ὡς ἰουδαῖοι αὐτῷ συνεμάχησαν. Κεφ. ιδ

Αντίπατρ ὑπὸ χάριτος καὶ φιλίας τοῦ καίσαρ. Κεφ. ιε

Καίσαρ Θ ἀπολύει καὶ δόγματα συγκλήτ περὶ τ πρὸς ἰουδαίους φιλίας. Κεφ. ις

Ὅτι αὐτίπατρ Θ τῆς μὲν ἡρώδ μὲν τ τ γαλιλαίας ἐπέστησε, φασαήλ Θ δὲ τὴν ἱερουσαλυμίτων πόλιν ἐπέτρεψε τὴν ἱερουσαλυμ ὡς σέξτ Θ καῖσαρ μείζονα καὶ ἐνδοξοτέραν τὴν ἡρώδ ἐποίησεν. Κεφ. ιζ

Ὡς κάσσι Θ τὴν τ ἰουδαίαν ἐπάγουσι, καὶ πάλιν τὰ ὑπ' αὐτῶν διασκέδασι. Κεφ. ιη

Ὡς μάλιχ Θ ἀντιπάτρου, αὐτὸν φαρμάκοις. Κεφ. ιθ

Ὡς ἡρώδης ἀντιπάτρ Θ αὐτοῦ κακοῖς τὸν μάλιχον ἐδολοφόνησεν. Κεφ. κ

Ὡς ἀντίγονον τὸν ἀριστοβούλ βοηθὸν ὄμμασι φῶς ἔ συρίων τυράννου ἡρώδης ἀπεστέρησε τρόπ τι ἐ τῆς ἰουδαίας ἐκβάλλει. Κεφ. κα

Ὅτι ἡρώδης ἐν βιβλίοις φῶς ἀγαγόντα πολλοὺς χρήμασιν ἐξηράσατο αὐτῶν, ἅμα ἔτ τοὺς καταφυγόντας εἰς βυλὴν ὄντας σὺν ἐδέξατο. Κεφ. κβ

Πῶς αὐτῶν Θ εἰς συρίαν φῶς ἀγηγμόμεν Θ ἡρώδ καὶ φασάηλον τετράρχας κατέστησεν. Κεφ. κγ

Στρατεία παρθων εἰς συρίαν, καθ' ὧν τὸν ἀριστόβουλ υἱὸν ἀντίγονον εἰς τὴν βασιλείαν κατήγαγον. Κεφ. κδ

Ὡς οἱ πάρθοι ὑρκανὸν Ε φασάηλον αἰχμαλώτους ἔλαβον. Κεφ. κε

Ὡς ἡρώδης εἰς τ ῥώμην φῶς ἀγηγμόμεν Θ ἀπεδήχθη ὑπὸ τ συγκλήτ βασιλεὺς τῆς ἰουδαίας. Κεφ. κς

Ἐκπλους ἡρώδ διὰ ῥώμης καὶ μάχη πρὸς ἀντίγονον. Κεφ. κζ

Πῶς ὑπὸ σοσίου καὶ ἡρώδ ἀντίγον Θ διεφθάρη. Κεφ. κη

HÆC JOSEPHI DECIMOQVARTO ANTIQVITATUM JUDAICARUM LIBRO CONTINENTUR.

Poſt contentionem de regno inter Ariſtobulum & Hyrcanum conventum eſt, ut Ariſtobulus regnaret; Hyrcanus privatam vitam degeret. CAP. I.

Antipatri genus, & qvomodo claritatem ac potentiam ſibi & ſuis liberis paraverit: & fuga Hyrcani ad Aretam regem Arabum. CAP. II.

Ariſtobulus prælio victus compellitur Hieroſolyma. CAP. III.

Hyrcani & Ariſtobuli legationes a Scauro petentes auxilium. CAP. IV.

Qvomodo Hyrcanus & Ariſtobulus apud Pompejum de regno diſceptaverint. CAP. V.

Qvo ſtratagemate Pompejus caſtella occupaverit. CAP. VI.

Hieroſolymitani portas Romanis claudunt. CAP. VII.

Pompejus templum cum inferiore urbis parte vi expugnat. CAP. VIII.

Scaurus bello aggreſſus Aretam, fœdus Antipatri ſvaſu cum eo facit. CAP. IX.

Alexander a Gabinio victus in qvodam caſtello oppugnatur. CAP. X.

Ariſtobulus Romæ vinculis elapſus, rurſum in Judæa captus, a Gabinio Romam remittitur. CAP. XI.

Craſſi contra Parthos ducentis per Judæam iter & ſacrilegium. CAP. XII.

Pompeji in Epirum, & Scipionis in Syriam adventus. CAP. XIII.

Cæſaris in Ægyptum expeditio, & qvam fideli Judæorum opera adjutus ſit. CAP. XIV.

Antipatri res geſtæ, & cum Cæſare amicitia. CAP. XV.

Cæſaris literæ, & ſenatusconſulta de Judæorum amicitia. CAP. XVI.

Antipater ex filiis ſuis Herodi Galilææ, Phaſaëlo Hieroſolymorum regimen committit: & qvod Sextus Cæſar Herodem magnum ac illuſtrem reddidit. CAP. XVII.

Caſſius, afflictis Judæis, inſuper octingenta talenta ab eis exigit. CAP. XVIII.

Malichus per inſidias Antipatrum veneno tollit. CAP. XIX.

Herodes juſſu Caſſii Malichum dolo interficit. CAP. XX.

Antigonum Ariſtobuli filium, auxilio Tyriorum tyranni paternum regnum repetentem, Herodes profligatum e Judæa pellit. CAP. XXI.

Herodes in Bithynia occurrens Antonio, pecuniis eum ſibi conciliat, qvo factum eſt, ut ille accuſatores ejus non admiſerit. CAP. XXII.

Antonius in Syriam provinciam veniens, Herodem cum Phaſaëlo tetrarchas conſtituit. CAP. XXIII.

Parthi Antigonum Ariſtobuli filium in regnum reducunt. CAP. XXIV.

Parthi Hyrcanum & Phaſaëlum captivos abducunt. CAP. XXV.

Herodes Romæ a Senatu Judææ rex declaratur. CAP. XXVI.

Herodis ex Italia navigatio & pugna adverſus Antigonum. CAP. XXVII.

Antigonus a Solio & Herode opprimitur. CAP. XXVIII.

ΦΛΑΒΙΟΥ ΙΩΣΗΠΟΥ ΙΟΥ

ΔΑΙΚΗΣ ΑΡΧΑΙΟΛΟΓΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟΣ.

FLAVII JOSEPHI ANTIQVI-

TATUM JUDAICARUM

LIBER DECIMUSQVARTUS.

CAP. I.

Post contentionem de regno inter fratres conventum est, ut Aristobulus regnaret, Hyrcanus privatum vitam degeret.

DE Alexandræ reginæ rebus & obitu in præcedenti volumine diximus, nunc, qvæ deinceps consecuta sunt, dicturi sumus, nihil magis studentes, qvam ne qvid vel per ignorantiam vel per oblivionem prætermittamus. Nam qvi historiam & rerum propter antiqvitatem obscurarum expositionem scribere se profitentur, debent qvidem non negligere orationis cultum, & elegantem compositionem, tum qvicqvid lectioni gratiam conciliat, & adimit tædium: sed præcipua cura impendenda est veritatis studio, ne suam fidem seqventes fallant & inducant in errorem aliqvem. Cum igitur pontificatum accepisset Hyrcanus anno tertio septimæ & septuagesimæ supra centesimam Olympiadis, Q. Hortensio, Q. Metello Cretico Coss. statim bellum ei Aristobulus intulit: &, commisso ad Hierichuntem prælio, multi ex ejus militibus ad fratrem transfugerunt. qvo facto, Hyrcanus in arcem confugit. in qvam custodiendi filii & uxor Aristobuli a matre ejus depositi fuerant, ut ante diximus. reliqvi etiam ejus factionis homines, cum victoris metu intra septum fani se recepissent, brevi deditionem fecerunt. Cœptum est deinde agi inter fratres de pacis conditionibus, in qvib. obtinuit Aristobulus, ut regnaret, & fratrem sineret in otio frui, qvæ illi obvenerant, facultatibus, & privatam vitam agere. Hoc fœdus ictum est in ipso templo, & data acceptaq; fide, junctisq; dexteris sancitum: & post mutuos complexus in conspectu populi factos digressi sunt, alter in regiam, alter privatus in ædes Aristobuli.

Κεφάλαιον ά.

Ἀερσοβέλλε Ὑρκανὸς περὶ τ βασιλείας πόλεμος, ἐ συμβάντος ἐκείνου βασιλεύειν μὲν Ἀριστόβ Ὑρκανὸν δὲ ἰδιωτεύειν.

ΤΑ μὲν οὖν περὶ Ἀλεξάνδραν τὴν βα λισσαν καὶ τὸν θάνατον αὐτ, ὡς τὰ π τούτοις ἐν ὅλῃ τῇ προτέρᾳ βίβλῳ δεδηλώκαμεν. τ τούτοις ἀκόλουθα καὶ προσεχῆ πᾶσι ἱερεῦ ὀλίγοι τινὲς, ἢ δ' μηδὲν ὠφελιμοῦν τ πραγμα ἢ δι' ἄγνοιαν ἢ διὰ κάματον τῆς μνήμης, προσ μένοι. τὴν γὰρ ἱστορίαν καὶ τὴν μνήσιν τ ἀγνοημ τοῖς πολλοῖς πραγμάτων διὰ τὴν ἀρχαιότητα ἀφ καὶ τὸ τῆς ἐπαγγελίας κάλλος, ὅσον δηλ τ ἐστὶ πα ἐνομάτων καὶ τῆς τούτων ἁρμονίας, καὶ ὅσα πρὸς τ συμβάλλει κόσμον τῷ λόγῳ τοῖς ἀναγινωσκόμενοις ἐ ὠσὰν μὴ χαίρειν τινὲς, καὶ ἡδονῆς τὴν ἐμπειρί ἐφαλαμβάνοιεν. πάντων γὰ μᾶλλον, τῆς ἀληθ συγγραφεῖς σπουδάζειν δεῖ, καὶ δ' παλῃῆ λέγῃ τὰ ἐ ὧν σχεδὸν ἅπασιν αὐτοῖ, πιστεύῃ αὐτοῖς μέλλοσ μένην τοίνυν τῆς δ' ἱεροσυλίας ὑρκανὸς τὴν ἐπ τ καὶ ὁ πρὸς τοὺς ῥ ὀλυμπιάδ, ὑπατεύοντος ῥωμ ων κοίντου ὁρτησίου, καὶ κοίντου μετέλλου, ὃς δὴ καὶ κρητ ἐπικαλεῖτο, πόλεμον εὐθὺς ἀκφέρῃ πρὸς αὐτὸν αἰρε βέλ, καὶ τῆς μάχης αὐτῷ γινομένης πρὸς ἱερεῖ πολλοὶ τ στρατιωτῶν αὐτὸ πρὸς τ ἀδελφὸν αὐτομολ σιν, οὗ γινομένου, φεύγῃ πρὸς τὸν ἀκρόπολιν ὑρκαν ἔνθα συνέβαινε κατέρχθαι τὸν ἀριστόβλε γυναῖκ καὶ τοὺς παῖδας αὐτὸ ὑπὸ τῆς μητρὸς καθὼς προ ῥήκαμεν. καὶ τοὺς ἐντυγχάνοντας ἢ καταφυγόντας τὸν δ' ἱερὸν πέβολον, αἱρῇ προσβαλών. καὶ λέγεται τ ποιούμενο πρὸς τὸν ἀδελφὸν περὶ συμβάσεως, κα λύσειν τὸν ἔχθραν ὅτι τῷ βασιλεύειν μὲν ἀριστόβ λον, αὐτὸν δ' ζῆν ἀπραγμόνως καρπούμενον ἀδείας π ὑπάρχουσιν αὐτῷ κτήσιν. ταῦτα δὴ τῆς ὑπ τ μο σωθέμενοι, καὶ ὅρκοις καὶ δεξιαῖς πιστωσάμενοι τὰς φ μολογίας, ἐκ παρασασάμενοι δ' πλῆθος πάντες ἰδιώ τ ἀλλήλους, ἀνεχώρησαν ὁ μὲν, εἰς τὰ βασίλεια, ὑ κανὸς δ' εἰς ἰδιώτης, εἰς τ οἰκίαν δ' ἀριστόβλε.

Κεφ ά.

Κεφάλαιον ϛ'.

Περὶ ἀντιπάτρου τ̃ γένους αὐτ̃, τ̃ πίνα τρόπον εἰς λαμπρότητα τ̃ δυνάμιν ἅμα τοῖς παισὶ προήχθη, τ̃ φυγ̃ τ̃ ὑρκανοῦ πρὸς Ἀρέταν τ̀ τ̃ Ἀράβων βασιλέα.

A

ΦΙΛΟς δ τ̃ ὑρκανοῦ ἰδουμαῖος ἀνὴρ ἀντίπατρος λεγόμενος, πολλ̃ μὲν ὑπαρχόντων χρημάτων, δραστήριός τε δ τὴν φύσιν ὢν καὶ στασιαστὴς, ἀλλοτρίως εἶχε πρὸς τὸν Ἀριστόβουλον τ̃ Ἀλεξάνδρου, Ἀλλὰ τὴν πρὸς ὑρκανὸν εὔνοιαν. νικόλαος μέντοι φησὶν ὁ δαμασκηνὸς, ἔκγονον εἶναι μὲν αὐτὸν τ̃ πρώτων ἰουδαίων, τ̃ ἐκ βαβυλῶνος εἰς τὴν ἰουδαίαν ἀφικομένων. ταύτῃ δ λέγει χαριζόμενος ἡρῴδῃ τ̃ παιδὶ αὐτ̃, βασιλεῖ τ̃ ἰουδαίων σὺν τύχης τινὸς γενομένῳ. ὡς ἐν καιρ̃ ἐπιλεκτέον. ἔστι δ τοίνυν ὁ ἀντίπατρος, ἀντίπας τὸ πρῶτον ἐκαλεῖτο, καὶ τὸν πατρὸς αὐτ̃ ἔτι τὸ τοιοῦτον. ὃν ἀλέξανδρος ὁ βασιλεὺς καὶ τ̃ γυναικὸς αὐτ̃ στρατηγὸν ἀποδείξαντων ὅλης τ̃ ἰδουμαίας, ποιήσασθαι φιλίαν πρὸς τοὺς ὁμόρους αὐτῷ Ἀράβας καὶ γαζαίους, καὶ ἀσκαλωνίτας λέγουσι, πολλὰς αὐτοὺς καὶ μεγάλας ἐξιδιωσαμένου δωρεάς. τὸν οὖν ὑ Ἀριστοβούλου διαφανείαν ὁ νεώτερος ἀντίπατρος ὑφορώμενος καὶ δεδιὼς μήπι πάθῃ Ἀλλ̀ τὸ πρὸς αὐτὸν μῖσος, ἀπιστίαις κρύφαις κατ' αὐτ̃ Ἀλλελεγόμενος τ̀ ἰουδαίων τοὺς δυναστεύοντας, ἄδικον εἶναι λέγων πρεσβεῖα Ἀριστόβουλον ἀδίκως ἔχοντα τὸν ἀρχὸν, καὶ τὸν μὲν ἀδελφὸν παύσης ἐκβεβληκότα, πρεσβύτερον ὄντα, κατέχοντα δ αὐτὸν ἔσον ἐκείνῳ Ἀλλὰ τὸ πρεσβεῖον. τούτοις τε συνεχ̃ς πρὸς τὸν ὑρκανὸν παρῄνει διεπλάττων λόγους, ὡς ὑπ' ἐκείνου κινδυνεύοι τὴν ζωὴν, εἰ μὴ φυλάξαιτο παύσας αὐτὸν ἐκποδών. τοὺς γὰρ φίλους Ἀριστοβούλου μηδένα παρορᾶν λιπεῖν καιρὸν ἐλέγχειν συμβουλεύοντας αὐτὸν ἀνελεῖν, ὡς τότε βεβαίως ἕξοντα τὸν ἀρχὸν. τούτοις ὑρκανὸς ἠπίστει τοῖς λόγοις, φύσει χρηστὸς ὤν, ὡ Ἀριστόβουλον δι' ὑπόνοιαν ἀ προσιέμενον ῥᾳδίως. ἐπεὶ δ αὐτὸν τὸ ἄπραγμον καὶ τὸ προσῆκον τ̃ Ἀρετοίας, τοῖς ὁρῶσιν ἀγαθὸν καὶ ἀνανδρον ἐδόκει. τ̃ δ' ἐναντίας φύσεως ἦν Ἀριστόβουλος, δραστήριος ὡ διεγηγερμένος τὸ φρόνημα. ἐπειδὴ τοίνυν ὁ ἀντίπατρος, ἀ προσέχοντα εὕρισκε τοῖς λόγοις τὸν ὑρκανὸν, ἀ διέλιπεν ἑκάστης ἡμέρας παλαιόμενος ὡ διαβάλλων πρὸς αὐτὸν Ἀριστόβουλον, ὡς κτεῖναι θέλοντα, ὡ μόλις ἐγκάμψας πέρᾳ, πρὸς Ἀρέταν αὐτὸ συμβουλεύσας φυγεῖν, τὸν Ἀράβων βασιλέα. πειθόμενος γὰρ καὶ αὐτὸς ἐσπεύδε τὸ μεμαχ̃σθαι. ὃ ταῦτ' ἀκούων ἔλεγε, συμφέρον εἶναι τὸ πρὸς τὸν Ἀρέταν ἀποδρᾶναι, ἐπεὶ ἥμορος τῇ ἰουδαίᾳ ἡ Ἀραβία. καὶ δὴ πέμπει πρῶτον ὑρκανὸς πρὸς τὸν Ἀράβων βασιλέα, τὸν ἀντίπατρον, λήψομένου πίστεις, ὡς οὐκ ἐκδώσοι τοῖς ἐχθροῖς ἱκέτην αὐτὸ γενόμενον. λαβὼν δ τὰς πίστεις ὁ ἀντίπατρος, ὑπέστρεψε πρὸς ὑρκανὸν εἰς ἱεροσόλυμα. καὶ μετ' ὀλίγον ἐπιβουλεύσας αὐτῷ, καὶ τ̃ πόλεως ἐξελθὼν νύκτωρ, ὡ πολλὴν ἀνύσας ὁδὸν, ἦκεν ἄγων αὐτὸν εἰς τὴν καλουμένην πέτραν, ὅπερ τὸ βασίλεια τοῖς Ἀράβων ἐστὶ βασιλεῦσι. μάλιστα δ' ὢν φίλος τ̃ βασιλέως, καπέπλησσε τὸν ὑρκανὸν ἐν τοῖς ἰουδαίων παρεκάλει, καὶ δι' ἑκάστης ἡμέρας παιῶν καὶ δεξιώσεις, ἀλλὰ καὶ δωρεὰς ποιούμενος, πείθει τὸν Ἀρέταν. ὁ μὲν ἄλλα καὶ ὑρκανὸς ὑπεδέχετο αὐτῷ καταχθεὶς, ἀ τοῖς βασιλεῦσιν νομιζόμενος, ἀποδώσειν τοῖς τε χώραν καὶ τὰς δώδεκα πόλις, ἃς ἀλέξανδρος ὁ πατὴρ αὐτ̃ τῶν Ἀράβων ἀφείλετο. ἦσαν δ' αὗται, μήδαβα, ναβαλλὼ, λίβιας, θαραβασὼ,

CAP. II.

Antipatri genus, & quomodo claritatem ac potentiam sibi & suis liberis paraverit, & fuga Hyrcani ad Aretam regem Arabum.

AMicus autem quidam Hyrcani Idumæus nomine Antipater, vir pecuniosus, natura factiosus & industrius, infensus erat Aristobulo, eo quod ipse studeret Hyrcani partibus: qvamvis Nicolaus Damascenus hujus genus deducat a primatibus Judæorum, qvi in Judæam venerunt e Babylonia. Sed hoc dicit in gratiam Herodis ejus filii, qvem fortuna ad Judæorum regnum evexit, sicut suo loco dicetur. Hic igitur Antipater primum vocabatur Antipas, eodem, qvo pater ipsius, nomine: qvem ab Alexandro rege & ejus uxore constitutum ducem totius Idumææ, ferunt amicitias Arabum & Gazæorum & Ascalonitarum coluisse, multisqve eos sibi conciliasse muneribus. Itaqve minor Antipater suspectam habens Aristobuli potentiam, & timens eum propter mutuam simultatem, clancullariis obtrectationibus effecit, ut contra illum potentiores Judæorum conspirarent, iniqvum esse dictitans sinere Aristobulum incubare usurpato per injuriam imperio, ex qvo ejecisset fratrem natu majorem, eumqve ætatis prærogativa spoliasset. eisdem verbis etiam Hyrcanum obtundebat assidue, addens, ne vitam qvidem illi esse in tuto, nisi matura fuga saluti suæ prospiceret. amicos enim Aristobuli nunqvam non consultare, qvomodo, eo sublato de medio, dominationem alteri constabiliant. His sermonibus Hyrcanus nolebat credere, qvod esset natura bonus, & calumnias non libenter admitteret, qvæ qvidem animi lenitas & qvietis amor paravit ei opinionem ignaviæ. at Aristobulus plane contrario fuit ingenio, industrius simul & magnanimus. Cum igitur Antipater videret Hyrcanum nihil moveri suis monitis, non destitit tamen qvotidie novas de fratre criminationes fingere, qvasi insidiaretur vitæ illius. tandem urgendo ægre obtinuit, ut assentiret fugere ad Aretam regem Arabum, suum qvoqve pollicitus auxilium: idqve eo facilius impetravit, qvod Judææ confinis sit Arabia. præmittitur itaqve Antipater ad regem, accepturus ab eo fidem, qvod inimicis non dediturus esset suum supplicem: qvod ubi ille interposita fide promisit, Antipater ad Hyrcanum reversus est Hierosolyma: & non multo post, assumpto eo, noctu urbem egressus, magnis itineribus pervenit in urbem, qvæ Petra dicitur, apud qvam erat Aretæ regia: & qvod esset regi amicissimus, rogabat eum, ut Hyrcanum in Judæam restitueret, & instando qvotidie dandoqve munera tandem persvasit. Hyrcanus qvoqve pollicitus est, si ope ejus reductus regnum reciperet, redditurum se ei regionem cum duodecim oppidis, qvæ pater ipsius Alexander de Arabibus ceperat. erant autem hæc: Medaba, Naballo, Livias, Tharabasa,

Agalla, Athone, Zoara, Oronæ, Mariſſa, Rydda, Luſa, Oryba.

ἄγαλλα, ἀθώνη, ζώαρα, ὀρώναι, μαίρισσα, ῥύδ[δα], λύσσα, ὄρυβα.

CAP. III.

Ariſtobulus prælio victus compellitur Hieroſolyma.

TAlibus promiſſis permotus Aretas expeditionem ſuſcepit contra Ariſtobulum, ducens qvinqvaginta millia pedeſtris ſimul & eqveſtris exercitus, moxqve vicit prælio. poſt eam victoriam multis ad Hyrcanum transfugientibus, deſolatus Ariſtobulus confugit Hieroſolyma. Arabs autem, adducto ſecum toto exercitu, oppugnabat eum in templo adjuvante Hyrcano etiam populo, ſolis ſacerdotibus non deſerentibus Ariſtobulum. ſed Aretas, admotis tam Judæorum qvam Arabum exercitibus, acriter oppugnationi inſtabat. Dum hæc ita geruntur, inſtante azimorum feſto, qvod Paſcha vocamus, optimates Judæorum, relicta ſua regione, fugerunt in Ægyptum. Qvidam autem Onias vir juſtus & Deo carus, qui aliqvando ſiccitatis tempore impetraverat piis precibus pluviam, tunc in latebras ſe abdidit, civile bellum præſentiens. hunc in caſtra adductum Judæi rogabant, ut, qvemadmodum olim ſterilitati attulerat remedium, ita tunc devoveret diris Ariſtobulum, & qvotqvot ejus factionem ſeqvebantur: id cum diu recuſans cogeretur a turba, ſtans in medio eorum ſic precatus eſt: Deus univerſi hujus mundi rex, qvoniam & hi, qui mecum ſtant, tuus ſunt populus, & qvi oppugnantur, tui ſacerdotes ſunt, precor, ut neqve hos contra illos, neqve illos contra hos, orantes exaudias. Poſt hæc vota circumſteterunt eum qvidam ex Judæis viri perditi, & obruerunt lapidibus, qvam crudelitatem Deus ultus eſt continuo, cædisqve Oniæ pœnas exegit in hunc modum. Dum Ariſtobulus oppugnatur cum ſacerdotibus, ſuperveniit Paſcha, in qvo feſto nobis mos eſt multis Deum honorare ſacrificiis. qvibus qvia carebant obſeſſi, rogaverunt ſuos tribules, ut, accepta, qvantam poſtularent, pecunia, victimarum copiam ſibi facerent. illis vero pactis mille drachmas in ſingula capita, & repræſentari ſibi jubentibus, Ariſtobulus & ſacerdotes libenter id fecerunt, & per funem e muro demiſerunt precium; at illi, accepta pecunia, non reddiderunt victimas: ſed eo progreſſi ſunt impietatis, ut, non ſervata fide hominibus, Deum etiam fraudarent debitis honoribus. ſacerdotes autem, qvibus per pactorum ſpeciem illuſum fuit, oraverunt Deum, ut pœnas de tribulibus ſuis ſumeret: nec dilata eſt vindicta: ſed procella vehemens immiſſa fecit per totam eam regionem magnam vaſtationem fructuum, ita ut tritici modius veniret drachmis qvindecim.

Κεφάλαιον γ'.

Ὡς ἀριστόβουλος μάχῃ ἡττηθεὶς συμβάλλει τοῖς ἱεροσολύμοις.

Τούτων αὐτῷ τ[ὰ] ταχέως ῥωμένων, ἀ[ρε]τᾶς ἐστράτευσεν ἐπὶ τὸν ἀριστόβουλον, μεθ' ἑ μυριά[δ]ων πεζῶν τε καὶ ἱππέων ἄμα καὶ πεζῆς στρατιᾶς, ἐν μάχῃ. πολλῶν δὲ μετὰ τὴν νίκην πρὸς αὐτὸν μεταβαινόντων, μονωθεὶς ὁ ἀριστόβουλος, ἐφυγάδευθη εἰς [Ἱε]ροσόλυμα. ἐπὶ δὲ τ[ὸν] ἀραβῶν βασιλέα πᾶσαν τὴν στρατιὰν ἀγαγών, καὶ περικαθεζόμενος τὸ ἱερὸν τὸ ἀριστόβουλον ἐπολιόρκει, προσβιαζόμενός καὶ ὁ δῆμος τῶν Ἰουδαίων, μόνων δὲ τῶν ἱερέων ἀριστοβούλου μενόντων. ὁ μὲν οὖν ἀρέτας ἐξ ἑκατέρου τοῦ στρατοπέδου τῶν ἀράβων καὶ τῶν ἰουδαίων, ἰσχυρῶς ἐπολιόρκει τὴν πολιορκίαν. τούτων δὲ ἡμερῶν καὶ τῶν ἀζύμων ἑορτὴν τοῖς Ἰουδαίοις λεγομένην, οἱ δοκιμώτατοι Ἰουδαίων σκληπόντες τοῦ χώρου, εἰς αἴγυπτον ἐνίοις δέ τισ ὄνομα, δίκαιος ἀνὴρ καὶ θεοφιλής, ἀνομβρίας ποτὲ ὕσης ἠύξατο τοῦ θεοῦ λύσιν αἰτούμενος· ἐπήκουσε δὲ ὁ θεὸς ὑσεν, ἔνθα ψεκάδες αὐτὸν ἀφῆκαν ὁρᾶν ὀλίγον ὑσασαν. ἀναχθέντα δ' εἰς πρασιὰν τοῦ ἰουδαίων, ἠξίουν εἰς ἔπαυσε τοῦ ἀνομβρίαν· ὁ δὲ ἐκέλευσεν, ἵν' ἕτως δρὰς κτ[ί]σῃ ἀριστοβούλῳ καὶ τοῖς σὺν αὐτῷ ὀλέθρου. ἐπεὶ δ' ἀντιλέγων καὶ θορυβούμενος ἐβιάσθη ὑπὸ τοῦ πλήθους, στὰς μέσος αὐτῶν εἶπεν. ὦ θεὸς βασιλεῦ τῶν ὅλων, ἐπεὶ οἱ μετ' ἐμοῦ τῶνδε τῶν ἱερέων ὄντες σοὶ τῷ δήμῳ ἐσὶ, καὶ οἱ πολιορκούμενοι μέρος τοῦ ὁμοφύλου μήτε κατὰ τούτων ἐπεύξασθαι, μήτ' ἐκείνων ἃ δέ τισι θεομισῆ ἐστὶν εἰς τέλος ἀρᾶσθαι. καὶ τοιαῦτ' εὐξάμενον παύσαντος οἱ πονηροὶ τῶν ἰουδαίων λίθοις. ὁ δὲ θεὸς τούτοις αὐτοὺς ἐθαύμασε τῆς ὠμότητος, καὶ δίκαιον εἶναι τὰς ἀρὰς τοῖς τρόπῳ. πολιορκουμένων δὲ τῶν ἱερέων καὶ ἀριστοβούλου, συνέβη τὴν ἑορτὴν ἐπιτελεῖσθαι τοῖς ἀζυμίταις Φάσκα, καθ' ἣν ἐθος ἐστὶν ἡμῖν τοῖς θεοῦ. ὑπερορῶντες δὲ τῶν ἀνθρώπων οἱ περὶ τὸν ἀριστόβουλον, ἠξίωσαν αὐτοὺς τὰς ἐμοφύλους θυσίας μαλλον λαβεῖν αὐτὶ τῶν ἀνθρώπων ὅσοι θέλωσιν. τὸ βέλονται λαβεῖν χιλίας δραχμὰς ἑκάστου φαλῆς καλεῖσθαι κελεύοντες, πρόβατα τῷ ἀριστοβούλῳ καὶ οἱ ἱερεῖς ἐπέστησαν, καὶ λαβόντες τὰ χρήματα. καὶ καθημένους, ἔδωκαν αὐτοῖς τὰ ἱερεῖα. καὶ λαβόντες, οὐκ ἀπέδωκαν τὰ ἱερεῖα, ἀλλ' εἰς ἔπηγείας ἦλθον ὡς πλησιάσαι τὰς πύλας καὶ ἀπὸ τοῦ θεοῦ τὰ πρὸς τὴν θυσίαν μὴ φθάσαντας δεομένους. φθάσαντος δὲ οἱ ἱερεῖς, πύργῳ, δίκαιον αὐτῶν ἐπισπάσασθαι φθορὰ τοῖς ὁμοφύλοις ἢ σὺν, ἀνεβάλετο τὴν τιμωρίαν, ἀλλὰ πεῦμα δὲ καὶ βίαιον ἀπέπεμψας, τὸν καρπὸν ἁπάσης χώρας διέφθειρεν, ὡς τὸν μόδιον δ' σίτου πρὸ ἑξωνεῖσθαι δραχμῶν ἑνδεκα.

Kr

Κεφάλαιον δ'.

Τρκανὸς καὶ ἀριστόβουλος πρεσβείαν πρὸς σκαῦρον πέμπουσιν συμμαχίας.

ΕΝ τούτῳ πέμπει καὶ σκαῦρον εἰς συρίαν πομπήϊος, αὐτὸς ὢν ἐν ἀρμενίᾳ καὶ πολέμῳ ἔτι πυρώνῃ. ὁ δ' ἀφικόμενος εἰς δαμασκὸν, λόλλιον μὲν ἄρτι μετάλλον νεωστὶ τὴν πόλιν ἠρηκότας δύρων, αὐτὸς εἰς τὴν ἰουδαίαν ἠπείγετο. ὡς δ' ἐγγὺς ἐγένετο πρεσβεῖς ἦκον παρ' αὐτοῦ τε ἀριστοβούλου πρὸς αὐτὸν, καὶ ὑρκανοῦ, συμμαχίαν ἀξιοῦντων ἑκατέρου. ὑπισχνοῦντο δ', ἀριστόβουλος μὲν, ὑ δώσειν τάλαντα, ὁ δ' ὑρκανὸς τούτων οὐκ ἐλάττονα παρέξειν, πρόσθεν δ' ἀριστόβουλος ὑπερεῖχεν καὶ χρημάτων, καὶ μεγαλοψυχίᾳ, καὶ μετριωτέρων ἠξίου τυγχάνειν. ὁ δὲ καὶ πένης ἦν, καὶ γλίχεσθαι καὶ ὑπὲρ μειζόνων τοῦ ἄπτεσθαι πρέσβευεν ἐπαγγελίας. ἐχρῆν οὖν αὐτὸν βίᾳ πόλιν ἑλεῖν, ἐν ταῖς μάλιστα ἰσχυρὰν καὶ δυνατὴν, ἢ φυγάδας ἐκβαλεῖν μὴ δ' ναβαταίων πληθύς, οὐκ εὐ πρὸς πόλεμον ἀφειμένους. τούτῳ τοίνυν πρόθυμον ἀπὸ τῆς πρόσθεν ἀφορμῆς αὐτὸν, λαβὼν τὰ χρήματα λύσει τὴν πολιορκίαν, κελεύσας ἀναχωρεῖν τὴν ἀρέταν, ἢ πόλεμον αὐτὸν ῥωμαίων ὑποδέξεσθαι. καὶ σκαῦρος μὲν εἰς δαμασκὸν πάλιν ἀνεχώρησεν. ἀριστόβουλος δὲ μὴ πολλῆς δυνάμεως, ὅτι τε ἀρέτᾳ καὶ ὑρκανῷ ἐστράτευσε. καὶ συμβαλὼν αὐτοῖς ὅτι τὸν καλούμενον παπυρῶνα, νικᾷ τῇ μάχῃ, καὶ κτείνει περὶ ἑπτακισχιλίους τῶν πολεμίων, μεθ' ὧν ἔπεσε καὶ φαλίων ὁ ἀντιπάτρου ἀδελφός.

Κεφάλαιον ε'.

Ὡς ἀριστόβουλος καὶ ὑρκανὸς πρὸς πομπήϊον ἦλθον περὶ τῆς βασιλείας διαμαχούμενοι.

ΜΕΤ' οὐ πολὺ δὲ πομπήϊος εἰς δαμασκὸν ἀφικνεῖται, καὶ χοίλῃ συρίᾳ ὄντι, ἦκον παρ' αὐτὸν πρέσβεις ἐξ ὅλης συρίας καὶ αἰγύπτου, καὶ ἐκ τῆς ἰουδαίας. ἔπεμψε γὰρ αὐτῷ μέγα δῶρον ἀριστόβουλος ἄμπελον χρυσῆν ἐκ πεντακοσίων ταλάντων. μέμνηται δὲ δώρου καὶ γράβων ὁ καππάδοξ λέγων ἔτως, ἦλθε δὲ καὶ ἐξ αἰγύπτου πρεσβεία, καὶ στέφανος ἐκ χρύσου τριακοσίων. καὶ ἀπὸ τῆς ἰουδαίας ἔτι ἄμπελος, ἔτι κισσός, περπλοκὴν ὀνόμαζε τὸ δημιούργημα. ὅτε μὲν οὖν τὸ δῶρον ἱστόρηκα μὲν καὶ ἡμεῖς ἀνακείμενον ἐν ῥώμῃ, ἐν τῷ ἱερῷ δὲ διὸς τοῦ καπετωλίου, ὑπὸ τραφὴν ἔχον ἀλεξάνδρου τοῦ τῶν ἰουδαίων βασιλέως. ἐπιμὴδη δ' εἶναι, πεντακοσίων τάλαντον. ἀριστόβουλον μὲν οὖν ὅτε λέγεται πέμψαι τῶν ἰουδαίων δυνάστην. μετ' οὐ πολὺ δ' ἦκον πάλιν πρέσβεις πρὸς αὐτὸν, ἀντίπατρος μὲν ὑπὲρ ὑρκανοῦ, νικόδημος δ' ὑπὲρ ἀριστόβουλου. ὃς δὴ καὶ κατηγόρει τῶν λαβόντων χρήματα, γαβίνιον μὲν πρότερον, σκαῦρον δ' ὕστερον, ὃ μὲν τριακόσια, ὃ δὲ πεντακόσια τάλαντα, πρὸς τοῖς ἄλλοις, ἐχθρὸς καὶ τούτοις αὐτῷ κατεσκεύαζεν. κελεύσας δ' ἦκεν τοὺς ἀμφισβητοῦντας, ἐνιστάμενός τε ἦρε, ἀναλαβὼν τὰ δυνάμεων ἐκ τῶν χειμαδίων, ὥρμησεν ὅτι τὸν δαμασκηνὸν, καὶ τὸν τε ἄκραν ἐν παρόδῳ τὴν ἐν ἀπαμείᾳ κατέσκαψεν ἐὰν ὁ κυζικηνὸς ἐπεῖχεν ἀντίοχος. καὶ τὸν πτολεμαίου τοῦ μινναίου χώραν κατέσχεσεν ἀνδρὸς πονηροῦ, καὶ ἀδὲν ἐλάττονος διονυσίου τοῦ τριπολίτου τοῦ πελεκισθέντος, οὗς περ καὶ κηδείων ἐτύγχανεν αὐτῷ,

CAP. IV.

Hyrcani & Aristobuli legationes a Scauro petentes auxilium.

INterea Pompejus Scaurum misit in Syriam, ipse in Armenia distentus bello, qvod adhuc gerebat contra Tigranem. ille vero ubi Damascum venit, recens captam a Metello & Lollio, properavit in Judæam continuato itinere. huic legati facti sunt obviam, tam ab Hyrcano qvam ab Aristobulo, utriqve petentes societatem & auxilium. & cum Aristobulus polliceretur qvadringenta talenta, nec pauciora Hyrcanus, Scaurus Aristobuli promissa prætulit. is enim liberalis erat, & abundans pecuniis, & rogabat officium præstari facilius. alter vero pauper erat ac tenax, & cum majora qvam frater impetrare cuperet, tamen non satis bona fide pollicerii videbatur. Nam difficilius erat expugnare urbem adeo munitam & validam, qvam profugos repellere & Nabathæorum turbam, præsertim non valde ad id bellum gerendum animatam. Ob has igitur causas, accepta ab hoc pecunia, obsidionem solvit, denuntians Aretæ, ut recederet, ni pareat, declarandus hostis Rom. populi. Et Scaurus qvidem Damascum reversus est: Aristobulus vero cum magno exercitu contra Aretam & Hyrcanum profectus est: & congressus cum eis apud locum, qvem Papyronem nominant, prælio vicit, cæsis circiter septem millibus hostium, inter qvos etiam Cæphalio frater Antipatri cecidit.

IV.

CAP. V.

Qvomodo Aristobulus & Hyrcanus apud Pompejum de regno disceptaverant.

NOn multo autem post, cum Pompejus Damascum veniisset, & obiret Cœlesyriam, præsto fuerunt ei legati ex universa Syria & Ægypto atq; Judæa. misit enim ad eum insigne donum Aristobulus, vitem auream qvinqvies centum talentorum. meminit autem hujus muneris etiam Strabo Cappadox his verbis: venit & ex Ægypto legatio, cum corona facta ex aureorum qvatuor millibus: & ex Judæa sive vitis, sive hortus, qvod opus περπλοκὴν, id est delectamentum vocabatur. hoc donum vidimus etiam nos Romæ dedicatum in Jovis Capitolini templo, cum inscriptione Alexandri regis Judæorū: existimabaturqve qvingentis talentis. fertur autem missum a dynasta Judæorum Aristobulo. Paulo post iterum venerunt ad eum legati, Antipater pro Hyrcano, Nicodemus pro Aristobulo, qui etiam accusabat eos, qvi acceperant pecuniam, primum Gabinius, deinde Scaurus, ille ter centum hic qvadringenta talenta, hos qvoq; inimicos ei faciens. qvi cum jussisset eos ad se disceptatorem venire, ineunte vere, copiis ex hybernis revocatis, in Damascenum agrum profectus est: obiterqve arcem in Apamia diruit, qvam Antiochus Cyzicenus munierat: & Ptolemæi Mennæi ditionem consideravit, viri noxii non minus, qvam fuerat Dionysius Tripolitanus, qvi securi percussus est, affinitate etiam ei conjunctus,

misse tamen talentis iste redemit, se a supplicio, A qvæ Pompejus erogavit in stipendia militum. excidit etiam castellum Lysiada, cujus tyrannus erat Silas Judæus: transiens deinde per Heliopolim & Chalcidem, superatoqve medio monte, in Cœlesyriam veniens, a Pella Damascum se contulit. ibi & Judæos audivit, & eorum principes: qvi inter se dissidebant, Hyrcanus & Aristobulus, sicut gens ipsa abutroqve. Ajebant enim se nolle esse sub regibus, qvod patrium institutum habeant, ut sui Dei pareant sacerdotibus. hos autem duos esse qvidem e sacerdotum genere, sed velle principatum gentis in aliam formam traducere, ut eam in servitutem subigant. Hyrcanus autem qverebatur, qvod cum major natu esset, privaretur prærogativa ab Aristobulo: & minimam portionem regionis sibi relictam, cætera a fratre usurpata per vim omnia. C hunc etiam & terra incursare finitimos, & in mari habere piratarum receptacula. nec enim impulsurum fuisse gentem ad defectionem, nisi turbarum concitator esset, atqve natus ad violentiam. Attestabanturqve illi hæc dicenti plus qvam mille ex Judæorum optimatibus, qvos Antipater ad hoc induxerat. Alter contra excidisse eum e principatu ajebat propter ignaviam, qvod natura ad nihil esset minus idoneus qvam ad obeunda negotia, & ideo venisse eum in publicum contemptum apud suæ gentis homines. Se vero necessario principatum assumpsisse, metuentem, ne is migraret in aliam familiam. appellatione vero uti, qua & pater ipsius Alexander usus sit. &, in testimonium citabat qvosdam juvenes fastuosos, & eosos omnibus propter purpureas vestes, capillitii curam, & phaleras ornamentaqve E cætera: qui hoc cultu tanqvam ad pompam & non ad judicium venerant. Pompejus vero, his cognitis, & improbata Aristobuli violentia dimisit eos placide: promittens se venturum in eorum ditionem, qvam primum inspexisset res Nabathæorum. interim jussit eos qvietos esse, comiter habens Aristobulum, ne is alienatus interclu-
VI. deret eitransitus. nec tamen ullam apud F eum invit gratiam. non expectatis enim Pompeji promissis, profectus est ad oppidum Delium, & inde in Judæam se contulit.

χιλίους μάλιστα παλαίστας ἐζωγρημένους τὸν ὕστερον τῶν ἁμαρτημάτων τιμωρίαν, οὓς πομπήϊος τὰς φαλάγγας ἐμισθοδότησεν. ἐξεῖλε δὲ καὶ λυσιάδα χωρίον, ὃ τύραννος ἦν σίλας ὁ ἰουδαῖος. διελθὼν δὲ τὰς πόλεις τὴν τε φιλάδελφον καὶ τὴν χαλκίδα, ἔτι τὸ διῆκον ὄρος, ὑπερβαλὼν κοίλῃ συριᾳ προσαγορευομένῃ συρίαν, ἀπὸ τῆς πέλλης εἰς δαμασκὸν ἦκεν. ἔνθα δὴ ἔτι ἰουδαίων διήκουσε τῶν ἡγουμένων αὐτῶν, οἳ πρός τε ἀλλήλους διεφέροντο ὅτι ὑρκανὸς καὶ ἀριστόβουλος, καὶ τὸ ἔθνος πρὸς ἀμφοτέρους. τὸ μὲν οὖν ἀξιοῦν βασιλεύεσθαι, πάτριον μὲν εἶναι τοῖς ἱερεῦσι θεοῦ τιμωμένοις παρ' αὐτοῖς τῆς πλειάρχων. ὅτιπερ δὲ τούτους ἀπογόνους τῶν ἱερέων εἰς ἄλλην μετάγειν ἀρχὴν τὸν ἔθνος ζητοῦσι, ὅπως καὶ ἄλλοι γένωνται. ὑρκανὸς μὲν καταγορεύει, ὅτι πρεσβύτερος ὢν ἀφῃρεῖτο τὰ πρεσβεῖα ὑπὸ ἀριστοβούλου, καὶ μικρὸν ἔχοι μέρος τῆς χώρας ὑφ' αὐτῷ, τὰ δ' ἄλλα βίᾳ λαβὼν ἀριστόβουλος. τούς τε καταδρομὰς τοὺς ὁμόρους, καὶ τὰ πειρατήρια τὰ ἐν τῇ θαλάττῃ, ἃ τὴν εἶναι τῆς συνήσουσιν διεβάλλον. ὅτι ἂν δὲ δυνάστην λέγων τὸν ἔθνος, εἰ μὴ βίαιός τε καὶ παρακρούσεις ὑπῆρχεν. συνηγόρουν δὲ αὐτῷ πολλοὶ λέγοντες πλείους ἢ χίλιοι τῶν δοκιμωτάτων ἰουδαίων ἀνθρώπους φθονοῦντας. ὁ δὲ μὲν ἐκπλήσσων αὐτὸν τῆς ἀρχῆς, τὸν ἐκείνου φύσιν ἠπάτα ἀπράκτων ὄντα, καὶ δι' ὃ ἐυκαταφρόνητον. αὐτὸν δὲ ἔλεγε φόβῳ δὲ μὴ πρὸς ἄλλους μεταστῆσαι τὴν ἀρχὴν, ἐξ ἀνάγκης αὐτὸν ὑπελθεῖν. προσαγορεύει δὲ αὐτὸν, ὅτι ὅπερ καὶ ἀλέξανδρον τὸν πατέρα. καὶ δὴ μαρτυρεῖς τούτων ἐκάλει τοὺς νεανίσκους, ὧν ἐθεώρουν τὰς παρυφὰς καὶ τὰς κόμας καὶ τὰ φάλαρα, καὶ τὸν ἄλλον κόσμον, ὃν οὐκ εἰς δίκην ὑφέζοντες, ἀλλ' ὡς εἰς πομπὴν προϊόντες ὑπεκρίνοντο. πομπῆς δὲ τούτων ἀκούσας, καὶ κατηγορίας ἀριστοβούλου βίαν, τότε μὲν αὐτοὺς ἀπέπεμψε διαλεχθεὶς πρέπως, ἐλθὼν δὲ εἰς τὴν χώραν αὐτῶν, ἔλεγε διαπέμψειν ἔκαστα, ἐπειδὰν τὰ ναβαταίων πρῶτον ἴδοι. τοὺς δὲ σκέλλοντος ἦν χίαν ἄγων, θεραπεύων ἅμα τὸν ἀριστόβουλον, μὴ τὴν χώραν ἀποστῆσαι καὶ διαπολεμῆσαι τῶν παρόδων. ἔτυχε μέντοι ὀλίγῳ πρότερον ἐξ ἀριστοβούλου ἡμόμενος. ἐπεὶ δὲ ἀναμένειν οὐδὲν ὢν διελέχθη πρὸς αὐτὸν ὁ πομπήϊος, εἰς δήλιον πόλιν ἦλθε, κἀκεῖθεν εἰς τὴν ἰουδαίαν ἀπῆρεν.

CAP. VI.

Quo stratagemate castella occupaverit.

QVa re offensus Pompejus, assumpto exercitu, qvem in Nabathæos paraverat, & excitis a Damasco cæteraq; Syria copiis auxiliaribus, aliisqve Romanis legionibus, qvæ ductum ejus seqvebantur, contra Aristobulum movit. Ut vero præterita Pella & Scythopoli pervenit Coreas, ubi Judææ mediterranea versus est initium, invenit elegantem arcem in montis vertice sitam Alexandrium. eo qvia refugisse Aristobulum intellexerat, accersivit illum ad se per nuncios. ille vero, multis svadentibus, ut caveret bellum a Romanis, descendit: & cum de jure principatus cum fratre disceptasset, permissu Pompeji rursum in arcem se recepit. idqve iterum & tertio fecit, simul

Κεφάλαιον ς'.

Ὡς πομπήϊος στρατηγήματι χρησάμενος τὸ φρούριον παρέλαβεν.

ὀργιζόμενος δὲ τοῖς τὰ ναβαταίων ἀναλαβοῦσι στρατιὰν, καὶ τὸν ἐπὶ τὰς ναβαταίους ἀναλαβὼν στρατιὰν, ἐκ τε δαμασκοῦ καὶ τῆς ἄλλης συρίας ἐπικούρων, σὺν τοῖς ἄλλοις τοῖς ὑπαρχουσιν αὐτῷ ῥωμαίων τάγμασιν, ἐστράτευσεν ἐπὶ τὸν ἀριστόβουλον. ὡς δὲ μεταξὺ μάλιστα πέλλης καὶ σκυθοπόλεως εἰς κορέας ἦκεν, ἥπερ ἐστὶν ἀρχὴ τῆς ἰουδαίας διαζώσης τὸν μεσόγαιον, ἐνταῦθα ἔστι φρούριον ἐπ' ἄκρου ὄρους ἱδρυμένον ἀλεξάνδρειον. εἰς ὃ ἀριστόβουλον συμπεφευγότα, πέμψας σκέλλοντα ἦκεν πρὸς αὐτόν. ὁ δὲ φθονουμένων πολλῶν μὴ πολεμεῖν ῥωμαίοις κατεῖπε, καὶ διμολογησάμενος πρὸς τὸν ἀδελφὸν περὶ τῆς ἀρχῆς, πάλιν εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβαίνει πομπηΐου συγχωρήσαντος. ἔστι δὲ ἐποίησε δὲ τοῦτο, ἅμα

μὲν

μὴν τ' πολεμίων ἐπ' αὐτῷ ὡς τ' βασιλείας ἐλπίδα, Ἐ ὡς ἕκαστον ὧν ἐκέλευσε πομπήϊος ἐτοιμάζειν ἐποιεῖτο μέλλων. ἅμα δ' ἀναχωρῶν εἰς τὸ ἔρυμα ἐπεὶ δὲ μὴ καταλύειν αὐτὸν, μ' ὡς τὸ πολεμεῖν ἀφορμὴν αὐτῷ ὠφελησόμενος, δεδιὼς μὴ τὴν ἀρχὴν εἰς ὑρκανὸν μεθείσῃ. κελεύοντος δ' πομπήϊος ὠφλιδόναι τὰ ἐρύματα, Ἐ τοῖς φρουραρχαις ὑπεξέλειν τῆ ἑαυτ' χειρὶ, ὠφλιδέχεσθ' δ' ἄλλως ἀφίετο, πείθεται μὲν, δυσωπαχετῶν δ' ἀνεχώρησεν εἰς ἱεροσόλυμα, καὶ ἐν ὠφλησθῆ δ' πολεμεῖν ἐγένετο. καὶ μετ' ὀλίγον πομπήϊω στρατιὰν ἐπ' αὐτὸν ἄγοντι, καθ' ὁδὸν ἀφικόμενοι τινὲς ἐκ πόντου, τὴν μιθριδάτου τελευτὴν ἐμήνυον, διὰ φαρνάκου τ' παιδὸς αὐτοῦ ἡμωμένην.

Κεφάλαιον ζ'.

Ως ἱεροσολυμῖται τὰς πύλας ἀπέκλεισαν τοῖς ῥωμαίοις.

Στρατοπεδευσάμενος δ' πρῶτον ἐν ἔτι ἱερεχοῦντα, ἔνθ' τὸν φοίνικα τρέφεσθ' συμβέβηκε, καὶ τὸ ὀποβάλσαμον μύρον ἀκροτάτων, ὃ τ' θαμνων τιμωμένων ὄξει λίθῳ ἀναπηδᾶν ὥσπερ ὀπὸς, ἑωθεν ἔτι ἱεροσόλυμα ἐχώρει. Ἐ μετανοήσας ἀριστόβουλος, ἀφικνεῖτ' πρὸς πομπήϊον. καὶ χρήματα δίδως, καὶ τοῖς ἱεροσολύμοις αὐτὸν εἰσδεχόμενος, παρεκάλει παύσασθ' δ' πολέμου, καὶ πράττειν μετ' εἰρήνης ὅτι βέλτιστ. συγχωρῆς δ' πομπήϊος αὐτῷ δεομένῳ, πέμπει χαβίνιον Ἐ στρατιώτας, ἔτι τε τὰ χρήματα καὶ τὴν πόλιν, ἐμέλλε ἐπράχθη τι τούτων, ἀλλ' ἐπανῆλθεν ὁ χαβίνιος τῆς τε πόλεως ἀποκλεισθεὶς, καὶ τὰ χρήματα μὴ λαβὼν τ' ἀριστοβούλου στρατιωτῶν σὺν ἔτι ταῖς ψάντων τὰ συγκείμενα ῥηθέντ'. ὀργὴ δ' ἔτι τούτοις πομπήϊον λαμβάνει, καὶ τὸν ἀριστόβουλον ἐν φυλακῇ καθίστησιν, αὐτὸς ἔτι τὴν πόλιν ἔρχεται, τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἐῶσιν ἐχυρὰν, μόνῳ δ' τῷ βορείῳ μέρει φαύλως ἔχουσαν. περιέρχεται γὰρ αὐτὴν φάραγξ βαθεῖα καὶ βαθεῖα ἐντὸς ἀπολαμβάνουσα τὸ ἱερὸν, λιθίνῳ περιβόλῳ καρτερῶς πάνυ πεπερχισμένον.

Κεφάλαιον η'.

Ως πομπήϊος αἱρεῖ κρατῶν τὸ ἱερὸν Ἐ τ' κάτω πόλιν, Ἐ περὶ τῆς θεοσεβείας αὐτοῦ.

Ἦν δ' τ' ἀνθρώπων ἔνδον στάσις, οὐχ ὁμονοούντων περὶ τ' ἐνεστώτων, ἀλλὰ τοῖς μὲν ἔδοκει ὠφλιδόναι πομπήϊω τὴν πόλιν, οἱ δ' τὰ ἀριστοβούλου φρονοῦντες. ἀποκλείσθ' τε κ' πολεμεῖν παρῄνουν, τοῦ κρείττονος ἔχεσθαι δεδεμένου. φθάσαντες δ' οὗτοι τὸ ἱερὸν καταλαμβάνουσι, καὶ τὴν τείνουσαν ἀπ' αὐτοῦ γέφυραν εἰς τὴν πόλιν ἔκοψαν, εἰς πολιορκίαν διατρεπόμενοι. οἱ δ' ἕτεροι δεξάμενοι τὴν στρατιὰν, ἐπεχείρησαν πομπηίῳ τὴν τε πόλιν κ' τὰ βασίλεια. πομπήϊος δ' πεισθεὶς, τὸν στρατηγὸν πέμψας σὺν στρατῷ, τὴν τε πόλιν καὶ τὰ βασίλεια ἐφρούρει, κ' τὰς οἰκίας τὰς πρὸς τὸ ἱερὸν, καὶ ὅσαι ἐν τῷ ἱερὸν ὠχύρου. καὶ τὸ μὲν πρῶτον. λόγους συμβατηρίους τοῖς ἐντὸς προσέφερεν. ἐπ' ὀλίγον δ' εἰς ἃ προσεκαλεῖτο, τὸ πέρας ἐτείχισε χωρία, πρὸς ἅπαντα ὑρκανοῦ προθύμως ὑπηρετοῦντ. πομπήϊος δ' ἐσωθεν στρατοπεδεύεται, κατὰ τὸ βόρειον δ' ἱεροῦ μέρος, ἔνθ' ἦν ἰσχυρότατον. ἀνεῴκεσαν δ' καὶ ἐνταῦθα μεγάλοι πύργοι, καὶ πάφλαγ δ' ὀρώρυκτο, καὶ βαθεῖα περεῖχετο φάραγξ. ἀπέρρωγε χαρ καὶ τὰ πρὸς τὴν πόλιν, τῆς γεφύρας ἀναιρεθείσης

spe regni Pompejo obſecundans, & omnia ejus imperata ſe facturum ſimulans, ſimul redeundo in arcem ſe muniens, & apparatus bellicos faciens, metu, ne ad Hyrcanum transferretur dominium. Jubente autem Pompejo, ut traderet ſibi caſtella, & præfectis de ea re propria manu ſcriberet, non tradituris alioqvin: paruit qvidem, ſed ægre ferens ſeceſſit Hieroſolyma qvaſi ad certum bellum ſe præparaturus. nec multo poſt Pompejo ducenti contra eum exercitum in itinere venit nuncius e Ponto, Mithridatem a filio ſuo Pharnace occiſum eſſe ſignificans. VII.

CAP. VII.

Hieroſolymitani portas Romanis claudunt.

ET cum prima caſtra habuiſſet apud Hierichuntem, ubi palmeta ſunt præſtantiſſima, & opobalſamum provenit inter ungventa præcipuum, inciſis acuto ſcrupo fruticibus, ſucci in modum ſcatens, mane ſeqventi movit inde verſus Hieroſolyma. Tum vero Ariſtobulus ante actorum pœnitens obviam ei venit, &, oblatis pecuniis, etiam intra Hieroſolyma eum admittens, rogabat, ut, omiſſo bello, qvicqvid vellet, pacate ageret. Pompejus vero, data petenti venia, mittit Gabinium cum militibus in urbem ad accipiendam pecuniam: qvi tamen re infecta rediit, excluſus & vacuis manibus, militibus Ariſtobuli pactum irritum facientibus. Ea res VIII. vehementer Pompejo movit ſtomachum, &, additis Ariſtobulo cuſtodibus, ipſe ad urbem properat, cætera qvidem probe munitam, tantum e ſeptentrionali latere injuriis expoſitam. Circuit enim ea parte vallis lata & profunda templum ambiens, qvod muro valido e ſaxo ſtructo cingitur.

CAP VIII.

Pompejus templum cum inferiore urbis parte vi expugnat.

INtus autem erat diſſidium, urbanis, qvid opus eſſet facto, non conſentientibus. nam qvidam cenſebant urbem Pompejo dedendã: Ariſtobuli vero factio excludi eum jubebat & bellum parari, eo qvod illum haberet in vinculis. hi prævenientes alteros templum occupant, &, præciſo ponte, qvi in urbem ferebat, ad bellum ſe expediunt. at illi, intromiſſo exercitu, tradiderunt Pompejo urbem & regiam. ille Piſoni legato ſuo, miſſo eo cum parte exercitus, & urbis & regiæ commiſit cuſtodiam: ipſe vicinas templo domos aliaqve propinqva ædificia muniebat. & primum conditiones pacis eis obtulit: qvas cum non admitterent, omnia, qvæ circum erant oppugnationi paravit, Hyrcano alacriter ſuppeditante, qvicqvid uſus poſceret. Pompejus vero a ſeptentrionali templi latere, qvod maxime erat oppugnationi obnoxium, admovit milites. erant autem hac qvoqve parte turres altæ, & foſſa manu facta, præter profundam vallem, qvæ templum cingebat. nam etiam verſus urbem abrupta erant omnia, ſublato ponte,

qva parte Pompejus erat cum ſuo contubernio. A erigebantqve qvotidie magno labore aggerem Romani, cædentes circumqvaqve arbores, qvod opus ubi perfectum eſt, ægre completa foſſa propter immenſam altitudinem, admotis machinis a Tyro advectis, qvatiebat templum ſaxis miſſilibus. ſed niſi patrius nobis mos eſſet, per otium ſeptimum qvemqve diem exigere, non potuiſſent abſolvere aggerem vetantibus adverſariis. prohibere enim vim inferentes lex permittit, ſed opus facientem hoſtem impedire nos non ſinit, qvod ubi animadverterunt Romani, ſabbatis neqve eminus inceſſebant telis Judæos, neque manus cum eis conferebant: tantum erigebant aggerem & turres, machinasqve admovebant, ut ejus poſtridie adverſus nos uti poſſent. Facile eſt autem vel hinc diſcere, qvanta pietate Deum colamus, & qvam obſervantes legum ſimus, quandoquidem oppugnationis terror nihil obfuit, quo minus ſolemnia perage-rentur ſacrificia, bis per ſingulos dies mane & circa nonam horam ſuper altari immolantibus noſtris ſacerdotibus, ac ne in extremo qvidem diſcrimine ſacra intermittentibus. etenim capto templo tertio demum menſe, die jejunii, ſeptageſima nona ſupra centeſimam Olympiade. C. Antonio, M. Tullio Cicerone Coſſ. hoſtis quidem irrumpens jugulabat omnes obvios: illi vero nihilominus ſacris operabantur, neqve metu mortis, neqve jam cæſorum multitudine abſterriti, paſſuri, quicquid liberet victori, potius qvam deſerturi altaria, aut aliquid omiſſuri præſcriptum patriis legibus. quod autem hæc non fabula ſit in pietatis laudem conficta, ſed rei veritas, atteſtantur omnes, qui res a Pompejo geſtas conſcripſerunt, & in his Strabo, ac Nicolaus, Romanæqve conditor hiſtoriæ T. Livius. Nam, concuſſa turri maxima crebris arietis ictibus, collapſaq; & ſecum ruinam trahente muri proximi, certatim infuderunt ſe hoſtium agmina. ſed primus evaſit per ruinas Cornelius Fauſtus Syllæ filius, ſeqvente cohorte militum: mox alia parte Furius centurio cum ſuis manipularibus: & inter utrumqve Fabius & ipſe centurio cum manu ſuorum valida. Omnia autem erant plena cædibus, & Judæorum alii a Romanis conſoſſi cadebant, alii mutuis vulneribus, nonnulli per abrupta ſemetipſos jactabant, aut ſubjectis in ædes ignibus concremabantur, non ſuſtinentes ſpectare, qvæ patrabantur ab hoſtibus. ceciderunt e Judæis duodecim millia. Romanorum perpauci deſiderati ſunt. Captus eſt Abſalomus, patruus ſimul & ſocer Ariſtobuli. Læſa etiam eſt non mediocriter templi religio, humanis antehac nec veſtigiis penetrati, nec oculis. Introgreſſus eſt enim in illud Pompejus, & una cum eo non pauci alii, & inſpexerunt, qvæ nefas eſt videre niſi ſolis ſacerdotibus. cumqve intus eſſent ex auro menſa & candelabrum & pocula, & odoramentorum magna copia, præterea in theſauris ſacræ pecuniæ circiter talentorum duo millia, nihil horum præ pietate attigit, ſed hic qvoqve ſui ſimilis fuit, & nihil commiſit

Cæterum cum Hyrcanum stupidum ac segnem animadverteret, Phasaëlum e liberis suis natu maximum Hierosolymis & circumvicinæ regioni ducem constituit, Herodi secundo Galilæam curandam commisit, etiam tum admodum adolescenti, nec excedenti annum qvintumdecimum. qvod tamen illi nihil obstitit, sed quia fuit generoso ingenio præditus, confestim occasionem invenit, qvomodo posset virtutem suam ostendere. Comprehensum enim Ezeciam primarium latronem, & cæterorum ducem, Syriæ fines incursare ac prædari solitum, affecit supplicio cum multis latrocinii sociis. qvod ejus factum magnam ei apud Syros conciliavit gratiam, nihil magis cupientes, qvam repurgari tandem regionem a prædonibus. Decantabant igitur eum hoc nomine per vicos & oppida, ut autorem pacis & fruendi secure possessionibus. Qvin & Sex. Cæsari per hoc factum innotuit, cognato magni Cæsaris & tum administranti Syriam. qvapropter etiam Phasaëlus excitatus est ad æmulationem fraternæ gloriæ, nolens virtutis laude haberi inferior: nihilqve magis studuit, qvam gratiosus esse apud Hierosolymitanum populum, omnia negotia publica per se obeundo, & in eis cum magna gratia versando, nec abutendo potestate ad cujusqvam injuriam. quo factum est, ut Antipater haud secus, quam si rex esset, a tota gente coleretur, & in tali haberetur honore, qvalis non dedeceret dominum. nec tamen rebus tam secundis more cæterorum hominum depravatus est, quo minus Hyrcano fidem servaret atqve amicitiam. Cæterum optimates Judæorum, videntes eum cum filiis tantopere crescere, tam favore gentis, qvam Hyrcani pecuniis & percipiendis ex Judæa reditibus, maligne erga eum affecti erant. jam enim amicitiam contraxerat cum Romanis imperatoribus, &, persvaso Hyrcano, ut pecuniam eis mitteret, ipse hujus muneris sibi usurpavit gratiam. Misit enim tanqvam de proprio, & non qvasi ab Hyrcano acceptam. Hæc Hyrcanus audiens adeo nihil curabat, ut gaudere etiam facto videretur. Sed maxime terrebat Judæorum primates violentum ac audax Herodis ingenium & tyrannidis cupidum, adeuntesqve Hyrcanum aperte jam incusabant Antipatrum. Quousqve tandem dissimulabis, quæ geruntur quotidie? an non vides Antipatrum cum filiis succinctos principatus opibus, tibi vero præter inane regni nomen nihil fieri reliqvum? Sed cave, ista nescias, neve te securum putes, incolumitatis tuæ atq; regni juxta negligens. neq; enim procuratores tuos

ampsius agunt. noli falli hac opinione: sed jam ex professo dominationem exercent. nam Herodes Ezeciam cum plerisqve aliis interfecit, contemptis nostris legibus, quæ hominem, qvantumvis scelestum, non sinunt affici supplicio, nisi prius damnatum ex sententia judicum. iste vero hoc ausus est, prius quam a te potestatem hanc acciperet. Tandem Hyrcanus, his auditis, motus est. accenderunt autem ejus iram matres etiam eorum, quos Herodes necaverat. nam hæ per singulos dies in templo non desinebant precibus suis tum regem tum populum obtundere, rogantes, ut Herodes coram consessu judicum facti sui rationem cogeretur reddere. Permotus igitur his hominem ad judicium & dicendam causam evocat. at ille præsto fuit, præmonitus tamen a patre, ut non privati more, sed cum comitatu ad se tuendum idoneo veniret. Ergo ordinatis Galilææ rebus, qvemadmodum existimabat sibi conducere, mediocrem, sed tamen sufficientem sibi manum adjunxit in itinere, ne vel Hyrcanum terreret, si plures adduceret, vel ipse sine tutela subiret judicii periculum. Quin & Sex. Cæsar præses Syriæ scripsit ad Hyrcanum, ut eum absolveret, minis, si contra feciſſet, additis. Qvod qvidem facile ab illo impetratum est, neqva tristiore judicum sententia feriretur, quandoqvidem amabat eum non secus atqve filium. Gumqve constitisset ante judicium una cum suis, omnes sunt attoniti, nec quisqvam eorum, qui absentem accusaverant, ausus est hiscere; sed hærebant inopes consilii. Tum unus quispiam Sameas nomine, vir justus, & ob hoc invictus terroribus, assurgens sic exorsus est: Eqvidem judices, tuqve rex, nec ipse unqvam vidi qvenqvam, qui ad causam apud nos dicendam vocatus ad hunc modum comparuerit, nec vos puto posse proferre hujusmodi qvempiam, sed quisquis hactenus apud hunc consessum judicandum se præbuit, humilis venit & habitu timentis periculum ac captantis misericordiam, attratus & promisso capillitio. at bonus iste Herodes cædis reus, & tam gravi obnoxius crimini, adstat hic purpuratus & crine belle composito, cum armatis stipatoribus: ut, si capitalem juxta leges sententiam in eum tulerimus, nobis mactatis, ipse evadat, illata vi legibus. Verum isti non succenseo, quod majorem incolumitatis suæ quam legum rationem habeat, sed vobis magis & regi, qui hanc ei concessistis licentiam. Scitote tamen potentem esse Deum, & quod iste, quem nunc in Hyrcani gratiam legibus eripitis, & vos aliquando & regem ipsum puniet. Nec vanus fuit vates. nam Herodes regnum adeptus omnes illos judices & regem qvoq; sustulit, excepto uno Samea. hunc enim in honore habuit propter justitiam, & quia post, obsessa urbe ab Herode ac Sosio, admittendi Herodem autor fuit populo, negans propter peccata eos posse dominationem illius effugere: sicut suo loco dicetur. Porro Hyrcanus animadvertens judices propensiores

A τῶν πραγμάτων ἀντιπάτρῳ, καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ νῦν εἰσι, μὴ ὃ ἀπάτησαν τὸν ὅτε οἰόμενοι, ἀλλὰ δεατέτην φανερῶς ἀνωμολόγηνται. καὶ γὰρ ἡρῴδης ὁ παῖς αὐτοῦ, ἐζεκίαν ἀπέκτεινε καὶ τὰς σὺν αὐτῷ, ᾧδαίας τὸ ἡμέτερον νόμον, ὃς κεκώλυκεν ἄνθρωπον ἀναιρεῖν ἐπιεικῆ ὄντα, εἰ μὴ πρότερον κατακριθείη ὑπ' αὐτῶν, τὸν δ' συνέδριον, μὴ λαβὼν ἐξουσίαν ᾧδᾳ σὺ ταῦτα ἐπλημμέλησεν. ὑρκανὸς ὃ ἀκούσας ταῦτα, πυνθάνεται. προσέχηψαν ὃ αὐτοῦ τέκνοις ἐγίλεω καὶ αἱ μητέρες τῶν ὑπὸ ἡρῴδου πεφονευμένων. αὗται γὰρ καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐν τῷ ἱερῷ ᾧδαικαλοῦσαν τὸν βασιλέα καὶ τὸν δῆμον ἵνα δίκην ἡρῴδης ἐν τῷ συνεδρίῳ τῶν πεπραγμένων ὑπόσχῃ διετέλουν. κινηθεὶς οὖν ὑπὸ τούτων ὑρκανὸς ἡρῴδην ἐκάλει δικασόμενον, ὑπὲρ ὧν διεβάλλετο. ὁ ὃ ἦκε, δ πατρὸς αὐτῷ ᾧδαμένουτος, μὴ ὡς ἰδιώτης, μὴ ὃ ἀσφαλείας στρατιᾶς, καὶ φυλακῆς τῆς περὶ τὸ σῶμα. πάτερ γὰρ τέλεως γαλιλαίαν ἐνόμισεν αὐτῷ συμφέρειν τρόπον δεμοσιώμενος, καὶ μετὰ σίφους ὑπορεῶντος αὐτῷ πρὸς τέλεω ὁδὸν, ὡς μήτε σίφος ὑρκανῷ δόξειε μεῖζον ᾧδαγκόμενος πάγματος, μήτε γυμνὸς καὶ ἀφύλακτος ἐν πρὸς τέλεω δίκαιον. σέξτος μόνος ὁ τοῦ συρίας ἡγεμών, γράφει ᾧδαικαλῶν ὑρκανὸν ἀπολῦσαι τὸν ἡρῴδεω ἐκ τῆς δίκης, καὶ προσαπειλῶν ᾧδακέσαντι. τὸ δ' ἐπ' αὐτῷ φορμὴ καὶ τὰ ᾧδᾳ δ σέξτε γράμματα, πρὸς τὸ μηδὲν ἐκ δ συνεδρίε πυθόμενα ἀπολῦσαι τὸν ἡρῴδεω, ἡγάπα γὰρ αὐτὸν ὡς υἱόν. καπεσὼν ὃ ἐν τῷ συνεδρίῳ μὴ δ' σὺν αὐτῷ πάγματος ἡρῴδης, κατέσχεν ἅπαντας, καὶ κατηγορεῖν ἐμφόβους τὸ λοιπὸν οὐδείς, τῶν πρὶν ἀφικέσθαι διαβαλλόντων, ἀλλ' ἐπ' ἡσυχίας, καὶ δ τί χρὴ ποιεῖν ἀπορία. διακειμένων δ' οὕτως, εἷς τις σαμέας τοὔνομα, δίκαιος ἀνὴρ, καὶ διὰ δ' τὸ δ' δεδοικέναι κρείττων, ἀναστὰς εἶπεν. ἄνδρες συνέδροι καὶ βασιλεῦ, ἐμὲ δίκαιον μὲν οὔτ' αὐτὸς οἶδά τινα τῶν πώποτε ἐπ' αὐτῆς εἰς ἡμᾶς κεκλημένων οὕτω θᾳδαίαντα. ἔτε ὑμᾶς ἔχειν εἰπεῖν ὑπολαμβάνω. ἀλλὰ πᾶς ὃς τις δῆποτ' οὖν ἀφῖκται εἰς δ τὸ συνέδριον κεκλημένος, ταπεινὸς φείσατο, καὶ σχήματι δεδοικότος, καὶ ἔλεον ἡρωμένε παρ' ἡμῶν, κόμην τε ὑπερέψας καὶ ἐσθῆτα μέλαναν ἐνδεδυμένος. ὁ δὲ βέλτιστος ἡρῴδης φόνε δίκαιε φεύγων καὶ ἐπ' αὐτίᾳ τοιαύτῃ κεκλημένος, ἔστηκε τέλεω πορφύραν ὑποκείμενος, καὶ τέλεω κεφαλεῖ κεκοσμημένος τῇ συνήθει τ' κόμῃ, ὑφ' αὐτὸν ἔχων ὁπλίτας, ἵν' ἂν κατακρίνωμεν αὐτὸν κ' τ' νόμον, κτάνῃ μὲν ἡμᾶς, αὐτὸς ὃ σωθῇ βιασάμενος τὸ δίκαιον. ἀλλ' ἡρῴδεω μὲν ὑπὲρ τύχης οὐκ ἂν μεμψαίμεθα, εἰ τὸ αὐτῷ συμφέρον ποιοῦντα ὑφαιρεῖσθαι τὸ νόμιμον, ὑμᾶς ὃ καὶ τὸν βασιλέα τοσαύτῃ ἀδείαν αὐτῷ ᾧδαχόντας. ἴστε μέντοι μέγαν τὸν θεὸν, καὶ οὗτος ὃν νῦν δι' ὑρκανὸν ἀπολῦσαι βούλεσθε, κολάσει ὑμᾶς ποτὲ καὶ αὐτὸν τὸν βασιλέα. διήμαρτε δ' οὐδὲν τῶν ἐρημένων. ὁ γὰρ ἡρῴδης τέλεω βασιλείαν ᾧδαλαβὼν, πάντας ἀπέκτεινε τοὺς ἐν τῷ συνεδρίῳ, καὶ ὑρκανὸν αὐτὸν, χωρὶς δ συμεόν. σέβετο γὰρ αὐτὸν ᾧδᾳ τέλεω δικαιοσύνῃ ἐτίμησε. καὶ ἐπ' τῆς πόλεως μ' ταῦτα πολιορκουμένης ὑπό τε ἡρῴδου καὶ σοσίου, παρῆνεσε τῷ δήμῳ δέξασθαι τὸν ἡρῴδεω, εἰπὼν, ᾧδᾳ τὰς ἁμαρτίας οὐ δυνατὸν φυγεῖν αὐτόν. καὶ περὶ μὲν τούτων κατὰ χώραν ἐρεῖται. ὑρκανὸς ὃ ὁρῶν ὠρμημένους πρὸς τέλεω ἀναίρεσιν

ἡρῴδε

ἡρῴδε τὸν ἐν τῷ συνεδρίῳ, τλεὼ δίκλεω εἰς ἄλλεω ἡμέ- A ad damnandum Herodem, rem in ſeqventem
ρεω ἀνεβάλλετο. ϗ πέμψας κρύφα πρὸς ἡρῴδεω, diem diſtulit, & clam eum admonuit, ut fuga ſibi
συνεβάλλετον αὐτῷ φυγεῖν ἐκ τ πόλεως. ἔτω γὰρ τὸν conſuleret. non enim eſſe remedium aliud. at-
κίνδυνον ἀμφοῖν ἔφη. ϗ ὁ μὲν, ἀνεχώρησεν εἰς δαμα- qve ita ille ſeceſſit Damaſcum, qvaſi regem fu-
σκὸν ὡς φεύγων τ βασιλέα. ϗ ὡς ἠγγέλη μὲν πρὸς giens: cumqve conveniſſet Sex. Cæſarem, & res
σέξτον καίσαρα, ϗ τὰ καθ' αὑτὸν ἀσφαλισάμενος, ſuas in tuto collocaſſet, palam præ ſe tulit, qvod
ἔτως εἶχεν, ὡς εἰ καλοῖτο πάλιν εἰς τὸ συνέδριον ὑπὸ δί- non eſſet compariturus, ſi denuo citaretur ad ju-
κλεω ἐκ ἐπανήξοι. ἠγανάκτουν δ' οἱ ἐν τῷ dices. Illi vero indignabantur, & conabantur
συνεδρίῳ, ϵ τ ὑρκανὸν ἐπειρῶντο διδάσκειν, ὅτι πάντα B Hyrcanum docere, qvod in ipſius perniciem
ταῦτ' εἴη κατ' αὐτό. τὸν δ' οὐκ ἐλάνθανε μὲν, πῶς hæc omnia tenderent: qui non ignorabat qvi-
ἔτεων δ' οὐδὲν εἶχεν ἐπὶ ἀνανδρίᾳ ϗ ἀνοίᾳ. σέξτε δ' dem, eos vera monere, ſed nihil expedire pote-
παύσαντ ἡρῴδεω φρατηγὸν τῆς κοίλης συρίας, χρη- rat per ignaviam & amentiam. Cæterum cum
μάτων δ' αὐτῷ ὅτ' ἀπίδοτο, ὑρκανὸς μὲν ἐν φόβῳ μὴ Sex. Cæſar, accepta pecunia, Herodem præfe-
φρατεύσηται ἡρῴδης ἐπ' αὐτόν. οὐ πολὺ δ' τότε δ' ciſſet Cœleſyriæ, vehementer timuit, ne ille
δέους ἐφράδωσεν, ἀλλ' ἦκεν ἄγων ὁ ἡρῴδης φρατὸν ἐπ' contra ſe duceret. nec eum ſua fefellit opinio.
αὐτὸν, ὀργιζόμενος τῆς δίκης αὐτῷ ϗ ϗ κληθῆναι Iratus enim, quod juſſus ſit cauſam dicere, veni-
πρὸς τὸν λόγον ἀπορρηγῆν ἐν τῷ συνεδρίῳ. διεκώλυ- ebat cum exercitu: ſed patris ac fratris occurſu
σαν δ' αὐτὸν προσβαλεῖν τοῖς ἱεροσολύμοις ἀνταν- C & precibus cohibitus eſt, qvo minus invaderet
τήσαντες, ὅτε πατὴρ ἀντιπατ ϗ ὁ ἀδελφὸς, ϗ τῷ Hieroſolyma, placantium eum & rogantium, ut
ἐρημεῖ αὐτῷ καταπαύσαντες ϗ ὠδὰ καλέσαντες, ἔρ- terruiſſe contentus, re ipſa læderet neminem, ne-
γῳ μὲν ἐγχειρεῖν μηδενὶ, καίτοι πολὺ ἀπειλῆ ve ulterius adverſus autorem ſuæ dignitatis
μόνον, μὴ χωρῆσαι περαιτέρω ϗ ϗ ὠδὰ χόντ αὐ- procederet. Debere etiam eum non tam memi-
τὸν εἰς ὅτ παρελθεῖν τὸ ἀξίωμα. ἠξίουν τε ὠδὲ ϗ κλη- niſſe, qvod citatus ſit, qvam qvod abſolutus et-
θέντα, ὑπὸ δίκλεω ἐλθεῖν ἀναναχθέντα, μεμνῆσθαι δ' iam, & gratiam habere, qvod nihil triſte paſſus
τ ἀφέσεως, ϗ χάριν αὐτῆς εἰδέναι, ϗ μὴ πρὸς μὲν abierit incolumis. Cogitandum quoque, qvam
τὸ σκυθρωπότερον ἅπαντᾶν, ὡς ἢ τῆς σωτηρίας ἀχα- D periculoſa ſit belli alea, & qvod Deus arbitratu
ριστεῖν. λογίζεσθαι ἢ ὡς εἰ ϗ πολέμου ῥοπὰς βρα- ſuo his vel illis annuat victoriam: atqve eo mi-
δεύει τὸ θεῖον, πολὺ ἐστὶ τῆς φρατείας τὸ ἄδηλον. διὸ nus tum eam eſſe ſperandam, quando non ſo-
ϗ τῷ νίκλεω μὴ πάντη πρόσοδον μέλλοντα πολε- lum contra regem ſuum & altorem bellum mo-
μεῖν βασιλεῖ ϗ σωτῆρι, ϗ πολλὰ μὲν εὐεργετήσαντι, veat, verum etiam benemeritum, ipſe nulla affe-
μηδὲν ἢ χαλεπὸν αὐτὸν ἐφρασμένῳ, ὡς ἢ ὧν ctus injuria: nam ſi qvid illi nunc objiciat, non
ἐγκαλοίη διὰ πονηροὺς συμβούλους, ἀλλὰ μὴ δι' αὐ- ipſius eſſe culpam, ſed conſultorum non bono-
τὸν, ἀπόνοιαν αὐτῷ ϗ σκιὰν δυσκόλου τινὸς παρε- rum, qui ei opinionem crudelitatis concilient.
χημένῳ. πείθεται τούτοις ἡρῴδης, ἀπολαβὼν εἰς E Paruit his monitis Herodes, ratus ſufficere ſibi
τὰς ἐλπίδας ἀποχρεῶσαν αὐτῷ ϗ τῷ ἰσχὺν ἐπιδεί- ad futuras ſpes, qvod potentiam genti declara-
ξασθαι τῷ ἔθνει μόνον. ϗ τὰ μὲν ϗ τῷ ἰουδαίων οὕτως εἶχεν. veriſſet, atqve eo tum in ſtatu res fuerunt Judaicæ.
ὁ δ' καῖσαρ διελθὼν εἰς ῥώμλεω, ἐπιμ- Cæterum Cæſar Romam reverſus expeditionem XIX.
λεῖν πολὺν ἐπ' ἀφρικὴν πολεμήσων σκιπίωνι ϵ parabat in Africam contra Scipionem, Catonem.
κάτωνι. πέμψας δ' ὑρκανὸς πρὸς αὐτὸν παρεκά- tum Hyrcanus per legatos eum rogavit, ut con-
λει βεβαιώσεσθαι τῷ πρὸς αὐτὸν φιλίαν ϗ συμμα- firmaret cœptam ſocietatem & amicitiam. Nunc
χίαν. ἔδοξε δ' ἀναγκαῖον εἶναί μοι πᾶσιν ἐκθέσθαι videtur mihi operæ precium percenſere omnes
τὰς γεγενημένας ῥωμαίοις ϗ τοῖς αὐτοκράτορσιν αὐ- honores genti noſtræ a Roman. Imp. habitos, &
τῶν τιμὰς ϗ συμμαχίας πρὸς τὸ ἔθν ἡμῶν, ἵνα F inita cum eis fœdera, ut univerſis notum ſit,
μὴ λανθάνῃ τὰς ἄλλους ἅπαντας, ὅτι ϗ οἱ τῆς ἀσίας ϗ τῆς εὐρώπης βασιλεῖς διὰ παυδὸς ἔχον ἡ- qvod tam ab Europæ qvam ab Aſiæ regibus ob-
μᾶς, τλεώ τ ἀνδρείαν ἡμῶν ϗ τλεὼ πίστιν ἀγαπή- ſervati fuerimus propter fidem ac fortitudinem.
σαντες. ἐπεὶ δ' πολλοὶ διὰ τλεὼ πρὸς ἡμᾶς δυσμένει- Qvoniam autem multi nos odio habentes non
αν ἀπίστουσι τοῖς ὑπὸ περσῶν ϗ μακεδόνων ἀνα- credunt de nobis Perſicarum vel Macedonica-
γεγραμμένοις πρὸ ἡμῶν, τῷ μὴ ϗ ταῦτα πανταχῆ rum rerum ſcriptoribus, quod ea monumenta
μηδ' ἐν τοῖς δημοσίοις ἀνακεῖσθαι τόποις, ἀλλὰ παρ' non ita pervulgata ſint, apud noſtrates ſervata &
ἡμῖν τε αὐτοῖς, ϗ πισὶν ἄλλοις τῶν βαρβάρων, πρὸς G alios quosdam barbaros, certe Romanorum de-
ἢ τὰ ὑπὸ ῥωμαίων δόγματα ἀδύνατον ἐστιν ἀντειπεῖν. ἔν τε cretis contradicere non poterunt. nam hæc &
τῷ δημοσίοις ἀνάκεισθαι τόποις τῶν πόλεων, ϗ ἐπὶ νεὼ publice dedicata ſunt in urbibus atqve etiam in
ἐν τῷ καπετωλίῳ, ἀλλὰ ϗ στήλαις ἀναγεγράφθαι χαλ- Capitolio, & columnis inſculpta ſunt æreis. Qvin & Jul. Cæſar apud Alexandriam atteſtatus
καῖς. οὐ μὴν ἀλλὰ ϗ καῖσαρ ἰούλιος τοῖς ἐν ἀλεξαν- eſt Judæis inſcriptione columnæ æreæ, qvod A-
δρείᾳ ἰουδαίοις, πᾶσιν χαλκῆν στήλην ἐδήλωσεν, lexandrinæ civitatis jus habeant. quare his ar-
ὅτι ἀλεξανδρέων πολῖται εἰσίν. ἐκ τούτων πᾶσομαι ϵ gumentis uſurus ſum. apponam etiam ſena-
τλεὼ δοτοδείξιν. ὠδὰ ἤσομαι ἢ ϵ τὰ ψηφίσματα, ὑπὸ tusconſulta & decreta Julii Cæſaris, qvæ ad
τε τῆς συγκλήτου δόγματα, ϗ ἰουλίου καίσαρος, Hyrcanum & noſtram gentem attinent: C. Ju-
πρός τε ὑρκανὸν ϗ τὸ ἔθν ἡμῶν. γαΐος ἰούλιος lius Cæſar, Imp. & pont. max. dictator iterum,
καῖσαρ αὐτοκράτωρ ϗ δικτάτωρ τὸ δεύτερον

Sidoniorum magiſtratibus, ſenatui & pop. ſalutem. Si valetis, bene eſt, ego qvidem & exercitus valemus. Mitto vobis exemplum tabulæ, quæ ad Hyrcanum Alexandri filium, Judæorum ethnarcham ac pontificem attinet, ut in publicis veſtris monumentis reponatur, inſcriptum Græcis & Latinis literis in ærea tabula. Eſt autem hoc: Julius Cæſar, Imp. iterum & Pont. max. de conſilii ſententia decrevi. Qvoniam Hyrcanus Alexandri filius Judæus & nunc & præteritis temporibus, tam pace qvam bello, bonam ac fidelem operam in noſtris negotiis præſtitit, ſicut ei multi Imperatores atteſtati ſunt, & in proximo Alexandrino bello in auxilium venit cum mille & quingentis militibus, & ad Mithridatem a me miſſus virtute ceſſit nemini: has ob cauſas Hyrcanum filium Alexandri & ejus liberos ethnarchas Judæorum eſſe jubeo, & pontificatum Judæorum perpetuo retinere more patrio, eſſeqve ipſum & filios ejus noſtros ſocios, & in amicorum noſtrorum recipi numerum. Jura quoqve omnia pontificialia habere ipſum & filios decerno. & ſi qva controverſia exorta fuerit de Judaica diſciplina, judicium penes ipſum eſſe. ad hæc nec hyberna militi debere, nec pecunias ab eo exigi. C. Cæſaris conſulis, placita, conceſſa, decreta, ſic habent: Ut filii principatum gentis Judæorum, & donata ſibi loca poſſideant: ut pontifex ipſe ac ethnarcha Judæorum injuriarum paſſis adſit: utqve ad Hyrcanum Alexandri filium Judæorum pontificem mittantur legati acturi de ſocietate & amicitia. dedicariqve æream tabulam hæc continentem in Capitolio, & apud Tyrum, Sidonem, Aſcalonem, in templis, inſcriptam Romanis atqve Græcis literis: utqve hoc decretum apud omnes omnium urbium qvæſtores ac magiſtratus publicetur, quo pro amicis habeantur, & legatis eorum hoſpitia præbeantur, & decreta hæc ad omnia loca mittantur. C. Cæſar, Imp. dictator, conſul honoris, virtutis & benignitatis cauſa, conceſſit in commodum S.P.Q. Romani, Hyrcanum Alexandri filium ejusqve filios pontifices ac ſacerdotes eſſe Hieroſolymorum totiusqve gentis, jure, quo & majores eorum hoc ſacerdotium geſſerunt. C. Cæſar quintum Cos. decrevit habere & munire Hieroſolymorum urbem, & gubernare eam Hyrcanũ filium Alexandri pontificem Judæorum ac ethnarcham ſecundum ſuam voluntatem, & ut Judæis ſecundo locationis anno de reditibus eorum ſubducant, immunesqve ſint ab angariis & vectigalibus. C. Cæſar Imper. iterum ſtatuit, ut ſingulis annis tributa pendant Hieroſolymitani pro ſua civitate, Joppe excepta, absqve anno ſeptimo, qvem Sabbaticum nominant, qvoniam in eo neqve fructus arborum colligunt neqve ſeminant: utq; in Sidone ſecundo quoq; anno tributum reddant quartam partem ſatorum:

A σιδωνίων ἄρχουσι, βουλῇ, δήμῳ, χαίρειν. ἡ ἐμὴ δύναμις καὶ ἡ στρατιὰ ἔχοι, καὶ ἐγὼ αὐτὴν ἐρρωμένην παρέχω. τὸ ψήφισμα ἀναγεγραφὸς ἐν τῇ δέλτῳ πρὸς ὑρκανὸν τὸν ἀλεξάνδρου, ἀρχιερέα καὶ ἐθνάρχην ἰουδαίων, πέπεμφα ὑμῖν τὸ ἀντίγραφον, ἵνα ἐν τοῖς δημοσίοις ὑμῶν ἀναθεμένοις γράμμασι. βούλομαι δὲ καὶ ἕλλησιν καὶ ῥωμαίοις ἐν δύο πίναξι χαλκοῖς ἔτι ἀναστῆναι. ἔστι δὲ τὸ ψήφισμα τοιόνδε. ἰούλιος καῖσαρ αὐτοκράτωρ τὸ δεύτερον καὶ ἀρχιερεὺς μετὰ συμβουλίου γνώμης ἐπέκρινα. ἐπεὶ ὑρκανὸς ἀλεξάνδρου ἰουδαῖος B ἔν τε νῦν καὶ ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις ἔντε εἰρήνης καὶ πολέμου πίστιν τε καὶ ἀπραγμοσύνην τὰ ἡμέτερα πράγματα ἐπεδείξατο, ὡς αὐτῷ πολλοὶ μεμαρτυρήκασιν αὐτοκράτορες ἐν τῷ ἐγγίσαι ἐν ἀλεξανδρείᾳ πολέμῳ μετὰ χιλίων τε καὶ πεντακοσίων στρατιωτῶν ἦκε σύμμαχος, καὶ τοὺς μεθ' ἑαυτοῦ ἀποσταλεὶς ὑπ' ἐμοῦ, πάντας ἀνδρείᾳ τοὺς ἐν τῷ ὑποδέξασθαι, διὰ ταύτας τὰς αἰτίας ὑρκανὸν ἀλεξάνδρου καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ ἐθνάρχας ἰουδαίων εἶναι βούλομαι. C δὲ ἱερωσύνην τὴν ἰουδαίων, διὰ παντὸς ἔχειν καὶ παντὶ γένει, εἶναι τὸ αὐτὸ ἔτος παῖδας αὐτοῦ συμμάχους καὶ φίλους ἐπί τε καὶ ἐν τοῖς κατ' ἄνδρα φίλοις ἀριθμεῖσθαι. ἐπιτρέπω καὶ τοὺς ἰδίους αὐτῶν νόμους εἶναι δὲ ἱεραρχίας ἢ φιλανθρωπίαν, ταύτα κελεύω κατέχειν αὐτὸν καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ. ἐὰν δέ τις μεταξὺ γένηται ζήτησις περὶ τοῦ ἰουδαϊκοῦ ἀγῶνος, δικάσαι μοι κρίσιν γενέσθαι παρ' αὐτοῦ. φρουρᾶς ἐπιστάσιν δὲ ἢ χρήματα πράσσεσθαι οὐ δοκιμάζω. Γάϊος καῖσαρ ὑπάτου, δεδογμένα, συγκεχωρημένα, πεπεκερμένα, ἔστιν ἔτος ἔχοντα. ὅπως τὰ τέκνα αὐτοῦ D ἰουδαίων ἔθνους ἄρχῃ, καὶ τοῖς δεδομένοις τόποις χαρίζωνται. καὶ ὁ δὲ ἱερεὺς αὐτὸς καὶ ἐθνάρχης τοῦ ἰουδαϊκοῦ ἀδικημένων. πέμψαι δὲ πρὸς ὑρκανὸν ἀλεξάνδρου μὲν ἀρχιερέα τῶν ἰουδαίων, πρεσβευτὰς τοὺς φιλίας, καὶ συμμαχίας ἀφελεξομένους. ἀνατεθῆναι δὲ καὶ χαλκοῦν δέλτον ταῦτα περιέχουσαν, ἔντε τῷ καπιτωλίῳ, ἐν σιδῶνι καὶ τύρῳ, ἐν ἀσκάλωνι ἐν τοῖς ναοῖς. E ἐγκεχαραγμένων γράμμασι ῥωμαϊκοῖς τε καὶ ἑλληνικοῖς. ὅπως τε τὸ δόγμα ὃ τι πάσῃ τῇ πόλει τιμὴν καὶ τοῖς τούτων ἡγεμόσιν, εἴς τε τοὺς φίλους ἀνενεγκεῖν, καὶ ξενίαν τοῖς πρεσβευταῖς ἀποδοχῶν, ἐφοδίων πέμψαι πανταχοῦ. Γάϊος καῖσαρ αὐτοκράτωρ, ὑπάτου, τιμῆς καὶ δεκτῆς τῇ φιλανθρωπίᾳ ἕνεκεν, συνεχώρησεν ὅπῃ συμφέροντα, τὸ συγκλητικὸν καὶ δῆμον τὸν ῥωμαίων, ὑρκανὸν ἀλεξάνδρου υἱὸν, αὐτὸν F καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, ἀρχιερεῖς τε καὶ ἱερεῖς ἱεροσολυμιτῶν καὶ ὅλου ἔθνους εἶναι ὅπως τοῖς δικαίοις καὶ τοῖς πατρίοις, οἷς καὶ οἱ πρόγονοι αὐτῶν τῷ ἱερωσύνῃ κατέχον. Γάϊος καῖσαρ ὕπατος τὸ πέμπτον εἶπεν. τούτους ἔχειν καὶ τειχίσαι τὴν ἱεροσολυμιτῶν πόλιν καὶ κατέχειν αὐτὴν, ὑρκανὸν ἀλεξάνδρου, ὡς ἱερέα ἰουδαίων καὶ ἐθνάρχην, ὡς ἂν αὐτὸς θέλῃ. ὅπως τε ἰουδαίοις ἐν τῷ δευτέρῳ τῆς μισθώσεως ἔτει τῆς πρόσοδου κόρον ἀποδέλωσι. καὶ G μήτε εἰσπολαξῶσι τινες, μήτε φόρους τοὺς αὐτοὺς τελῶσι. Γάϊος καῖσαρ, αὐτοκράτωρ τὸ δεύτερον, ἔπεσι κατ' ἐνιαυτὸν ὅσους τελῶσιν ὑπὲρ τῆς ἱεροσολυμιτῶν πόλεως, ἰόπαγης ἀποδεκάτου μόνης χωρὶς ἐτῶν ἑβδόμου ἔτους, ὃν σαββατικὸν ἐνιαυτὸν προσαγορεύουσι, γεωργοῦντες δὴ ἐν αὐτῷ μήτε ἀπὸ τῶν δένδρων καρπὸν λαμβάνουσι μήτε σπείρουσι. καὶ ἵνα ἐν σιδῶνι τῷ β ἔτει τὸν φόρον ἀποδίδωσι, τὸ τέταρτον τῶν σπερμάτων

πρὸς τούτοις ἔτι καὶ ὑρκανῷ καὶ τοῖς παισὶν αὐτοῦ τὰς A
δεκάτας τελῶσιν, ἃς ἐτέλουν καὶ τοῖς προγόνοις αὐτῶν.
καὶ ὅπως μηδεὶς μήτε ἄρχων μήτε στρατηγὸς ἢ πρε-
σβευτὴς ἐν τοῖς ὅροις τῶν ἰουδαίων ἐνιστᾶ συμμαχίαν, καὶ
στρατιώτας ἐξείη, ἢ τὰ χρήματα τούτων ἀπαιτῆσαι, ἢ
εἰς ὠθισμοὺς ἀφικέσθαι, ἢ ἄλλῳ τινὶ ὀνόματι, ἀλλ' εἶναι
πανταχόθεν ἀνεπηρέαστους. ὅσα τε μὴ ταῦτα ἔχον, καὶ
ἐνεξωμήθησαν, ἢ ἐπρίαντο, ταῦτα πάντα αὐτοὺς ἔχειν.
ἰόππην τε πάλιν λιμὴν ἀπ' ἀρχῆς ἔχον ἰουδαῖοι πεμφθεὶς B
τοῦ πρὸς ῥωμαίους φιλίαν, αὐτῶν εἶναι καθὼς καὶ τὸ
πρότερον ἡμῖν ἀρέσκειν, φόρους τε ὑπὲρ ταύτης τῆς πόλε-
ως, ὑρκανὸν ἔχειν ἀλεξάνδρου υἱόν, καὶ παῖδας αὐτοῦ, πα-
ρά τε τοῦ γεωργοῦντος, καὶ λιμῆνος ἐξαγω-
γίου κατ' ἐνιαυτὸν σιδῶνι μοδίους δισμυρίους χοένικας, ὑπερ-
αφορισθὲν τὸ ἔτος ὃ σαββατικὸν καλοῦσι, καθ' ὃ ἔτος τὸ
μὲν τῶν δένδρων καρπὸν λαμβάνουσι. τάς τε κώμας τὰς
ἐν τῷ μεγάλῳ πεδίῳ, ἃς ὑρκανὸς καὶ οἱ πρόγονοι αὐτοῦ C
πρότερον ἀφῃρέθησαν, ἀρέσκει τῇ συγκλήτῳ ταῦτα,
ὑρκανὸν ἔχειν καὶ ἰουδαίους ὅπη τοῖς δημοσίοις οἷς ἐπρότε-
ρον εἶχον. μένειν δὲ καὶ ἃ ἀπὸ δεκάτης δίκαια, ὅσα πρὸς
ἀλλήλους ἰουδαίοις ἐπὶ τοῖς ἀρχιερεῦσιν ἦν, ταῦτα φιλάν-
θρωπα, ὅσα δ' ἔτι δήμῳ ψηφισαμένῳ καὶ τῇ συγκλήτῳ
ἔχον. ὅπη τε τούτοις τε τοῖς δικαίοις χρῆσθαι αὐτοῖς ἐξεῖναι
ἐν λύδδοις. τάς τε πύλας καὶ χώρας ἐπίκτητα ὅσα
βασιλεῦσι συνέβη ἐπὶ φοινίκης συμμαχίοις δοθῆναι ῥωμαίων
καὶ δωρεὰν ὑπάρχειν, καθάπερ ἦν. ταῦτα δοκιμάζει ἡ D
σύγκλητος ὑρκανὸν τὸν ἐθνάρχην ἐπὶ ἰουδαίοις ἔχειν.
δεδόσθαι τε ὑρκανῷ, καὶ παισὶ τοῖς αὐτοῦ ἐπὶ πρεσβείαις
τοῖς ὑπ' αὐτοῦ πεμφθεῖσιν, ἵνα πυγμῇ μονομάχων ἐπὶ
θηρίων καθιερωμένους, μὴ τῆς συγκλητικῶν θεωρίας. αὐ-
τοκράτορος ὠθισμὸς δικτάτωρος ἢ ὠθισμὸς ὑπάρχου πα-
ρελθεῖν ὅταν εἰς τὴν σύγκλητον εἰσαγωσι. καὶ τὰ ὑπο-
κρίματα αὐτοῖς ἀποδιδόναι ἐν ἡμέραις ἱ ταῖς ἀπάσαις,
ἐν τῷ δόγματι γράψαι. Γάϊος καῖσαρ αὐτοκράτωρ δι-
κτάτωρ τὸ τέταρτον, ὕπατος τὸ ε. δικτάτωρ ἀποδε- E
δειγμένος ἀφ' βίᾳ. λόγους ἐποιήσατο περὶ τῶν δημοσίων
τῶν ὑρκανοῦ τοῦ ἀλεξάνδρου, ἀρχιερέως ἰουδαίων καὶ ἐθ-
νάρχου πιστοῦ. τῶν πρὸ ἐμοῦ αὐτοκρατόρων ἐν ταῖς
ἐπαρχίαις μαρτυρησάντων ὑρκανῷ ἀρχιερεῖ ἰουδαίων
καὶ ἰουδαίοις ὅτι τε συγκλήτῳ καὶ δήμου ῥωμαίων,
ἀγαθοποιήσαντός τε τοῦ δήμου καὶ τῆς συγκλήτου αὐ-
τοῖς, καλῶς ἔχει καὶ ἡμᾶς ὑπομνημονεύειν καὶ πρό-
νοιαν ὅπως ὑρκανῷ καὶ τῷ ἔθνει τῶν ἰουδαίων καὶ τοῖς F
ὑρκανοῦ παισὶν ἐπὶ τῇ συγκλήτῳ, καὶ δήμου ῥωμαίων
ἀξία τῆς πρὸς ἡμᾶς εὐνοίας αὐτῶν, ἧς ὑπάρχῃ ποιοῦσι
ἡμᾶς χάρις ἀνταποδοθῇ. ἰούλιος γάϊος, στρατηγὸς ὕ-
πατος ῥωμαίων. πρεσβευτῶν ἀρχεσι, βουλῇ, δήμῳ χαί-
ρειν. ἐνέτυχόν μοι ἰουδαῖοι ἐν δήλῳ, καὶ τινες τῶν παροί-
κων ἰουδαίων, παρόντων καὶ τῶν ὑμετέρων πρέσβε-
ων. καὶ ἐνεφάνισαν ὡς ὑμῖν τε ψηφίσματι κωλύ-
σαι αὐτοὺς, τοῖς πατρίοις ἔθεσι καὶ ἱεροῖς χρῆσθαι. ἐμοὶ
μὲν οὐκ ἀρέσκει τὰ ἡμετέρων φίλων καὶ συμμάχων G
τοιαῦτα γίνεσθαι ψηφίσματα, καὶ κωλύειν αὐτοὺς ζῶν
τε τὰ αὐτῶν ἔθη, καὶ χρήματα εἰς συσσίτια, καὶ τὰ ἱερὰ
εἰσφέρειν, ὅτε ποιεῖν αὐτῶν μηδὲν ἐν ῥώμῃ κεκωλυμέ-
νων. ἐγὼ γάϊος καῖσαρ, ὑπατος στρατηγὸς αὐτοκρά-
τωρ, ἐν τῷ δικαιώματι κωλύων θιάσους συνάγεσθαι κατὰ
πόλιν, μόνους τούτους οὐκ ἐκώλυσεν, οὔτε χρήματα
συνεισφέρειν, ὅτε συσσίτια ποιεῖν. ὁμοίως δὲ κἀγὼ
τοὺς ἄλλους θιάσους κωλύων, τούτους μόνους ἐπιτρέπω

& ad hæc Hyrcano ejusqve filiis decimas persolvant, ſicut hactenus eorum majoribus. Utq; nullus vel præſes vel dux vel legatus in finibus Judæorum auxilia colligat: neve militibus liceat pecunias ab his exigere, vel hybernorum vel qvocunqve alio nomine: ſed ſint immunes ab omnibus moleſtationibus. Qvæcunqve etiam poſtea paraverunt vel emerunt, his omnibus fruantur. Joppen præterea, qvam ab initio habuerunt Judæi, dum in populi Rom. amicitiam reciperentur, placere ipſorum eſſe, qvemadmodum antea. Tributa qvoqve ejus oppidi habere Hyrcanum Alexandri filium cum ſuis filiis, tam ab ejus agri aratoribus, qvam vectigalium portus nomine, & eorum, quæ Sidonem exportantur, annua modiorum vicena millia ſexcentos ſeptuaginta qvinqve, excepto anno ſeptimo, qvem vocant Sabbaticum, in quo neqve arant, neqve de arboribus fructus colligunt. Vicos item, qvos in Magno campo Hyrcanus & ſui majores ante eum poſſederunt, placet ſenatui eundem Hyrcanum & Judæos etiam nunc habere, jure, quo & antea habuerunt. Manere etiam jura, quæ ab initio inter Judæos & eorum pontifices fuerant, & quæcunqve beneficia a S. P. Q. R. conceſſa. Præterea eodem jure licere illis uti & in Lydda. Loca etiam, agros, habitationes, quas pro amicitia reges Syriæ ac Phœnices per donationem populi Rom. poſſederant, placere ſenatui, ut Hyrcanus Judæorum ethnarcha habeat. eſſeqve jus Hyrcano ejusqve filiis & legatis ab eo miſſis ludos & gladiatores ſpectandi, inter ſenatores ſedentibus. Utqve, qvotiescunqve poſtulaverint, a dictatore aut magiſtro equitum in ſenatum introducantur, & reſponſum eis omnibus intra decem dies reddatur, ſi quid a ſenatu decretum fuerit. C. Cæſar Imper. IV. Coſ. V. perpetuus dictator, hujusmodi verba fecit de jure Hyrcani Alexandri filii pontificis Judæorum ac ethnarchæ. Qvandoquidem mei anteceſſores Imperatores teſtimonium reddiderunt Hyrcano Judæorum pontifici Judæisqve tam in provinciis quam apud S. P. Q. R. & hoc nomine S. P. Q. R. ei gratias egit, æqvum eſt nos quoque horum meminiſſe, & dare operam, ut Hyrcano ac Judæorum genti filiisq; Hyrcani a S. P. Q. R. pro ſuo erga nos favore gratiæ referantur. C. Jul. Cos. Parianorum magiſtratibus S. P. Q. R. Sal. Acceſſerunt me in Delo Judæi & quidam de coloniis Judæorum, præſentibus etiam veſtris legatis, & indicaverunt mihi decretum, qvo vetatis eos uti patriis ſacrificiis & ritibus. mihi vero non placet talia decreta adverſus amicos noſtros & ſocios fieri, vetariqve eos vivere ſuis moribus, & conferre pecunias in epulas ac ſacrificia, qvandoqvidem nec Romæ hæc facere vetantur. Nam C. Cæſar Cos. in edicto, qvo interdixit in urbe ſodalitia, hos ſolos neqve pecunias conferre, neqve convivia parare vetuit. Ego qvoqve, cum alia ſodalitia interdixerim, hos ſolos ſino

juxta patrios mores ac leges convenire. Quapropter æqvum est etiam, vos, si quod decretum feciſtis contra amicos noſtros & ſocios, id abrogare propter eorum virtutem & erga nos benevolentiam. Poſt mortem autem Cæſaris M. Antonius, P. Dolabella Coſſ. advocato ſenatu, & introductis Hyrcani legatis, retulerunt de eorum poſtulatis, & amicitiam cum eis renovaverunt, & quicquid petierunt, ſenatusconſulto eis decretum eſt. Dolabella etiam, acceptis ab Hyrcano literis, ſcripſit per univerſam Aſiam, & primæ ejus provinciæ civitati Epheſiorum, in hunc modum. Dolabella Imperator Epheſiorum magiſtratibus S. P. Q. Sal. Alexander filius Theodori, legatus Hyrcani pontificis ac ethnarchæ Judæorum, mihi retulit de civibus ſuis, quod militare non poſſint, eo qvod neqve arma geſtare, neqve iter facere eis fas ſit diebus ſabbatis, neq; victum more patrio poſſent ſibi qværere. Qvamobrem ego quoqve, qvemadmodum alii ante me Imperatores, immunes eos volo a militia, permittoqve, ut patriis utantur moribus, convenientes ſacrorum cauſa, ſicut leges eorum poſtulant, & conferentes in offerenda templo ſacrificia. voloqve, ut hæc ipſa ſcribatis per urbes provinciæ ſingulas. Atqve ita Dolabella Hyrcano per literas roganti gratificatus eſt. L. autem Lentulus Cos. pro ſententia dixit: Judæos cives Romanos templa Judaica habentes & facientes, Epheſi pro tribunali religionis ergo eſſe immunes a militia pronunciavi duodecimo calendas Octobreis. Multa itaqve extant & alia hujusmodi ſenatusconſulta & Imperatorum decreta ad Hyrcanum & gentem noſtram aliasqve urbes, & reſcripta de jure noſtro ad provinciarum præſides, de quibus propter hæc, quæ hoc loco inſeruimus, credere facile eſt his, qui noſtra ſcripta candide lecturi ſunt. Qvando enim tam manifeſta argumenta exhibuimus noſtræ cum populo Romano amicitiæ, oſtenſis æreis columnis & tabulis in Capitolio nunc usqve durantibus, duraturisqve in poſterum, omnia hic apponere ſupervacaneum ac moleſtum duximus, exiſtimantes neminem fore tam difficilem, ut de re tot decretis comprobata dubitet, ac non potius ex his etiam de cæteris conjecturam faciat nos vera dicere. Satis ergo jam declarata ſit, quæ per ea tempora nobis cum populo Romano interceſſit amicitia & ſocietas. Incidit autem eisdem temporibus tumultus in Syria ex cauſa hujusmodi: Cecilius Baſſus unus e Pompejanis, per inſidias interfecto Sexto Cæſare, ipſe occupavit provinciam cum legionibus. Quo facto, magnum bellum exortum eſt circa Apamiam, Cæſarianis ducibus contra eum venientibus cum eqveſtribus ac pedeſtribus copiis: ad quos & Antipater miſit auxilia cum filiis, memor beneficiorum acceptorum a Cæſare, ideoqve repetendas pœnas ab ejus interfectore juſtum exiſtimans.

A κῆ τὰ πάτρια ἐθη & νόμιμα συνάγεσθαι τὴν ἱερὰν
καὶ ὑμᾶς ἐν καλῶ ἔχῃ, ἔτι κῆ τ ἡμετέρων φίλων
συμμάχων ψήφισμα ἐπήνεσατε, ὅτ ἀκυρώσαι
Δολ. τλιὼ ὠφελ ἡμᾶς αὐτῶν ἀρετ τλιὼ & εὐνοιας. μ
γαίου θάνατον, μάρκ. ἀντωνίου καὶ πάπλ. δο
λοβέλλας, ὕπατοι ὄντες τλιὼ τε σύγκλητον συμπαρ
& ὑρκανὸ πρέσβεις ὡδοιπορηκότας, διελέχθησαν περ
ὧν ἠξίουν, & φιλίαν πρὸς αὐτὸς ἐπήνεσαν, καὶ πάντα
συγχωρῶν αὐτοῖς ἡ σύγκλητος ἐψηφίσατο, ὅσων τ
χαίνειν ἐβούλοντο. καὶ δολοβέλλας ὁ λαβὼν τὰς ὑ
καινὰ γράμματα, δηλοῖ πᾶσι τοῖς κῆ τλιὼ ἀσίαι ἀπο
σαν, καὶ τῇ ἐφεσίων πόλει, πρωτευούσῃ τῆς ἀσίας
των. Δολοβέλλας αὐτοκράτωρ ἐφεσίων ἄρχουσι βου
λῇ, δήμῳ χαίρειν. ἀλέξανδρος θεοδώρ πρεσβ
τῆς ὑρκανῦ, ἀρχιερέως κῆ ἐθναρχὸς τ ἰουδαίων, ἐνε
νισέμοι περὶ & μὴ δυνασθαι στρατεύεσθαι τοὺς πολ
αὐτῦ, Δολ. τὸ μήτε ὅπλα βαστάζειν δυνασθαι, μή
ὁδοιπορεῖν αὐτοὺς ἐν ταῖς ἡμέραις τ σαββάτων, μή
τροφῶν τ πατρίων καὶ σιτηθῶν κατ' αὐτοὺς ἐνεργ
ἐγώ τε οὖν αὐτοῖς καθὼς καὶ οἱ πρὸ ἐμοῦ ἡγεμό
δίδωμι τλιὼ ἀσυλίαν, καὶ συγχωρῶ χρῆσθαι
πατρίοις ἤθεσι, ἱερῶν ἕνεκα καὶ ἁγίων συναγωγῶν
καθὼς αὐτοῖς νόμιμον καὶ τῶν πρὸς τὰς θυσίας ἀφο
ρεμάτων. ὑμᾶς τε βούλομαι ταῦτα γράψαι κῆ
πόλεις. καὶ ταῦτα μὲν δολοβέλλας ὑρκανῷ πρ
σβευσαμένῳ πρὸς αὐτὸν ἐχαρίσατο. λεύκι ὁ
λέντλ. ὕπατ. εἶπε, πολίτας ῥωμαίων ἰουδαίους
ἱερὰ ἰουδαϊκὰ ἔχοντας καὶ ποιοῦντας ἐν ἐφέσῳ πρὸς
& βήματ. δεισιδαιμονίας ἕνεκα στρατιας ἀπολυ
σθ, πρὸ δώδεκα καλανδῶν ὀκτωβρίων. πολλὰ συν
έστι καὶ ἄλλα τοιαῦτα τῇ συγκλήτῳ καὶ τοῖς αὐτ
κράτορσι ῥωμαίων δόγματα, πρὸς ὑρκανὸν καὶ τ
ἔθν. ἡμῶν γεγραμμένα, καὶ πόλεσι ψηφίσματα
καὶ γράμματα, πρὸς τοὺς τῶν ἡμετέρων δικαίων ὑπ
σολὰς ἀντιπεφωνημένα τοῖς ἡγεμόσι, ἐξ ὧν ἀπολ
των ἐξ ὧν ὠφελημένα πιστεύειν τοῖς ἀναγνωσμέν
ἀβασκάνως ἡμῶν τλιὼ συγγραφέως πάρεστιν. ἐπεὶ
ἐπαρκῆ κῆ βλεπόμενα τεκμήρια παρεχόμενα τ πρὸ
ῥωμαίους ἡμῖν φιλίας γνωμένης, ὑπεισελθοῦσα αὐτ
χαλκᾶς στήλας κῆ δέλτοις ἐν τῷ καπιτωλίῳ μέχ
νῦν ἀφεμένοις, κῆ ἀφαιρουμένοις, τλιὼ μὲν πάντων πα
ράδοσιν ὡς ἐξετλιὼ τε ἄμα, & ἑτέρῃ παρρησίᾳ μὴ
ὀδέκατον δ' ἔτος ἡγησόμεθα σκαιὸν, ὃς ἐκ περὶ τ ῥω
μαίων ἡμῖν πίστευσιν φιλίας, ὅτι ταύτῃ & ἀφ πλ
νων ἐπιδείξαντο πρὸς ἡμᾶς δογμάτων, καὶ ἡμᾶς ὑ
ὑπολήψεται περὶ ὧν εἶναι φαμὲν ἀληθεύοντ
ἀποδείξαμεν. τλιὼ μὲν οὖν πρὸς ῥωμαίους φιλίαν κ
συμμαχίαν κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς γνομένην, δ
δηλώκαμεν. συνῆψε δ' ὑρκανὸς τὸν αὐτὸν καιρὸν, πολ
χθείσαν τὰ κῆ τλιὼ συνέχειαν ἐξ αἰτίας τοιαύτης. βα
σθ. κεκίλιος, ὡς τ τὰ πομπηίου φρονούντων,
βουλὴν συνθεὶς ὅτι σίζυγα καίσαρα, κτείνει μο
κεῖνον. αὐτὸς δ' τὸ στράτευμα αὐτῷ ἐφαλωκὼς,
κράτησε τῶν πραγμάτων. πόλεμός τε μέγας περὶ
πάμειαν συνέστη, τῶν καίσαρ. στρατηγῶν τι
αὐτὸν ἐλθόντων μετὰ ἱππότων καὶ πεζῆς δυνάμεω
τούτοις δ' καὶ ἀντίπατος συμμαχίαν ἔπεμψε μ
τῶν τέκνων, κῆ μνήμην ὧν εὐεργετήθησαν ὑπὸ κα
σαρ., καὶ ἅμα ὅτ πρεσβειῶν αὐτῷ καὶ δίκην ὑ
& πρόνοιαν ποιησάμενος δίκαιον ἡγεμόν
φρεσ

χρονιζομένου δὲ τοῦ πολέμου, μάρκος μὲν ἦλθεν εἰς τὴν A Id bellum dum trahitur, Marcus venit Sexti ſucceſſor, & interim Cæſar ab his, qvi cum Caſſio & Bruto conjuraverant, in ſenatu occiditur, exactis in principatu ſuo tribus annis cum dimidio, ſicut & ab aliis ſcriptoribus memoriæ proditum eſt.

ἕκτου διαδοχὴν ἐπὶ τοῖς τὸν καίσαρα ἀνηρηκόσιν ἐν τῇ βουλῇ τελευτᾷ, καὶ ἐν τούτοις ἔτεσι τρισὶν ἥμισυ τῆς ἀρχῆς αὐτοῦ ἐκπεπληρωμένοις, καθάπερ καὶ παρ' ἄλλοις ἱστόρηται.

Κεφάλαιον ιή.

Ως καίσαρ τὴν τε ἰουδαίαν ἐκάκωσε, καὶ πάλαντα ὡς παρ' αὐτῶν εἰσπράξατο.

CAP. XVIII.

Caſſius, afflicta Judæa, inſuper octingenta talenta ab eis exigit.

Τοῦ δὲ ἐπὶ τῷ καίσαρος θανάτῳ πολέμου συνεχομένου, καὶ τῶν ἐν τέλει πάντων ἐπὶ στρατιᾶς συλλογὴν ἄλλων ἄλλη διεσταλμένων, ἀφικνεῖται καίσαρ εἰς συρίαν, ὡς ἀμυνούμενος τὸν πρὸς ἀντώνιον καὶ τὸν νεώτερον καίσαρα πόλεμον, καὶ τὴν ἀπέμπολιν στρατοπεδον, καὶ λύσας τὴν πολιορκίαν, ἀμφοτέρους μεθ' ἑαυτοῦ τὸν τε βάσσον καὶ τὸν μάρκον, τάς τε πόλεις ἐπερχόμενος, ἅπαντά τε καὶ στρατιώτας συνηθροίζε, καὶ φόρους αὐτῆς μεγάλους ἐπέθει μάλιστα δὲ τὴν ἰουδαίαν ἐκάκωσεν, ἑπτακόσια τάλαντα ἀργυρίου εἰσπράττων. ἀντίπατρος δὲ ὁρῶν ἐν μεγάλῳ φόβῳ καὶ τεταραχῇ τὰ πράγματα, μερίζει τῶν τ' χρημάτων εἰσπραξιν. καὶ ἑκατέρῳ τ' ἰῶν συνάγειν δίδωσι, τὰ δὲ μαλίχῳ κακοήθως πρὸς αὐτὸν διακειμένῳ, τὰ δ' ἄλλοις παρεσκεύαζεν εἰσπράττεσθαι. καὶ πρῶτος ἡρῴδης ἀπὸ τ γαλιλαίας εἰσπράξασθαι ὅσα ἐπ' αὐτῷ πρόσταγμα, φίλος ὢν εἰς τὰ μάλιστα καίσαρι. σώφρον γὰρ ἔδοξεν αὐτῷ ῥωμαίοις ἤδη χαρίσασθαι, καὶ παρ' αὐτῶν καλῶς κερδαίνειν εὐνοιαν ἀπὸ τ ἀλλοτρίων πόνων. ἐπράσσοντο δὲ αὐτανδροι ὅσοι τ ἄλλων πόλεων ἐπιμελητής. τέτταρες πόλεις ἐξανδραποδίζεται καίσαρ. ὧν ἡ σαμάρεια (δυνατωτάτη), γόφνα τε καὶ ἐμμαοῦς, πρὸς ταύταις δὲ λύδδα καὶ θαμνᾶ. ἐπεξῆλθε δὲ ἀν' ὀργῆς καίσαρ ὥστε καὶ μάλιχον ἀνελεῖν, ὥρμητο γὰρ ἐπ' αὐτόν, εἰ μὴ ὑρκανὸς διὰ ἀντίπατρον ἑκατὸν τάλαντα ἀπὸ τ ἰδίων αὐτῷ πέμψας ἔπεσχε τ ὁρμῆς. ἐπεὶ δὲ καίσαρ ἀπὸ τ ἰουδαίας ἀπῆρε, μάλιστα δὴ διεβάλλετο ἀντίπατρος, τῷ τότε πολίτῃ, ἀσφάλειαν ὑρκανῷ τ ἀρχῆς ἐσομένην νομίζων. ἐμὲ μὲν ἔλαθε τὸν ἀντίπατρον ταῦτα φρονοῦντα. αἰσθόμενος γὰρ ἐκεῖνος, ἐχώρει πέραν ἰορδάνου, καὶ στρατὸν ἀράβιον ἅμα καὶ ἐγχώριον συνηθροίζε. δεινὸς μέν τις ὢν ὁ μάλιχος, ἠρνεῖτο τοῖς ἀντιβάλλουσι, διελογεῖτο μὲν πρὸς τ ἀντίπατρον καὶ τοὺς παῖδας, καὶ ὡς φασηήλῳ μὲν τῷ ἱεροσολύμων φρουρῶντι, ἡρῴδῃ δ' ἔχοντος τὴν φυλακὴν τ ὅπλων, ἀδ' ἂν εἰς νοῦν ἔβαλε τοιοῦτον ἀδέν. ὁρῶν δὲ τὴν ἀποχὴν καλλίστην πρὸς τ ἀντίπατρον, καὶ συνεβήσαντο, μάρκῳ καὶ συρίαν στρατηγοῦντος. ὃς εὐθὺς νεωτεροποιοῦντα καὶ τὴν ἰουδαίαν τ μάλιχον, ἦλθε μὲν ὥστε βραχὺ μικροῦ αὐτὸν ἀνελεῖν, ἀντίπατρος δὲ βραχὺ παρακαλέσαντος ἐφείσατο.

Bello deinde civili poſt cædem Cæſaris exorto, conſularibus aliis alio diſcurrentibus ad parandos exercitus, Caſſius in Syriam venit, occupaturus eum, qui circa Apamiam erat, exercitum: ſolutaqve obſidione, tam Marcum quam Baſſum in ſuas partes pertraxit: obeundoqve civitates comparabat arma & milites, tributa etiam exigendo gravia. ſed maxime Judæam afflixit, plus quam ſeptingentis argenti talentis imperatis. Tum Antipater res ubiqve turbatas videns, partem ejus pecuniæ duobus filiis exigendam committit, partem Malicho ſibi parum amico, partem quibusdam aliis: & primus Herodes ex Galilæa, quantum imperatum erat, afferens, maximam apud Caſſium gratiam iniit. prudens enim illi videbatur conſilium, jam tum Romanorum alieno ſumptu captare benevolentiam. Sub aliis autem procuratoribus ipſæ civitates venum dabantur una cum ſuis habitatoribus: quarum quatuor erant præcipuæ, Gophna, Emaus, Lydda, Thamna. nam earum plebes Caſſius haſtæ ſubjecit. adeo autem exacerbatus erat, ut etiam Malichum interfecturus fuerit, niſi Hyrcanus per Antipatrum, centum talentis de ſuo miſſis, furorem ejus leniſſet. At ille poſt Caſſii diſceſſum maxime inſidiatus eſt Antipatro, per hujus mortem Hyrcani dominationi ſecuritatem ſe paraturum exiſtimans. nec tamen latuerunt Antipatrum ejus conſilia. nam cum hoc ſenſiſſet, ultra Jordanem profectus copias colligebat tum ex indigenis, tum ex Arabibus. Verum Malichus vir callidus inficiabatur inſidias, dejerans apud Antipatrum & filios, quod, Phaſaëlo Hieroſolymorum præſidium tenente, Herode vero habente armorum cuſtodiam, ne in mentem quidem ſibi unquam tale aliqvid venerit. & videns non ſuccedere, quod propoſuerat, reconciliatus eſt Antipatro, Marco Syriæ præſidente, qvi poſtqvam intellexit res novas in Judæa molitum Malichum, minimum abfuit, quin eum interficeret, quem tamen Antipatri precibus donavit incolumem.

Κεφάλαιον ιθ'.

Ως μάλιχος ἀντίπατρον ἀνεῖλε φαρμάκῳ.

CAP. XIX.

Malichus per inſidias Antipatrum veneno tollit.

Ἔλαθε δ' ἄρα φονέα θεισώσας ἀντίπατρος αὐτὸν τ μάλιχον. καίσαρος μὲν γὰρ μάρκος στρατὸν ἀθροίσαντος, τ ἀπιμέλειαν ἅπασαν ἐνεχείρησεν ἡρῴδῃ, καὶ στρατηγὸν αὐτὸν κοίλης συρίας ἐπέστησεν, πλοῖα δόντες καὶ δυνάμιν ἱππικὴν τε καὶ πεζικήν, ἐπεσχόμενοι δὲ καὶ βασιλέα τῆς ἰουδαίας ἀναδείξειν μὴ πόλεμον, συνίστασθαι γάρ τινα, πρός τε ἀντώνιον καὶ τὸν νέον καίσαρα. μάλιχος δ' ὑπὸ δείσας μάλιστα τ ἀντίπατρον,

Sed Antipater imprudens ſervavit Malichum, ut ſe perderet. nam Caſſius & Marcus, coacto exercitu, Herodem totius Cœleſyriæ ducem fecerunt, attributis ei navalibus, eqveſtribus, & pedeſtribus copiis, regnum etiam polliciti poſt finitum bellum, quod tum gerebant contra Antonium & juniorem Cæſarem. Malichus vero tum maxime timens Antipatrum,

decrevit e medio tollere. corruptoqve pincerna Hyrcani, apud qvem ambo epulabantur, veneno necavit hominem, & assumpta armatorum manu, suscepit civitatis gubernacula. Cæterum postqvam Herodi ac Phasaëlo innotuerunt structæ in parentem insidiæ, indignantibus illis, Malichus strenue pernegavit omnia. atqve hic fuit finis Antipatri, viri justi ac pii, & patriæ amantissimi. Ex filiis autem alter Herodes confestim volebat patris mortem ulcisci, & cum exercitu aggredi Malichum: sed Phasaëlo grandiori magis placuit dolo circumvenire hominem, ne videretur civile bellum incipere. itaqve accepta Malichi satisfactione, simulavit se credere, non esse illum paternæ necis conscium: seqve vertit ad excolendum monumentum, qvod patri struxerat. Interim Herodes veniens Samariam, eamq; nimis afflictam offendens, refovere eam cœpit, & jura reddendo controversias civium dirimere. non multo autem post instante Hierosolymis festo, & ipse venit in urbem cum militibus: qvem Malichus metuens, Hyrcano svasit, ne eum intrare permitteret: id qvod Hyrcanus fecit, nefas esse sanctis populi ceremoniis profanam turbam superinducere. at Herodes, contempta obnunciatione, noctu urbem ingressus est, & Malichum vehementer perterruit. at ille solitarum artium non immemor, palam lacrymabundus conqverebatur de Antipatri tanqvam amici interitu, clam vero parabat sibi satellitium. qvare visum est Herodis amicis simulationem hanc non coarguere, sed ad vitandam suspicionem vicissim comiter tractare Malichum.

CAP. XX.

Herodes jussu Cassii Malichum dolo interficit.

ATtamen Cassio de patris obitu significavit per literas: & ille, qui non ignorabat mores Malichi, rescripsit, ut ulcisceretur parentis injuriam: clam etiam mandavit Tribunis apud Tyrum agentibus, ut adessent Herodis justis conatibus. Cumq;, capta a Cassio Laodicia, simul ad eum iter facerent afferentes coronas & pecuniã, Herodes expectabat daturum esse illic pœnas Malichum. at ille circa Tyrum Phœnices, suspicione concepta, majora moliri cogitavit: & quia filius ejus obses in ea urbe servabatur, decrevit eam ingredi, & furtim illum in Judæam abducere: & occupato contra Antonium Cassio, gente ad defectionem concitata, sibiipsi principatum ejus acqvirere. Sed consiliis ejus fortuna aspirare noluit, & Herodes homo callidus, intellecto ejus proposito, præmisso famulo quasi ad parandã cœnam, qvia comites omnes invitaverat, re autem vera ad tribunos, jussit eos Malicho cum pugionibus occurrere. illi vero egressi, & nacti eum prope urbem in littore, confoderunt hominem: quo facto, Hyrcanus adeo est attonitus, ut obmutuerit. tandem ægre ad se reversus percontabatur Herodem, quid hoc rei esset, & quis interfecisset Malichum. & audito, factum

Κεφάλαιον κ'.

Ὡς ἡρώδης δολοφονήσαντος αὐτῷ Καισίου τὸν Μάλιχον ἐδολοφόνησεν.

Καισίῳ μὲν τοι περὶ τῆς τελευτῆς πατρὸς ἡρώδης ἐπέστειλε. κἀκεῖνος εἰδὼς οἷος ἦν ὁ Μάλιχος, ἀντιπέστειλε τιμωρεῖν τῷ πατρί, καὶ λάθρα λαβεῖν παρὰ τῶν ἐν Τύρῳ χιλιάρχων κελεύων αὐτὸν συμπράττειν ἡρώδῃ, δίκαια μέλλοντι πράξειν. ὡς δὲ Λαοδικίαν ἡρηκότος Καισίου, πρὸς αὐτὴν ἀπήεσαν κοινῇ, στέφανός τε αὐτῷ καὶ χρήματα κομίζοντες, ἡρώδης μὲν προσεδόκα δώσειν τὸν Μάλιχον τιμωρίαν ἐκτίσοντα. ὁ δὲ περὶ Τύρον τὰ Φοινίκης καταδρομὴν τοῦ πράγματος, μείζονων ἐφήπτετο. καὶ πομπὰς αὐτῷ ἐμηρεύοντος ἐν Τύρῳ, παρελθὼν εἰς τὴν πόλιν, ἔγνω δὲ τὸν τε ὑποκλέψαι, καὶ εἰς τὴν ἰουδαίαν ἀπαγαγεῖν, ἀπευδόντος τε ἐπ' ἀντωνίου Καισίου, τὸ ἔθνος ὑποστήσας, αὐτὸς τὴν ἀρχὴν καθέξειν. τοῖς δὲ βιβλοφόροις, ὅτε δαίμων ἀντεπαξε, καὶ δεινὸς ὢν ἡρώδης, τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ καταπονήσας, προσιόντα μὲν ἀεὶ προσποιεῖται, τοῦ μὲν δοκεῖν ὅτι δεινὰ πεπόνθοι, ἐξιδεῖν δὲ αὐτὸν ἀπειλῆς προφάσει, τὸ δὲ ἀληθὲς πρὸς τοὺς χιλιάρχους, ἐξελθεῖν ὅτι μάλιχον πείθει μετὰ χιφιδίων. οἱ δὲ ἐξελθόντες, καὶ πλησίον τῆς πόλεως αὐτῷ προτυχόντες ὅτι δὴ αἰγιαλῷ, κατασκεδάσι τὸν ἄνδρα. ὑρκανὸς μὲν οὖν, ὡς σκοπήσεως δὲ γενόμενος εἰς ἀφωνίαν ἐτράπη. μόλις δ' ἀνενεγκών, ἐπυνθάνετο τὸν τί ἡρώδην, τί ποτ' εἴη τὸ γεγονὸς καὶ τίς ὁ Μαλίχου ἀνῃρηκώς; ἐπόντων δὲ Καισίου

δὲ

πρεσβεύσαι, ἐπήνεσε τὸ ἔργον. πονηρὸν γὰρ εἶναι φασι, καὶ πατρῴου προδοτικόν. ὁ μὲν οὖν Μαλίχου μὴ τοῦτο ἐκ τῆς εἰς ἀντίπατρον ὠφελημένος δίκην ἐξέτισε. στάσις δὲ ἐκ συρίας ἀποστάντος πεζαχὴ γίνεται τῇ ἰουδαίᾳ, ἔλιξ γὰρ ὑπολειφθεὶς ἐν ἱεροσολύμοις στρατιᾶς, ὥρμησεν ἐπὶ Φασαήλον. ὁπλίζονται δὲ καὶ οἱ λαοί. ἡρῴδης δὲ ὁ τῷ Φάβιον ἐπιβοηθῶν ἐν δαμασκῷ φρατηρούσῃ, καὶ βουλόμενος προσφέρειν τῷ ἀδελφῷ, ὑπὸ νόσου κωλύεται. ἕως ὁ Φασάηλος δι' αὐτὸς ἔλικα κρείττων γενόμενος, καταλαβὼν αὐτὸν εἰς πύργον, εἶτα δὲ ὑποστρόφου ἀφίησι. τὸν ὑρκανὸν ἐμέμφετο, ὡς πολλὰ μὲν εὖ πεπονθὼς ὑπ' αὐτοῦ, συμπεσόντα δὲ τοῖς ἐχθροῖς. ὁ γὰρ ἀδελφὸς ἴσχυε τότε λάθρᾳ σὺν ὀλίγα χωρία φρουρεῖ, καὶ παθὼν τὰ πάντων ἐρυμνότατον. ὅπερ μὲν οὖν τούτων τὰς ἡρῴδης ὑπὸ νόσου φθάνει, ὁ Φασάηλος πάντα ὅσα εἶχε χωρία, ὑποστρόφου ἀπέλυσεν.

Κεφάλαιον κά.

Ἀντίγονον τὸν Ἀριστοβούλου βοηθήσαντα Φάβῳ τυραννίδα πατρῴαν, ἡρῴδης ἀπαντήσας τρέπεται καὶ ἐκ Ἰουδαίας ἐκβάλλει.

Ἀντίγονον δὲ τὸν Ἀριστοβούλου, στρατιὰν ἀθροίσαντα, καὶ Φάβιον τὸν στρατηλάτην χρήμασι, κατὰ τὴν πτολεμαῖος ὁ μιννέως διὰ τὸ κῆδος. συνεπίσπετο δὲ αὐτῷ καὶ μαρίων ἐν τυρίοις καταλελοιπὼς κάοσιος μίνου. τυραννίδι γὰρ λαβὼν τὴν συρίαν ἔτος ὁ ἐφ', ἐφρούρησεν. ἐπὶ δὲ μαρίωνι καὶ εἰς τὴν γαλιλαίαν, ἣν ὕστερον ἐκράτησε, καὶ τρία κατέλαβεν ἐρύματα, καὶ φρουρὰς εἶχεν. ἐλθὼν δὲ καὶ ἔτι ἡρῴδης, ἀπὸ μὲν αὐτὰ ἀφίλατο. τὰς δὲ τυρίων φρουρὰς, φιλοφρόνως ἀπέλυσεν, ἔστιν οἷς καὶ δωρεὰς δοὺς διὰ τὸ εἶναι τὴν πολιτικὴν εὐνοιαν. τοῦτο διαπεραιωθὲν μὲν ὑπὲρ τὸν ἀντίγονον, καὶ μάχῃ αὐτὸν νικᾷ, καὶ ὑπὸ τὸν ἄκρων ἀπελάσας τὰ ἰουδαίων ἐξέωσεν. εἰς ἱεροσόλυμα δὲ ὑποστρέφοντα, στεφάνοις ἀνέδησε χρυσοῖς, ὁ δῆμος. ἐραμβδοῦται δὲ ἤδη καθ' ὁμολογίαν ὑρκανὸς ἦν, καὶ διὰ τὸ μᾶλλον αὐτὸς ποιήσηται πολὺ ἀγαθὸς τὴν ἀλεξάνδρου δὲ ἀριστοβούλου θυγατέρα ὑρκανὸς δὲ θυγατρὸς, ἐξ ἧς παῖδες γίνονται, τρεῖς ἀρρένες, δύο δὲ θήλειαι. ἦν τε δὲ καὶ πρότερον γυναῖκα δημοτίδα, δορίδα ὄνομα σπὲ εὐνοῦς, ἐξ ἧς αὐτῷ πρεσβύτατος γίνεται πᾶις, ἀντίπατρος.

Κεφάλαιον κβ.

ἡρῴδης ἐν βιθυνίᾳ φθάσας γενόμενος πολλοὺς χρήματα ἐτρέψατο ἀντώνιον, διὰ ὃ τὰς κατηγορίας αὐτῶν βουλῆς ἔσχε οὐκ ἐδέξατο.

Ἀσίαν μὲν οὖν χειροῦται ἀντώνιος τε καὶ καῖσαρ ὁ φιλίππου. μὴ ὢν τῶν νικησάντων καῖσαρος ἀλλὰ φιλίππου. ἀντωνίου δὲ εἰς τὴν ἀσίαν ἀπῆρε. ἡνίκα δὲ ἐν τῇ βιθυνίᾳ αἱ πανταχόθεν ἀπάντων πρεσβεῖαι. παρῆσαν δὲ καὶ ἰουδαίων οἱ ἔντιμοι, κατηγοροῦντες μὲν φασαήλου καὶ ἡρῴδου, προφάσει μὲν ὡς ἐπιτηδεύοντες τὴν βασιλείας ὑρκανὸν, τῷ ὄντι δὲ τὴν πᾶσαν ἔχειν ἐξουσίαν. ἡρῴδου δὲ ἀντωνίου διὰ πολλῆς

A esse jussu Cassii, laudavit facinus. malum enim virum fuisse, & insidiatorem patriæ. atqve ita Malichus pro oppresso Antipatro pœnam persolvit debitam. Porro Cassio profecto e Syria, apud Judæam tumultus exoritur. Felix enim relictus cum militibus Hierosolymis, in Phasaelem fecit impetum, & populus arma corripuit. Herodes vero ad Fabium profectus est Damasci præsidem, & volens fratri succurrere, morbo

B præpeditus est. donec Phasaelus per se, superato Felice, in turrim primum compulsum, incolumitatem deinde pactum abire passus est. qvamobrem mox cum Hyrcano expostulavit graviter, qvod post accepta a se multa beneficia, inimicis suis favorem impenderet. nam frater Malichi tunc non pauca castella occupaverat, & inter cætera Masadam longe munitissimum:

C Ut igitur convaluit Herodes, contra hunc profectus, receptis omnibus castellis, pactum incolumitatem dimisit.

CAP. XXI.

Antigonum Aristobuli filium auxilio Tyriorum tyranni paternum regnum repetentem Herodes profligatum e Judæa pellit.

D Aristobuli autem filium Antigonum, qui, conciliato sibi pecuniis Fabio, exercitum comparaverat, Ptolemæus Mennæus adoptat propter affinitatem. hunc etiam Marion adjuvabat, apud Tyrios ope Cassii tyrannidem adeptus, per Syriam qvoqve tyrannidem exercens, dispositis in ea præsidiis, atqve etiam in Galilæa contermina occupatis tribus arcibus. Sed has omnes Herodes illo profectus recepit, &

E præsidiarios Tyrios clementer dimisit: donatis ex his nonnullis, propter benevolentiam, qva civitatem eorum prosequebatur. His peractis, occurrit Antigono, eumqve prælio superat, & vix extremos Judææ fines ingressum inde profligat. Qvamobrem revertentem Hierosolyma coronis tam Hyrcanus honoravit quam populus. Jam enim gener per sponsionem ascitus erat in Hyrcani familiam, quo libentius ejus tutelam suscepit, ducturus Alexandri Aristobulo geniti filiam, Hyrcani vero ex filia neptem, ex qva postea pater factus est filiorum trium, & duarum filiarum. Duxerat autem etiam ante uxorem e suis popularibus Dorem nomine, ex qva

F suscepit Antipatrum filiorum natu maximum.

CAP. XXII.

Herodes in Bithynia occurrens Antonio, pecuniis eum sibi conciliat: qvo factum est, ut ille accusatores ejus non admiserit.

G Cæterum Cassio apud Philippos ab Antonio & Cæsare devicto, Cæsar inde in Gallias, Antonius in Asiam proficiscitur. qvi ubi pervenit in Bithyniam, omnium gentium legationes habuit obviam. Aderant & Judæorum primates, Phasaëlum & Herodem accusaturi: quasi in speciem solum regnaret Hyrcanus, re autem vera tota potestas esset penes hos fratres. Herodem vero Antonius in magno

honore habuit, qui ad objecta diluenda venerat: A qvo factum est, ut ne ad colloqvium qvidem adversarios ejus admiserit. id enim, data pecunia, Herodes impetraverat. Progresso autem Ephesum præsto fuit legatio missa Hyrcani pontificis & gentis nostræ publico nomine, afferens coronam auream, & rogans, ut qvos Judæos Cassius præter jus belli captivos abduxerat, scriptis per provincias literis, in libertatem vindicaret: & B agros per Cassium ademptos genti restitueret. Qvorum postulata Antonius æqva existimans, confestim scripsit Hyrcano & Judæis, simulqve ad Tyrios misit decretum hanc sententiam continens: M. Antonius Imper. Hyrcano pontifici ac ethnarchæ Judæorum salutem. Si valetis, bene est, ego & exercitus valemus. Lysimachus Pausaniæ, Josephus Mennæi, Alexander Theodori, legati apud Ephesum me convenientes, e- C andem, qvam prius Romæ legationem mihi exposuerunt, & nova hac tuo ac gentis nomine diligenter perfuncti sunt, declarantes, qvanta nos prosequaris benevolentia. qvare cognitam non tam ex verbis qvam ex operibus vestram amicitiam, & mores compositos ac pios non complecti non possum. Ergo qvoniam totam Asiam adversarii nostri ac populi Romani incursaverunt, D nec sacratis locis nec civitatibus parcentes, neqve jusjurandum præstitum servantes: non tam privatum nostrum negotium agentes, qvam suspecta defensione reipublicæ in divini simul ac humani juris violatores vindicavimus. Eorum enim facinus sol ipse aversatus videtur, & invitis oculis spectasse perpetratum scelus in Cæsarem. Sed postqvam impios eorum conatus excepit Macedonia, renovantes in eis locis priscam E gigantum audaciam, & agitatam furoribus maleficentiam, qvam circa Philippos exercuerunt, occupatis oportunis locis & usqve ad mare montium vallo permunitis, ut per unicam ceu portam pateret aditus, diis ipsis eorum injusta molimina damnantibus vicimus. & Brutus compulsus intra mœnia Philippensium, obsessusqve a nobis, addidit se Cassio socium exitii. qvi post- F qvam meritas pœnas dederunt, pace nos in posterum fruituros speramus, & Asiam conqvieturam a bellorum tumultibus. Jam enim nostra opera universum Asiæ corpus velut e gravi morbo colligere se incipit. Cum igitur etiam de te cum tua gente agendo ornandoqve cogitem, curæ mihi erit, quicquid in rem vestram fuerit. edictum etiam oppidatim proposuit, ut, quotquot G vel liberi vel servi sub hasta a C. Cassio Cassianisve venundati sunt, libere dimittantur. Voloqve, ut qvæ mea & Dolabellæ benignitate vobis concessa sunt, ea perpetuo rata sint. Tyrios quoque jubeo, ut injuriâ a vobis abstineant, & qvicquid de Judæorum finibus occupant, id totum restituant. Coronam autem, qvam misisti, accepimus. Marcus Antonius Imperator Tyriorum magistratibus S. P. Q. Sal. Renuntiatum est mihi Ephesi ab Hyrcani pontificis

πατηρ μὲν ἦν γερμανικὸς καίσαρ ὁ ἀδελφὸς, ἀνὴρ δὲ δομέτιος ἀηνόβαρβος ὁ τῶν ἐπισημοτάτων ἕνα. ὃν πολλὴν σπουδὴν ποιησάμενος ἔγημε μετὰ ταῦτα τὴν μητέρα τῶν ἀδελφῶν νέρωνα κλαύδιος ἄγων ἐπὶ γάμον, ἐπαγόμενον καὶ παῖδα ἐκ τοῦ προτέρου ὁμώνυμον τῷ πατρί. προαπήρκει δὲ τῷ γυναικὶ μεσσαλίνα ζηλοτυπίαν, ἐξ ἧς αὐτῷ παῖδες ἦσαν νέρων βρεττανικὸς, καὶ ὀκταουία, καὶ ἰουλία, ἡ δὲ πρώτη τῶν ἀδελφῶν λαβοῦσα πατρὸς τὸν πρῶτον γαμετὴν εἶχε. καὶ δὴ τὴν ὀκταουίαν ἤρεσεν τῷ νέρωνι, ἅτε πρεσβύτερον αὐτοῦ ὄντα λέγειν εἰσποιησάμενον ἰδίαν ὁ κλαύδιος. ἐπεὶ δὲ ἡ ἀγριππῖνα μὴ ὁ βρεττανικὸς ἀνδρωθεὶς αὐτὸς τῆς πατρὸς τὴν ἀρχὴν λάβοι, τῷ ἰδίῳ παιδὶ προαρπάσαι βουλομένη τὴν ἡγεμονίαν, τὸν μὲν θανάτου κλαυδίου, καθάπερ λόγος, διεπράξατο δὲ τῷ ἀρχῆς ἡμᾶς πέμπειν τῶν στρατιωτῶν ἐπάρχους, τόν τε ἀπελλῆν ἥρωτα τοὺς πολίτας διωκομένους ἀπὸ ἰουλίας εἰς τὸ παρεμβαλεῖν τὴν ῥώμην, καὶ προαγορεύσαντας αὐτὸν αὐτοκράτορα ἡμῖν τὴν ἀρχὴν ἔτω τῷ βρεττανικῷ μὲν αἰτίαν τοῖς πολλοῖς ἀναιρεῖ δίκην φαρμάκων. φανερὰν δὲ ἐποιεῖτο μάχην τὴν μητέρα τὴν ἑαυτοῦ φονεύει, πάντων ἀμφιδοξοτάτους αὐτῇ, ἃ μόνον τὰ ἡδέως, ἀλλὰ καὶ τὰς ἐπιτυχίας μηχανᾶς τῶν ῥωμαίων ἡγεμονίαν ἐδέξαλεσε τῷ ἢ τὸ ὀκταουίαν ἢ σενεκᾶ, πολλάς τε ἐπιφανεῖς ἀνδρῶν ὡς ἐπ' αὐτὸν ἐπιβουλὰς φωραθέντας. ἀλλὰ περὶ μὲν τούτων, εἴ τῳ πλείων χρεία φθονῶν. πολλοὶ γὰρ τὰ περὶ νέρωνα πεπεχάσιν ἱστορίαν. ὧν οἱ μὲν, ὡς χάριν εἰσπραττόμενοι παρ' αὐτοῦ, τἀληθείας ἠμέλησαν, οἱ δὲ ὡς μισεῖν τὰ πρὸς αὐτὸν ἀπεχθῶς, ἅτως ἀναιδῶς ἐπεπαρῴνησαν τοῖς ψεύσμασιν, ὡς ἀξίους αὐτοὺς ἐνίοις καταγνῶναι. θαυμάζω δὲ οὐκ ἔπαθόν μοι τοὺς περὶ νέρωνος ψεύσματος, ὅτε μηδὲ τὰ περὶ αὐτοῦ ἡμῶν ἀκριβῶς τὴν ἀλήθειαν τὰ ἱστορίας πεπεισμένοις, καὶ τοῖς ἐπὶ τοῖς ἐπὶ τοῖς ἐπ

καθ' ἑκάστην ἡμέραν σὺν τοῖς λῃσταῖς λαμβάνων, ἀνή- A qvotidie comprehensos affigiebat suppliciis: & ρει, καὶ ἐλεάζαρον τὸν Δειναίου παῖδα, τὸν συγκεκροτηκότα τῶν λῃστῶν τὸ σύστημα, δι' ἑτέρας ἐλπίδος ζῶντα. πίστιν γὰρ αὐτῷ παρεσκευάσας ὑπὲρ μηδὲν πείσεσθαι κακὸν, πείθει πρὸς αὐτὸν ἀφικέσθαι, καὶ δήσας, ἀνέπεμψεν εἰς Ῥώμην. ἔχων δ' ἀπεχθῶς πρὸς τὸν ἀρχιερέα τὸν Ἰωνάθην ὁ Φῆλιξ διὰ τὸ πολλάκις ὑπ' αὐτοῦ νουθετεῖσθαι περὶ τὰ κρείττονα παρεῖσθαι τὰ κατὰ τὴν ἰουδαϊκὴν πραγμάτων, μὴ ἐπὶ μέμψιν αὐτὸς ὀφλοίη τοῖς ἀεὶ δεομένοις ἐπιτρέπων ὧν ἂν ἐκεῖνος παραιτήσηται τῶν Ἰουδαίων ἕνεκα. ἐπεμφθήκει τῆς Ἰουδαίας ἕτερον, πρᾶξαι ἐπιτάξων διὰ τῆς μεταστῆσαι τὸν συνεχῶς ἐνοχλοῦντα αὐτῷ γενόμενον. βαρὺ γὰρ τοῖς ἀδικεῖν ἐθέλουσι, τὸ συνεχῶς νουθετεῖν. καὶ δὴ λαβὼν πεισάντης αἰτίας ὁ Φῆλιξ τὸν ἀρχιερέα τὸν Ἰωνάθην φίλον, ἱεροσολυμίτην τὸ γένος, δώρων ἐνόμισε, πείθει χρήματα δώσων ἐπαγγελλόμενος, ἐπιταγῶν τῆς Ἰωνάθου τοὺς λῃστὰς ἀνελεῖν. καὶ οἱ παρακούσαντες ἐμηχανήσαντο λαβόντες τὸν λῃστῶν πρωτοβλαβῆ τοιούτῳ τρόπῳ τὸν φόνον. ἀνέβη- C σαν τινες αὐτῶν εἰς τὴν πόλιν, ὡς προσκυνήσοντες τὸν θεὸν, ὑπὸ τὰς ἐσθῆτας ἔχοντες ξιφίδια, καὶ συναναμιχθέντες τῷ Ἰωνάθῃ, κτείνουσιν αὐτόν. ἀνεκδικήτως δ' ὁ φόνος μεμηχάνητο, μὴ πάσης τὸ λοιπὸν ἀδείας ἀναβαινούσης ἐν ταῖς ἑορταῖς οἱ λῃσταὶ, καὶ τὸν σίδηρον ὑπὸ μάλιστα κεκρυμμένον ἔχοντες, συναναμιγνύμενοι τοῖς πλήθεσιν, ἀνῄρουν μὲν τινας ἑαυτῶν ἐχθρὸς, ὃς δ' ὑπὸ χρήμασιν ἄλλοις ὑπηρετοῦντες, ἀ μόνον κατὰ τὴν ἄλ- D λην πόλιν, ἀλλὰ καὶ κατὰ τὸν ἱερὸν ἐτόλμων. καὶ γὰρ ἐκεῖ σφάττειν ἐτόλμων, οὐδὲ ἐν τούτῳ δοκοῦντες ἀσεβεῖν. ἀλλὰ δὴ τὸ οἴκοθεν καὶ τὸν θεὸν μισήσαντα τὴν ἀσέβειαν αὐτῶν ὑποτραφλᾶσαι μὲν ἡμῶν τὴν πόλιν, τὸ δ' ἱερὸν, ὃν ἔτι καθαρὸν οἰκητήριον αὐτῷ κρίναντα, ῥωμαίους ἐπαγαγεῖν ἡμῖν, καὶ τῇ πόλει καθάρσιον πῦρ, καὶ δουλείαν ἐπιβαλεῖν σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, σωφρονῆσαι ταῖς συμφοραῖς βουλόμενον ἡμᾶς. τὰ μὲν οὖν τῶν λῃστῶν ἔργα, τοιαύτης ἀνοσιότητος ἐπλήρει τὴν πόλιν. οἱ E δὲ γόητες, καὶ ἀπατεῶνες ἄνθρωποι τὸν ὄχλον ἐπῆλθον αὐτοῖς εἰς τὴν ἐρημίαν ἕπεσθαι. δεῖξειν γὰρ ἐφασαν σαφῆ τέρατα καὶ σημεῖα, κατὰ τὴν τοῦ θεοῦ πρόνοιαν γιγνόμενα, καὶ πολλοὶ πεισθέντες, τῆς ἀφροσύνης τιμωρίας ὑπέσχον. ἐνεχθέντας γὰρ αὐτοὺς Φῆλιξ, κατέλαβεν. ὁ Φοινικικὴν δέ τις ἐξ αἰγύπτου κατὰ τὸν καιρὸν εἰς τὴν ἱεροσόλυμα, προφήτης εἶναι λέγων, καὶ συμβαλλόντων τῷ δημοτικῷ πλήθει σὺν αὐτῷ πρὸς ὄρος τὸ προσαγορευόμενον ἐλαι- F ῶν ἔρκειν, ὁ κατὰ τῆς πόλεως ἄντικρυς κεῖμενον ἀπέχει σταδίῳ πέντε. ἔλεγεν γὰρ αὐτοῖς ἐνθένδε ἐπιδείξειν, ὡς πεσοῦνται κατ' αὐτοῦ, τείχη τὰ τῶν ἱεροσολυμιτῶν τείχη δι' ὧν τὴν ὁδὸν αὐτοῖς παρέξειν ἐπηγγέλλετο. Φῆλιξ δ' ὡς ἐπύθετο ταῦτα, κελεύει τοὺς στρατιώτας ἀναλαβεῖν τὰ ὅπλα, καὶ μετὰ πολλῶν ἱππέων τε καὶ πεζῶν ὁρμήσας ἐπὶ τοὺς ἱεροσολυμεῖς, προσβαλὼν τοῖς περὶ τὸν αἰγύπτιον, τετρακοσίους μὲν αὐτῶν ἀνεῖλε. διακοσίους δ' ζῶντας ἔλαβεν, ὁ δ' αἰγύπτιος αὐτὸς διαδράσας ἐκ τῆς μάχης ἀφανὴς ἐγένετο. πάλιν δ' οἱ λῃσταὶ τὸ δῆμον εἰς τὸν πρὸς Ῥωμαίους πόλεμον ἠρέθιζον, μηδὲν ὑπακούειν αὐτοῖς λέγοντες, καὶ τοὺς τῶν ἀπειθούντων κώμας ἐμπιπράντες διήρπαζον. γίνεται δὲ καὶ τῶν καισαρέων εἰκοντῶν ἰουδαίων, στάσις πρὸς τοὺς ἐν αὐτῇ συρους περὶ ἰσοπολιτείας. οἱ μὲν γὰρ ἰουδαῖοι, πρωτεύειν ἠξίουν· διὰ τὸν κτίσαντα τῆς καισαρείας ἡρῴδην αὐτῶν βασιλέα, γεγενῆσθαι τὸ γένος ἰουδαῖον. σύροι δὲ τὰ μὲν in his Eleazarum Dinæi filium, qvi non mediocrem latronum globum circa se habebat, dolo vivum in potestatem suam redegit: data enim ei fide qvod nihil mali esset passurus, persvasit ut ad se veniret: moxqve vinctum Romam transmisit. cumqve odio prosequeretur Jonatham summum pontificem, ut admonitus ab eo sæpe de administrandis melius rebus Judaicis, ne omnium erratorum invidia publica in ipsum recideret, ad cujus preces Cæsar hunc procuratorem miserat, rationem excogitavit qva liberaretur ab ejus molestis interpellationibus. Grave enim est nocendi cupidis, si admoneantur crebrius. Qva de causa Felix amicum Jonathæ fidissimum Doram Hierosolymitam genere induxit promissa pecunia, ut sicarios ipsi pontifici immitteret: quod ille in gratiam præsidis perfecit his artibus. Qvidam qvasi religionis ergo in urbem ascenderunt sicis clam succincti sub vestibus, qvi permixti Jonathæ famulitio peremerunt hominem. cujus facinoris qvia nemo ultor extitit, invitati hac licentia sicarii per singula festa ventitantes, & tela celantes pari modo immixti turbis, alios confodiebant propter privatas inimicitias, alios conducti pecunia, idqve non modo in reliqvis urbis partibus, sed in ipso templo etiam. nam & ibi interdum ausi sunt cædes patrare, ac si nihil hoc modo pietatem læderent. unde fas est credere Deum tanta impietate offensum aversatum esse Hierosolyma: temploqve ut non amplius puro domicilio Romanos induxisse purificaturos id flammis lustralibus: gentiqve cum liberis simul & uxoribus servitutis jugum imposuisse, qvo castigatiores redderentur hoc infortunio. Et urbs quidem talibus incestabatur latrociniis. Impostores autem & magi turbas illectas post se trahebant in solitudines, pollicentes se divinitus ostensuros eis clarissima signa & prodigia: persvasaq; multitudo mox pœnas luit dementiæ. retractos enim eos Felix neci dedidit. Eodem tempore qvidam ex Ægypto venit Hierosolyma vatem se esse profitens & plebi svadens ut secuta se in montem Olivveti ascenderet, qui e regione urbis ad qvintum abest stadium: illic enim visuros suo jussu cadere Hierosolymorum mœnia, ita ut per eorum ruinas aditus in civitatem pateat. Qvo cognito Felix jubet milites arma sumere: stipatusq; multis eqvitibus ac peditibus erumpens invadit turbam seductam ab Ægyptio: qvorum qvadringentis occisis, ducentos vivos cepit: Ægyptius ipse pugna elapsus disparuit. Post hæc latrones rursum ad rebellandum Romanis incitabant populum, dictitantes excutiendum illorum imperium, & non assentientium vicos direptos absumebant incendiis. Apud Cæsaream qvoqve inter Judæos habitatores & Syros de pari jure civitatis rixa exorta est. nam Judæi potiore conditione volebant esse, qvod urbis ejus conditor Herodes rex fuerit Judæus genere: id Syri non

XIX.

XIII.

inficiabantur qvidem, sed ajebant urbem turrim Stratonis dictam a principio, qvo tempore nullum Judæum habitasse inibi. Qvæ res post pervenit ad cognitionem præsidum, correptisqve ex utraqve parte tumultus autoribus affecerunt eos verberibus, atqve hoc modo seditionem compresserunt aliquandiu. rursum enim oppidani Judæi freti divitiis per contumeliam Syros lacessebant convitio. qui tametsi inferiores, qvod ad facultates attinet, ferocientes tamen eo qvod plurimi Romanis per ea loca militantium Cæsarienses essent & Sebasteni patria, aliquantisper & ipsi regerebant in Judæos convitia. deinde ad lapides ventum est, ita ut multi utrinqve vel sauciarentur vel caderent. pænes Judæos tamen fuit victoria. Felix autem ut vidit contentionem progressam usqve ad belli speciem, prosiliens rogabat Judæos ut desinerent: quibus non parentibus immisit armatos milites: multisqve cæsis, plures captivos fecit: & multas eorum domos divitiis refertas in prædam concessit militibus. Judæorum vero honoratiores ac modestiores sibiipsis timentes rogaverunt Felicem ut militibus receptui caneret, parceretqve jam, & resipiscendi facultatem concederet: id quod præses indulsit eorum precibus. Per idem tempus Agrippa rex summum sacerdotium Ismaeli contulit Phabæi filio: & ipsi summi pontifices dissidere cœperunt a sacerdotibus & primatibus Hierosolymitanorum civium, singuliq; incedebant stipati manu audacissimorum & seditiosorum hominum, conflictantesque inter se mutuis certabant convitiis & lapidationibus: nec erat qui compesceret, quasi vacante urbe magistratibus. In tantum autem exarsit summorum pontificum impudentia, ut auderent servos suos in areas mittere, qui auferrent debitas sacerdotibus decimas, aliquotque pauperiores e sacerdotum ordine alimentorum inopia fame deficerent. Tanto plus tum pollebat violentia seditiosorum quam justitia.

CAP. VII.

De procuratore Porcio Festo, & de sicariis.

CÆterum postquam Felici successor Porcius Festus a Nerone missus est, primores Judæorum Cæsaream incolentium Romam profecti sunt Felicem accusaturi: dedissetq; omnino pœnas injuriarum quibus Judæos affecerat, nisi Nero eum donasset Pallantis fratris precibus, XIV. qui tum in pretio erat apud principem. Cæsariensium etiam Syrorum duo præcipui, Beryllum qui pædagogus Neronis fuerat, tunc vero Græcis epistolis scribendis præerat, magna pecunia corruperunt ut impetraret ab imperatore literas, quibus abrogaretur Judæis ejus civitatis jus, hactenus commune ex æquo cum Syris cohabitatoribus: id quod ille facile obtinuit. ex his literis postea calamitatum nostrarum omnium causæ ortæ sunt. Judæi enim Cæsarienses ubi cognoverũt qvę scripta sunt, magis etiam perstabãt in seditionib.

Κεφάλαιον ζ'.

Περὶ τῆς ἀρχῆς Φήστου Πορκίου, καὶ περὶ τῶν σικαρίων.

ΠΟρκίου δὲ Φήστου διαδόχου Φήλικι πεμφθέντος ὑπὸ Νέρωνος, οἱ πρωτεύοντες τῶν Καισαρέων τῶν ἐν τῇ μητροπόλει Ἰουδαίων, εἰς τὸ ῥώμῃ ἀναβαίνουσι, κατηγορῆσαι Φήλικος. καὶ πάντως ἂν ἐδεδώκει τιμωρίαν τῶν εἰς Ἰουδαίους ἀδικημάτων, εἰ μὴ πολλὰ αὐτοῦ ὁ ἀδελφὸς Πάλλας ὑπὲρ καλέσαιτο συνεχώρησε, μᾶλλον δὲ τότε διὰ τιμῆς ἔχων ἐκεῖνον. καὶ τὴν κατηγορίαν δὲ οἱ πρῶτοι δύο σύροι, Βήρυλλος, παιδαγωγὸς ὢν Νέρωνος, πάσχειν τὰ ὑπὸ τῶν ἑλληνικῶν ὑπηρετῶν πεφθόμενος, πείθουσιν πολλοῖς χρήμασιν αἰτησαμένους ὑπὲρ Νέρωνος αὐτοὺς ὑπηρετῆσαι ἀκυρῶσαι τὰ Ἰουδαίοις πρὸς αὐτοὺς ἰσοπολιτείαν. καὶ Βήρυλλος τὰ αὐτοκράτορα παρακαλέσας ἐπέτυχε χάριτος τὰ ὑπηρετῆσαι τῇ ἐθνικῇ μοίρᾳ τῶν μὴ τὰ αὐτὰ κακῶν τοῖς ἀπὸ πρέχειν. πυθόμενοι δὲ οἱ τὰ ἡμισάρεια Ἰουδαῖοι παραφέντες πρὸς τοὺς σύρους, σπουδὴν μᾶλλον ἐποιοῦντο

μέχρι δὴ τοῦ πολέμου ἐξῆψαν. ἀφικομένῳ δ' εἰς τ' Ἰουδαίαν Φήστῳ, συνέβαινε τὴν Ἰουδαίαν ὑπὸ τ' ληστῶν κακωθῆναι, τ' κωμῶν ἀπασῶν ἐμπιπραμένων τε καὶ διαρπαζομένων. καὶ οἱ σικάριοι δ' καλούμενοι, λῃστὴς δέ ἐστιν ἔπος, τότε μάλιστα ἐπανήνυον χρώμενοι ξιφιδίοις Περσικοῖς μὲν τὸ μέγεθος τοῖς τ' παρ' αὐτῶν ἀκινάκαις, ὅπερ καμπτοὺς δ' καὶ ὡς ἁρπάλης ὑπὸ τῶν ῥωμαίων σίκας καλουμένους ἀφ' ὧν καὶ τ' προσαγορείαν οἱ λῃστεύοντες ἔλαβον πολλὰς ἀναιροῦντες. ἀναμιγνύμενοι γὰρ ἐν τ' ἑορτ', καὶ ταῖς ὁδοῖς καὶ τὸ πρόσπορον ἅπαν, τῷ πλήθει, παντα χόθεν εἰς τὴν πόλιν ὅτι τὴν δόσεσιν συρρεόντων, ἧς βουληθῶν ῥᾳδίως ἀπεστέρουν. πολλάκις δ' καὶ μεθ' ὅπλων, ὅτι τοὺς κώμους τ' ἐχθρῶν ἀφικόμενοι, διήρπαζον, καὶ ἐνεπίμπρασαν. πέμπει δ' Φῆστος δύναμιν ἱππικὴν τε καὶ πεζικὴν ὅτι τοὺς ἀπατηθέντας ὑπὸ τοῦ ἀνθρώπου γοητείᾳ, σωτηρίαν αὐτοῖς ἐπαγγελλομένῳ, καὶ παύσειν κακῶν εἰ βουληθεῖεν ἕπεσθαι μέχρι τ' ἐρημίας αὐτοῦ. καὶ αὐτόν τι ἐκεῖνον τ' ἀπατήσαντα, τ' τοὺς ἀκολουθήσαντας διέφθειραν οἱ πεμφθέντες. κατ' δ' τ' καιρὸν τοῦτον, ὁ βασιλεὺς ἀγρίππας ὠκοδόμησατο μεγέθει διάφορον οἴκημα ἐν τῷ βασιλείῳ ἐν ἱεροσολύμοις, πλησίον δ' ξυστοῦ. ὅπερ βασίλειον ἐγεγόνει ὑπὸ τ' ἀσαμωναίᾳ παίδων, ἐφ' ὑψηλοῦ δ' κεῖτο κείμενον τοῖς κατ' ἐκεῖνα ἀπ' αὐτοῦ βουλομένοις τὴν πόλιν ὅτι περισκέπτεσθαι παρέχειν τ' θέαν, ἧς ἐφίεται ὁ βασιλεὺς ἐκεῖθεν ἀφεώρα καταλυομένου τε κατ' τὸ ἱερὸν πρόστομα. τοῦτο δ' θεασάμενοι τ' ἱεροσολυμιτῶν οἱ πρέχοντες, δεινῶς ἐχαλέπηνον. οὐ γὰρ νεῦ πάτριον οὐδὲ νόμιμον ἡμῖν, τὰ κατ' τὸ ἱερὸν δρώμενα κατοπτεύειν, καὶ μάλιστα τὰς ἱερουργίας. τοῖχον οὖν ἐγείρουσιν ὅτι τ' ἐξέδρας ὑψηλὸν, ἧπερ ἦν ἐν τῷ ἔσωθεν ἱερῷ τετραμμένῃ πρὸς δύσιν. ὁ μόνον δ' βασιλικὸν περιελόντες τὸν ἄνωθεν ἕτερον οἰκοδομηθεὶς ἀπετέμνετο, ἀλλὰ καὶ δυτικῆς στοᾶς τ' κατ' τὸ ἱερὸν ἔξωθεν ἧσαν, ἔνθα τὰς φυλακὰς οἱ ῥωμαῖοι τ' ἑορτῆς ἐπιοῦσιν διὰ τὸ ἱερόν. ὅτι τούτοις ἠγανάκτησαν ὅτι βασιλεὺς ἀγρίππας, μάλιστα δ' Φῆστος ὁ ἔπαρχος, καὶ προσέταξεν αὐτοῖς καθελεῖν. οἱ δ' παρεκάλεσαν ἐξουσίαν αὐτοῖς δοῦναι πρεσβεύσασθαι περὶ τούτου πρὸς νέρωνα, ζῶν γὰρ ἂν μὴν καθαιρεθέντος τινὸς μέρους τ' ἱεροῦ. συγχωρήσαντος δ' Φήστου, πέμπουσιν ἐξ αὐτῶν πρὸς νέρωνα τοὺς πρώτους δέκα, καὶ ἰσμάηλον τ' τοῦ χιερέα, καὶ ἑλκίαν τ' γαζοφύλακα. νέρων δ' ἀγαπήσας αὐτοῖς, ἃ μέν συνέγνω αὐτοῖς δ' πεπραχθέντος, ἀλλὰ καὶ συνεχώρησεν ἕως ἐὰν τ' οἰκοδομίαν, τῇ γυναικὶ ποππαίᾳ, θεοσεβὴς γὰρ ἦν, ἱκετεύσαντες παρ' ἐκείνου τὴν Ἰουδαίων δεηθεῖσαν χαριζόμενος, ἢ τοῖς μὲν δέκα, προσέταξεν ἀπιέναι, τ' δ' ἑλκίαν, καὶ τ' ἰσμάηλον ὁμηρεύσαντας παρ' ἑαυτῷ κατέσχεν. ὁ δ' βασιλεὺς τοῦτο, ὡς ἐπύθετο, δίδωσι τ' ἀρχιερωσύνην ἰωσήπῳ τῷ σίμωνος παιδὶ ἀρχιερέως, ὀνομαζομένῳ δ' καβῖ.

A donec initium belli conflatum eſt. Cum autem veniſſet in Judæam Feſtus, offendit totam afflictam a latronibus vicos paſſim populantibus, quorum ferociſſimi appellati ſicarii. tunc ad maximum numerum excreverant, utentes gladiolis inſtar acinacis Perſici, incurvis, qvales ſicas Romani nominant, unde latronibus ipſis cognomen eſt inditum, multorum cæde infamibus: B qui, ut jam dictum eſt, feſtis diebus admixti turbæ undiqve in urbem confluenti religionis gratia, nullo negotio qvotqvot collibuiſſet tollebant de medio. aliqvando etiam armati invadebant inimicorum vicos, direptosqve tradebant incendio. Feſtus autem eqveſtres & pedeſtres copias miſit contra qvendam impoſtorem magum, qvi homines poſt ſe trahebat in ſolitudinem, deceptos vanis promiſſis, qvaſi ope ejus incolumes e- C vaſuri eſſent a malis omnibus, hi univerſi una cum ſeductore ab immiſſis militibus oppreſſi ſunt. Eodem tempore Agrippa rex extruxit inſi- XV.
gni amplitudine domum prope porticum in regia Hieroſolymitana, qvæ Aſſamonæorum fuerat, ſitam in edito loco, unde amœniſſimus proſpectus patebat contemplari urbem volentibus, cujus voluptatis rex cupidus e cubiculo ſpectabat qvicqvid circa templum fieret. id ubi vide- D runt Hieroſolymitani proceres, tulerunt indigniſſime. neq; enim leges noſtræ concedunt ſpectari qvid agatur in templo, præſertim ſacrificia. qvamobrem altum parietem excitaverunt ſupra exhedram, qvæ erat in interiore templo verſa ad ſolem occiduum. hæc non ſolum regii triclinii proſpectum arcebat oppoſita, verumetiam occidentalis extra templum ſitæ porticus, ubi feſtis diebus Romani ſtationes habebant ad templi cuſtodiam. qvo facto tam rex offenſus eſt qvam Feſtus præſes provinciæ, qvi etiam juſſit parietem dirui. cives autem rogaverunt, ut liceret ſibi legatos ea de re ad Neronem mittere, negantes ſe poſſe vivere, ſi qvid demoliretur de templi ædificiis. qvo impetrato miſerunt ad imperatorem decem cives eximios, & Iſmaëlem E ſummum pontificem, & Chelciam cuſtodem ſacri ærarii. Qvi audita legatione non ſolum ignovit, ſed permiſit etiam ſic manere parietem, gratificatus in hoc uxori ſuæ Poppeæ piæ fœminæ, qvæ pro Judæis deprecatrix fuerat: quæ decem illos viros redire permiſit, Chelciam vero & F Iſmaëlem apud ſe detinuit tanqvam obſides. Id poſtqvam Agrippa reſcivit, pontificatum detulit Joſepho cognomine Cabi, Simonis qvondam ſummi pontificis filio.

Κεφάλαιον ή.

Περὶ ἀλβίνου ἐπιτρόπου.

CAP. VIII.

De procuratore Albino.

Πέμπει δὲ καῖσαρ ἀλβῖνον εἰς τὴν ἰουδαίαν ἔπαρχον, Φήστου τὴν πλευτὴν πυθόμενος. ὁ δὲ βασιλεὺς, ἀφέλετο μὲν τὸν ἰώσηπον τὴν ἱερωσύνην, τῷ δὲ ἀνάνου παιδὶ, καὶ αὐτῷ ἀνάνῳ λεγομένῳ τὴν ἀρχιδοχεῖν τῆς ἀρχῆς ἔδωκε, ἔτην δὲ φασὶ τὸν πρεσβύτατον ἀνανον, εὐτυχέστατον γενέσθαι

CÆſar autem de Feſti morte accepto nuncio Albinum in Judæam miſit præſidem. Rex vero Joſepho juſſo privatam vitam agere, ſacerdotium ejus dedit Anani filio, & ipſi vocato Anano eodem qvo pater nomine. Seniorem iſtum Ananum ajunt fuiſſe omnium feliciſſimum,

ut qvi filios habuerit qvinqve, omnes potitos summi Dei pontificio, cum prius ipse ad satietatem hac dignitate esset perfunctus: qvod ad eam ætatem nulli ante summorum pontificum contigerat. Junior autem Ananus, is qvem nunc summum pontificatum accepisse diximus, audax erat & ferox ingenio, secta Sadducæus, qvod hominum genus apud Judæos in judicando est severissimum, ut ante docuimus. Talis igitur cum esset, tempus opportunum se nactum ratus, mortuo Festo, Albino adhuc agente in itinere, concilium judicum advocat: statutumqve coram eo fratrem Jesu Christi Jacobum nomine, & una qvosdam alios, reos impietatis peractos lapidandos tradidit: qvod factum omnibus in ea civitate bonis & legum studiosis vehementer displicuit: missisqve ad regem clam nuntiis rogaverunt, mandaret Anano, ne qvid tale posthac ageret. nam ne nunc qvidem recte egisse. Qvidam etiam Albino occurrentes venienti ab Alexandria, docuerunt eum non licuisse Anano sine ipsius consensu advocare concilium. horum verbis ille persvasus iracunde scripsit pontifici, daturū sibi pœnas minitans: & Agrippa rex eam ob causam post tertium mensem ablatum ab eo pontificatum Jesu Damnæi filio concessit. Albinus porro, ut venit Hierosolyma, omnem curam & diligentiam adhibuit, ut pacaret provinciam, interfectis multis sicariis. Ananias autem pontifex indies apud populum celebrior fiebat & carior, honorabaturqve ob liberalitatem ab omnibus: qvotidieq; Albinum donis venerabatur & summum pontificem. Sed habebat servos pessimos, qvi adjuncto sibi audacissimo qvoqve obeuntes areas, vi auferebant sacerdotum decimas, pulsantes eos, qvi cunctarentur reddere. alii qvoqve pontifices faciebant similia, nemine valente compescere: multiqve sacerdotum qvibus ante ex decimis alimenta fuerant, tunc absumebantur inedia. At sicarii die festo qvi tum supervenerat noctu urbem ingressi vivum ceperunt scribam ducis Eleazari. is erat Ananiæ pontificis filius. hunc vinctum abduxerunt, ac deinde miserunt Ananiam, qvi eorum nomine promitteret scribam dimittendum, si pater Albino persvaderet, ut ex eorum numero decem captivos solveret: tum Ananias urgente necessitate ab Albino impetravit, qvæ latrones illi postulaverant, id quod majorum calamitatum fuit initium. Latrones enim semper aliqvam artem comminiscebātur, qva ex Ananiæ cognatis qvempiam interciperent, nec prius dimittebāt, qvam e suis aliqvot reciperent auctiq; denuo magno numero, & recepta audacia, totam eam regionem vastabant. Hoc tempore Agrippa rex prolatis pomœriis Cæsareæ qvæ Philippi dicitur, mutato nomine in Neronis honorem vocavit eam Neroniada: & theatrū apud Berytios impendiis magnis exædificatum ornavit spectaculis annuis, assignata in eum usum ingenti vi pecuniæ. Frumentum n. donavit

XVI

πέντε δὲ ἔσχε παῖδας, ἓξ τὸν πάντας ἐπὶ τε-
τάρτου τοῦ Ἰεωσ. αὐτὸς γὰρ πρεσβύτερος τῆς μητρὸς ἔτι
ὢν ἀπολαύσας, ὅπερ ἐδεῖτο σωτῆρος τῶν παρ' ἡμῖν
ἱερέων. ὁ δὲ νεώτερος Ἄνανος, ὃν τὴν ἀρχιε-
ρωσύνην παρειλήφεναι, θρασὺς τὸ τρόπον ἐστὶ καὶ
διαφερόντως αἱρετὸς μετὰ τόλμης ἀναιδοῦς γε-
γονὼς· ἔτι τε τοὺς κατὰ τὸν ἑαυτοῦ χρόνον ὄντας
Σαδδουκαίους πάντας ἔχει τοὺς ἐπιεικεῖς
ὑπὲρ ἑαυτόν. ἐπεὶ οὖν τοιοῦτος ὁ Ἄνανος ἐπὶ τῆς
ἐξουσίας ὢν καιρὸν ἐπιτήδειον ἔχειν ἐνόμισε διὰ τὸ τεθνάναι
Φῆστον, Ἀλβῖνον δὲ ἔτι κατὰ τὴν ὁδὸν ὑπάρχειν, καθί-
σας συνέδριον κριτῶν. καὶ προσαγαγὼν εἰς αὐτὸ τὸν
ἀδελφὸν Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου χριστοῦ, Ἰάκωβος ὄνομα αὐτῷ,
καί τινας ἑτέρους, ὡς παρανομησάντων κατηγορίαν ποιη-
σάμενος, παρέδωκε λευσθησομένους. ὅστις δὲ ἐδόκει τῶν
ἐπιεικεστάτων τῆς τε κατὰ τὴν πόλιν εἶναι, καὶ ἀκριβεῖς τὰ νόμι-
μα, βαρέως ἤνεγκαν ἐπὶ τούτῳ, καὶ πέμψαντες πρὸς
βασιλέα κρύφα παρεκάλουν αὐτὸν ἐπιστεῖλαι
Ἀνάνῳ, μηκέτι τοιαῦτα πράσσειν. μηδὲ γὰρ τὰ πρῶτα
ὀρθῶς αὐτὸν πεπραγηκέναι. τινὲς δὲ αὐτῶν καὶ τὰ εἰς
παυλίαν ἀπὸ τῆς ἀλεξανδρείας ἐδοιπορηκότα, ἐμπο-
δίσαι φασὶν ὡς οὐκ ἔχον τὸν Ἄνανον, χωρὶς τοῦ συνε-
δρίου καθίσαι συνέδριον. ἀλβῖνος δὲ πεισθεὶς τοῖς
παρ' αὐτῶν γράμμασι θυμοῦται τῷ Ἀνάνῳ, καὶ πειλὰς ἐπ-
ἐστειλε δεινὰς ἀπειλῶν. ὁ δὲ βασιλεὺς Ἀγρίππας Ἰησοῦν
τὸν τοῦ Δαμναίου ἀφελόμενος αὐτὸν τὴν ἀρχιε-
ρωσύνην, ᾧπερ τὸν πατέρα κατέστησεν. ἐπεὶ δὲ
ἀλβῖνος εἰς τὴν Ἱεροσολυμιτῶν πόλιν, πᾶσαν
κατασπουδὴν ἐποιήσατο, ὑπὲρ τοῦ χιλίαρχος
ἐᾶσαι, πολλοὺς τῶν σικαρίων διαφθείρας. ὁ δὲ ἀρχι-
ερεὺς Ἄνανος, καθ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐπὶ μέγα προύκο-
πτεν, καὶ τὴν δόξαν τῶν πολιτῶν εὐνοίας τε καὶ τιμῆς
ἐλαμπρύνετο, ὡς δὲ χρημάτων πορίσασθαι. καὶ τὸν
μὲν ἀλβῖνον, καὶ τὸν ἀρχιερέα, δώροις ἐθεράπευ-
εν· ἦν δὲ οἰκέτας πάνυ μοχθηρὸς, οἱ συνιόντες προσθέμενοι
θρασυτάτοις, ἁρπάζειν τοὺς ἀλωνας πρὸς ἑαυτοὺς τῶν
δεκάτων ἐλάμβανον βιαζόμενοι, καὶ τοὺς μὴ διδόν-
τας οὐκ ἀπέτυχον τύπτειν. οὕτε δὲ ἱερεῖς ὁμοίως τοῖς
ἄλλοις ἐπᾶσαν, μηδένας κωλύειν δυναμένων.
ἱερέων τοὺς πάλαι τῶν δεκάτων τρεφομένους, πολ-
λοὺς ἔλαυνε θνήσκειν, τροφῆς ἀπορίᾳ. πάλιν δὲ οἱ σικάριοι
τὴν ἑορτὴν, ἐνισταμένην αὐτοῖς, διὰ νυκτὸς εἰς τὴν
πόλιν παρελθόντες, συλλαμβάνουσι ζῶντα τὸν γραμματέα
στρατηγοῦντος Ἐλεαζάρου, παῖδα δὲ ἦν τοῦτο ἀνδρὸς
ἱερέως, καὶ δήσαντες, ἐξήγαγον, ὑπὲρ πρε-
σβεῖς τοῦ ἀνανίαν, ἀπολύσειν ἔφασαν τὸν γραμμα-
τέα αὐτῶν, εἰ πείσειε τὸν ἀλβῖνον δέκα δεσμώτας
αὐτῶν λῃστὰς, ἀπολύσαι. καὶ ὁ Ἀνανίας διὰ
ἀνάγκην πείσας τὸν ἀλβῖνον, τῆς τοιαύτης ἐπι-
βουλῆς μείζονων κακῶν ἦρξεν. οἱ γὰρ λῃσταὶ πάντως ἐπι-
χειρήσοντες τῶν Ἀνανίᾳ τινὰς συλλαβεῖν οἰκείων, ἀρ-
πάζουσι ζῶντας οὐκ ἀπέλυον, πρὶν ἢ τινὰς τῶν σφε-
τέρων ἀπολάβοιεν. ἠθροίσθησάν τε πάλιν ἀριθμὸς οὐκ ὀλί-
γος ἀναθαῤῥήσαντες τὴν χώραν ἅπασαν ἐκάκου. τὸν
δὲ τὴν ἡγεμονίαν ὁ βασιλεὺς Ἀγρίππας, μείζονα τὴν
λιπόντου καλλιμάχου καταστᾶσαν κατασπάσας,
τὴν τῶν νέρωνος τιμὴν, νερωνιάδα προσηγόρευ-
σε. θέατρόν δὲ ἤκουσεν ὑπὸ πολλῶν χρημάτων κα-
σκευασθέν, τοῖς κατ' ἔτος ἀγῶσι ἐθαύμασε, πο-
λὺν εἰς τοῦτο μυριάδας ἀναλίσκων. σῖτον δὲ

ἱμεῖο, καὶ ἔλαιον διένειμε, καὶ τῷ πάσαν τὴν πόλιν
ἁπάντων ἀναθήσεσι, καὶ τῶν ἀρχαίων ἀνατυπώσεις ἐ-
κόσμῃ, καὶ μικρὰ δεῖν πάντα τὸν τῆς βασιλείας
ον σκεῦη μετήνεγκεν. μῖσος δ' οὐκ αὐτῷ μόνῳ τοῦτ' ἐπη-
ὔξετο, ἀλλὰ τὸ θεῖα ῥέμβοντα τὰ σκεύων, ξένῳ
κοσμεῖν. λαμβάνει δὲ καὶ ἰησοῦς ὁ τοῦ γαμαλιὴλ,
ἀρχιερωσύνης, ὃν καὶ βασιλέως,
ἀφελομένου τὸν τοῦ δαμνέως, καὶ ἀλλὰ ὅτι φύσις
ν ἀνθρώπους ἀλλήλοις ἐγίνετο. συνήματα γὰρ τῶν θρα-
τῶν παιγνιώμενοι, πολλάκις μέχρι λίθων βολῆς
τῶν βλασφημιῶν ἐξέπιπτον. ὑπερεῖχε δὲ ἀνανί-
ωλέτῳ προσκρουόμενος τοὺς λαμβάνειν ἐτοίμους.
σαρος δὲ, καὶ σαλῶλος, αὐτοὶ καθ' αὑτοὺς μοχθη-
λῆ δὴ σωῆγον, ἡγοῦς μὲν ὄντες βασιλικῆς, ἐξ ἀλλοτ
ἀγορίας συγγενείαν, εὐνοίας τυγχάνοντες, βίαιοι
ἁρπάζειν τὰ τῶν ἀσθενεστέρων ἕτοιμοι, ἐξ οὗ
κάλιστα δὲ ἡμῖν σύνεδη τὴν πόλιν ἡμῶν νοσεῖν,
κρατούντων πάντων ἤδη τὸ χεῖρον. ὡς δὲ ἤκουσεν
ῆνος δόξαν αὐτῷ θεοσεβῆ φλῶρον ἀφικνεῖσθαι,
λόμενος δοκεῖν τι τοῖς ἱεροσολυμίταις παρεχηᾶς,
ἀγαγὼν τοὺς δεσμώτας ὅσοι ἦσαν αὐτῶν σφοδη-
θανεῖν ἄξιοι, τούτους πρεσβεύειν ἀναιρεθέωας. τοὺς
μικροὺς καὶ τῆς τυχούσης αἰτίας εἰς τὴν εἱρκτὴν
κατεβέντας, χρήματα λαμβάνων αὐτοὺς ἀπέλυε.
ὥστε ἡ μὲν Φυλακὴ τῶν δεσμωτῶν ἐκλάθαρθη, ἡ
δὲ ἀγορὰ λῃστῶν ἐπληρώθη. τῶν λοιπῶν, Φυλὴ δέ ἐστι
ἡ, ὅσοι πρώην ὑμνῳδοὶ, πείθουσι τὸν βασιλέα κα-
πὶ σωτῆριον, Φορεῖν αὐτοὺς ἅπασιν τοῖς ἱερεῦσιν ἁπλ-
ψαμένην λινοῦν στολήν. πρέπειν γὰρ αὐτῷ πάσης ἀρχῆς χρό-
ἐφασκον, ἀφ' ὧν μνημονεύσεται, καὶ γνώμης
ἀξιώσεως ἀδιήμαρτον. ὁ μὲν βασιλεὺς μὴ γνώμης
τὸ σωτήριον ἐποιχομένων, ἐπιτρέπει τοῖς ὑμνῳ-
δοῦσι μένοις τῷ πρότερον ἐσθῆτα, Φορεῖν λινοῦν
ἠθέλησεν. μέρος δέ τινα τῆς Φυλῆς λειτουρ-
γοῦντα τοῦ ἱεροῦ, καὶ τούτοις ἐπέτρεψε τοὺς ὕμνους
ᾄδειν ὡς πρεσκάλουν. πάντα τοῦ ἐναντία τοῦτο
πατρίοις, ὧν οὐδὲν ἀλλάττοντες, οὐκ ἐνῆν μὴ κατὰ δίκην
ἐπιτρέπειν. ἤδη δέ ποτε, ὁ τὸ ἱερὸν τειχίσας. βλέ-
ων οὖν ὁ δῆμος ἐργάσαντας τοὺς τεχνίτας, ὑπὲρ
ρίους καὶ ἐπιτηδείους ὄντας, καὶ μισθοφορίας ἐνδεεῖς
μένους, ἀλλὰ τὸ τροφεῖον ἐκ τοῦ ἱεροῦ ἐργασίας πο-
σθαι, καὶ χρήματα μὲν δοτὸν ἀπὸ τῶν ἀναθημάτων
σον εἶχεν ἀργύρου καὶ χρυσοῦ, προνοούμενος δὲ τῶν τεχνιτῶν, καὶ
τούτους ἀναλοῦν τοὺς ἡσσωμένους βαλόντα, ὁ χρόνος
ν τὴν ὥραν τῶν ἡμέρας ἐργασαμένοις, μισθὸν ὑπὲρ παν-
εὐθέως ἐλάμβανεν, ἐπὶ τὸν βασιλέα τὸν ἀναπλή-
σειν ἀνεγείραι. διὸ δὴ τὰ μὲν ἔξωθεν ἱερά, καὶ
νῦν δὲ ἐν φάραγγι βαθείᾳ, τετρακοσίων πηχῶν τοὺς
χους ἔχουσα, λίθων δὲ τετραγώνων κατεσκεύασε,
λοκοῦν πάνυ. τὸ μὲν μῆκος ἑκάστου λίθου, πηχῶν
ρων· τὸ δὲ ὕψος ἓξ, ἔργον πολυμόχθου βασι-
ους πρώτου δειμαμένου τὸ σύμπαν ἱερόν· ὁ βασι-
ὺς δ' ἐπισκευὴν τοῦ κλαυδίου καίσαρος τοῦ
τημέλειαν δὲ ἱερᾶ, λογισάμενος παντὸς μὲν ἔργου τὴν κα-
ίρεσιν εἶναι ῥᾳδίαν, δυσχερῆ δὲ τὴν ἐκ σκολιᾶς, ὀρθὴν ἐ-
ὰς ταύτης καὶ μᾶλλον, ἔξοντα τε δὴ καὶ πολλῶν χρη-
άτων εἰς τοῦργον δεήσειν, ἠγνόησε μὲν τὸν τοῦ
ομένους. καταστρέσαι δὲ λευκῷ λίθῳ τὴν πόλιν ὅλην
ιτεμ cujus curæ Claudius Cæſ. fabricam templi commiſerat; reputans; qvodcunqve opus de-
ioliri facile, reparari difficile; maxime talem porticum egentem & tempore longo & pecu-
iis plurimis; non annuit populi precibus: ſed urbem candido ſaxo conſternere ſi liberet non

ei populo, & oleum viritim tribuit: totamq; eam urbem ornavit ſtatuis paſſim diſpoſitis atq; expreſſis ad antiqva clarorum arcanum archetypa imaginibus: & omnia pene ſui principatus ornamenta in eam civitatem tranſtulit: unde magnã ſibi apud ſubditos paravit invidiam, qvod Aegyptias ſpolians externam urbem excoleret. eodem regnante jubente Jeſu Gamalielis filius in ſummo pontificatu ſucceſſit Jeſu Damnei filio non libenter ſibi cedenti, unde natum eſt inter utrumqve diſſidium. aſcitis enim globis audacium juvenum ſæpe a convitiis prorumpebant ad lapides. Sed inter alios eminebat Ananias ex amplis facultatibus largitione plurimos ſibi concilians. Coſtobarus qvoqve & Saulus ſuam qvisque circa ſe manum habebat ſceleratorum hominum, ortigenere regio, & propter Agrippæ cognationem favorabiles, alioqvi violenti & ad ſpoliandos infirmiores promptiſſimi. atqve ex illo maxime tempore labare cœpit noſtra reſpublica & indies in deterius ruere. Porro Albinus audito Geſſium Florum ſibi ſucceſſurum venire; videri voluit gratificatus Hieroſolymitanis civibus; productis vinctis, qvotqvot erant in manifeſte capitali culpa juſſit interimi: reliqvos, qvi levioribus de cauſis conjecti erant in vincula, reductos in carcerem pecuniis mulctatos dimittebat alium poſt alium. atq; in hunc modum vacuato vinctis carcere Judæa repleta eſt latronibus. Interea Leviticæ tribus homines qvorum erat ſacros hymnos in templo canere, adito rege induxerunt eum precibus, ut advocato concilio decerneret eis uſum ſtolæ lineæ, qvæ tum ſolis erat conceſſa ſacerdotibus. hanc enim novationem pertinere ad perpetuam ipſius regni memoriam. neqve fruſtra fuit eorum poſtulatio. Rex enim de concilii ſententia permiſit hymnorum cantoribus, ut depoſito priore habitu, lineum, ut voluerunt ſumerent. Aliam etiam ejusdem tribus partem addictam templi miniſteriis, ipſorum precibus motus permiſit ſacros hymnos canendos ediſcere: qvæ omnia fiebant contra inſtituta legis patriæ, nunqvam violatæ abſqve piaculo. Jam abſolutum erat & templi ædificium. Populus igitur cum videret eſſe in otio circiter octodecim opificum millia, ſolitorum hactenus in templo ex operarũ mercedibus victum qværere, nolensq; ſacram pecuniam repoſitam habere, neqvando præda Romanis fieret, ſimulq; opificibus inde proviſum cupiens: qvod vel una hora operato ſtatim merces repræſentaretur: ſvaſit regi, ut Orientalem inſtauraret porticum. ea templi extima claudebat profundæ valli & anguſtæ imminens, ac proinde ſubnixa muro qvadringentos alto cubitos, ſaxis conſtructo qvadratis valde candidis: eratqve cujusqve ſaxi longitudo cubitorum viginti, ſex vero altitudo: opus Solominis regis, qvi primus integrum templum condidit. Rex

vetuit. Post hæc Iesu Gamalielis filio pontificatum abrogatur concedit Matthiæ Theophili filio, qvo pontifice Judaicum bellum habuit initium. Commodum videtur præsenti historiæ narrare de pontificibus, qvæ origo eorum, & qvi ad honorem admittantur, & qvot usqve ad hujus ejus belli fuerint. Primus igitur omnium hoc Dei sacerdotium gessisse fertur Moysis germanus Aaron pontifex: qvo defuncto successisse mox filios, ac deinde illorum posteritati mansisse hunc honorem perpetuum. unde consvetudo obtinuit accepta a majoribus, neminem Dei pontificem fieri nisi descendentem ab Aaronis sangvine, nec eam dignitatem concedi vel regibus oriundis alio genere. Fuerunt igitur universi a primo Aarone usqve Phanasum, qvem belli tempore seditiosi declaravorunt pontificem, LXXXIII. numero. horum XIII. præfuerunt sacris ab eo tempore qvo primum in deserto Moyses erexit Deo tabernaculum, usqve dum in Judæam ventum est, ubi Deo templum ædificavit rex Solomon. nam a principio pontificibus non succedebatur nisi mortuis: deinde viventibus etiam subrogari cœperunt alii. Itaqve hi XIII. cum essent duorum Aaronis filiorum posteri, per continuatas successiones hoc honore potiti sunt, sub his primo penes optimates administratio fuit reipublicæ, post ad monarchas, postremo ad reges transiit. ex qvo autem die patres nostri ductu Moysis Agyptum sunt egressi, usqve ad templum a Solomone rege conditum, elapsi sunt anni DCXII. post XIII. illos pontifices alii XVIII. secuti sunt, a tempore Solomonis regis sibi succedentes, usqve dum Nabuchodonosor Babyloniorum rex contra nostram urbem expeditione facta templum incendit, & translata tota gente Babylonem, Josedecum quoque pontificem illo abduxit. horum pontificatus tempus CCCCLXVI. annorum fuit, mensium sex, dierum decem, rempub. Judæorum gubernantibus regibus. post septuagesimum autem Babylonicæ captivitatis annum Cyrus Persarum rex dimissis Babylone Judæis, & reversis in antiqvam patriam permisit templum denuo condere, quando Jesus Josedeci filius assumpsit summum sacerdotium. Hic & ejus posteri quindecim universi usq; ad regem Antiochum Eupatora statum reipublicæ popularem rexerunt per annos CCCCXIII. Cæterum jam dictus Antiochus cum suo duce Lysia primus Oniam cognomento Menelaum apud Berytum vita simul privavit, & sacerdotio repulsoq; a successione ejus filio, Jacimum constituit summum pontificem, natum quidem ex Aaronis progenie, sed non ex eadem familia. quamobrem Onias defuncti Oniæ pontificis filius nomine patrem referens, in Ægyptum profectus & insinuatus in Ptolemæi Philometoris ac Cleopatræ ejus conjugis amicitiam, persvasit eis, ut in Heliopolitica præfectura Deo templum instar Hierosolymitani extruerent. seq; illic pontificem

XVIII.

A

B

C

D

E

F

G

Α' σκώλυσεν. ἐπὶ τούτου Ἰωσὴφ ὁ Γαμαλιήλου, τὸν ἀρχιερατικὸν
νόμον ἀφελόμενος, ἔδωκεν αὐτὸν Ματθίᾳ τῷ Θεοφί-
λου, καθ' ὃν καιρὸς ἐφ' ἡμῶν πόλεμον Ἰουδαίοις
τὸν ἀρχὴν. ἀναγκαῖον δ' εἶναί μοι νομίζω, καὶ τὰ
ἐκ ταύτης περὶ ἱερωσύνης διηγήσασθαι τοῖς
πῶς τε λαμβάνει, καὶ πόσοι γεγόνασι μέχρι τοῦ
λάτης. πρῶτον μὲν οὖν πάντων λέγουσιν
τὸν Μωϋσέως ἀδελφὸν Ἀαρὼν ἀρχιερατεύσαι τοῦ Θεοῦ.
τήσαντα· δ' ἐκείνῳ Ἐλεάζαρ τοὺς παῖδας αὐτοῦ,
ἀπ' ἐκείνων τοῖς ἐκγόνοις αὐτῶν διαμένειν τὴν τιμὴν
πᾶσιν. ὅθεν καὶ πάτριόν ἐστι μηδένα ἄλλον ἐπὶ τοῦ
ρωσύνῃ λαμβάνειν, ἢ τὸν ἐξ αἵματος ἀπὸ
πάρχειν· ἦν ἡμῖν ἀεὶ ἂν βασιλεὺς ὢν τύχῃ τυγχάνῃ τῆς
χιερωσύνης. ἐγένοντο οὖν πάντες τὸν ἀριθμὸν
ἀαρῶν· ὡς ἔφαμεν δ' πρώτοις ἡγεμόνας μέχρι
σε δ' ἐπὶ τὸν πόλεμον ἐπὶ τὸν ἐνιαυσιῶν ἀναισχύ-
ἀρχιερέως τρεῖς καὶ ἐνδοήκοντα. ἐκ τούτου δὲ
ἔρημον ὅπου τὸ μωϋσέως χρεῶν τῆς σκηνῆς ἐσώσε,
μωϋσῆς τῷ Θεῷ κατεσκεύασε, μέχρι τῆς εἰς Ἰουδαίαν
Φίζεως, ἐν ᾗ Σολομὼν ὁ βασιλεὺς τῷ Θεῷ τὸν ναὸν
ρεν, ἀρχιεράτευσαν τρισκαίδεκα. τὸ γὰρ πάτριον
τῆς δ' βίᾳ τελευτῆς τοὺς ἀρχιερωσύνας ἔχειν, ὑπὸ
καὶ ὡδὶ ζώντων διεδέχοντο. οἱ πάντων τρισκαίδεκα
οὖσι τῶν δύο παίδων Ἀαρὼν ὄντες ἐγγονοι τῇ
δοχῇ τὴν τιμὴν παρελάμβανον. ἐγένετο δὲ ἡ
ἀριστοκρατικὴ μὲν ἡ πρώτη πολιτεία, μέχρι Σαούλου τοῦ
ναρχία, βασιλέων δὲ τρίτη. γίνεται δὲ τῶν ἐν
ἐθμὸς ὢν ἤρξαν οἱ τρισκαίδεκα, ἀφ' ἧς ἐξῆλθον οἱ
πατέρες ἡμῶν ἐξ Αἰγύπτου, μωϋσέως ἀρχι-
μέχρι τῆς δ' ναὸν κατασκευῆς, ὃν Σολομὼν ὁ βασι-
ὃν ἱεροσολύμοις ἀνήγειρεν ἔτη δυοκαὶ δέκα καὶ τε-
ξακόσιοι. μετὰ δὲ τοὺς τρισκαίδεκα ἀρχιερεῖς ἐκεί-
δεκα καὶ ὀκτὼ τὰ ἀρχιερωσύνα ἔσχον, ἀπὸ Σολομῶν-
βασιλέως ἐν ἱεροσολύμοις αὐτὴν Ἰαδδέαμος, μ-
ὃ ναβουχοδονόσορ ὁ τῶν Βαβυλωνίων βασιλεὺς ἐπο-
τεύσας τὴν πόλει, τὸ μὲν ναὸν ἐνέπρησε, τὸ δὲ ἔθνος
εἰς Βαβυλῶνα μετῳκισε, καὶ τὸν ἀρχιερέα Ἰωσαδα-
αἰχμάλωτον ἔλαβε. τούτων χρόνος τῆς ἱερατεί-
τετρακοσίων ἑξήκοντα ἓξ ἐτῶν ἦσι, μεταξὺ ἓξ,
δέκα, ἡδὴ βασιλευομένων Ἰουδαίων. μετὰ δὲ χρόνον
ἀλώσεως ἑβδομήκοντα τῆς ὑπὸ τῶν Βαβυλωνίων
μῆς κύρου ὁ περσῶν βασιλεὺς ἀπέλυσε τοὺς ἐκ Βα-
βυλῶνος Ἰουδαίους ὅπου τὴν οἰκείαν γῆν πάλιν, καὶ συνε-
ρησε τὸν ναὸν ἀνοικοδομῆσαι. πάντες δὴ τῶν ἐπιστρεψάντων
μαλωτῶν ἦσαν ἑξακόσιοι, τὰ ἀρχιερωσύνα λα-
βεν. ἔστ· δὲ καὶ οἱ ἔκγονοι αὐτοῦ, πεντεκαίδεκα ἀπὸ
τες, μέχρι βασιλέως Ἀντιόχου τοῦ Εὐπάτορος
τευσαν δημοκρατικῶς ἔτη τετρακόσια δεκαπέντε.
πρῶτος δὲ Ἀντίοχος ὁ Ἐπιφανὴς, καὶ ὃς ἔσχατος
αὐτοῦ Λυσίας, τὸν ὀνίαν ᾧ μενέλαος ἐπικλῆν, πα-
οἱ τῆς ἀρχιερωσύνης, ἀνελόντες αὐτὸν ἐν Βερυτῷ
τὸν παῖδα τῆς Ἰαδδοχῆς ἀπελάσαντες καθιᾶσι
χιμον ἀρχιερέα ὄντως μὲν δ' ἀρετῶν, ἐκ γε τοῦ
οἰκίας πεύτης. Ἰησοῦς δὲ καὶ ὁ Ἀνανίας ὁ δ' τελευ-
τος ὀνίᾳ ἑξαδέλφος ὁμώνυμος τῷ πατρὶ ἐξῆλ-
μῳ εἰς Αἴγυπτον, ἐπὶ Πτολεμαίου τοῦ Φιλομήτορος καὶ Κλεοπάτρᾳ τῇ γυναικὶ αὐτοῦ,
πειθῆ τύχας τῇ ἡλιοπολίτην νόμον δημαρχίας τοῦ
ναὸν ᾠκοδομήσαν τῷ ἐν ἱεροσολύμοις αὐτὸν ἀρχιερεῖ-

καθιστῆσιν. ἀλλὰ τοῦτ μὲν ὕστερον ἐρῶ· ὁ δὲ Ἰάκιμος ἔτη τρία τὴν ἀρχιερωσύνην κατασχὼν, ἐτελεύτησεν. διαδεξαμένου δὲ οὐδεὶς αὐτὸν, ἀλλὰ διετέλουσιν ἡ πόλις ἑαυτὴν ἐπὶ τοσοῦτον χρόνον ἀρχιερέως κενή. πάλιν δὲ οἱ τοῦ Ἀσαμωναίου παῖδες ἐκγονοι, τῷ πρεσβυτάτῳ δὲ ἔθνους παραδόντες, καὶ πολεμήσαντες Μακεδόσιν, ἰωνάθην ἀρχιερέα καθιστῶσιν, ὃς ἦρξεν ἑαυτοῦ ἐπὶ ἑπτὰ. τελευτήσαντος δὲ ἐξ ὑπουλῆς αὐτοῦ, καὶ ἐπέθρας τὸ τοῦ τρύφωνος μηχάνημα ὑπὸ ἀνωτέρω πρεσβεύσαμεν, λαμβάνει τὴν ἀρχιερωσύνην ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ. καὶ δι' ὃν δόλῳ συμπεσὸν τοῦτο δι' ἀμφιβολίαν διεδέξατο παῖς ὑρκανὸς ὄνομα. ὃν καταλαβόντα τὴν ἱερωσύνην πολὺν τὸν ἀδελφῷ χρόνον ἑαυτῶν τριάκοντα ἐνέτη τῆς ὑρκανοῦ ἀπολαύσας πλοῦτον ὑπαγαγὼν, ἐᾶσα τὸν καὶ ἀριστόβουλον κληθέντα τὴν Ἀλεξανδρείαν καταλιπών. κληρονομεῖ δὲ ἔτον, ἀδελφὸς, τοῦτον μὲν πλοῦτον, τὴν ἱερωσύνην δὲ καταλύσας. τὸν δὲ γαμβρὸν Ἀλφαρσάλα, διεδέξατο παῖς ὑρκανὸς ὄνομα. ὃν καταλύσαντα τὴν ἱερωσύνην πολὺν τὸν ἀδελφῷ χρόνον ἑαυτῶν τριάκοντα ἐν ἐτῆ

& Archelao ejus filio: defunctis autem his penes optimates fuit respublica, collocatis in ejus fastigio pontificibus: de qvibus hactenus dixisse sufficit.

CAP. IX.

Qvomodo Florus Albini successor tantis Judæos affecerit injuriis, ut coacti sint arma sumere.

GEssius autem Florus Albino successor a Nerone missus plurimis Judæos replevit calamitatibus. is Clazomenius erat genere, adduxitq; secum Cleopatram conjugem non minus improbam, per qvam, ut Poppeæ Augustæ amicam, Judææ administrationem impetraverat: adeo vero potestate violenter abusus est, ut Albinum Judæi desiderarent qvasi beneficum. nam ille qvantum poterat clam erat malus & nocens: Florus contra qvasi ad ostentandam missus malitiam, publice traducebat nostræ gentis injurias, nihil sibi ad summam in rapinis & suppliciis iniqvitatem reliqvum faciens. erat enim inflexibilis ad misericordiam, nullis unqvam lucris satiabilis, undecunqve parva æqve captans ac magna, ut etiam latronum esset particeps. multi enim illum quæstum exercebant de incolumitate, qvam ab eo redimebant decisis prædarum partibus: adeoqve nullus erat injuriarum vel modus, vel finis, ut miseri Judæi non ferentes rapacem latronum insolentiam cogerētur laribus relictis & patriis cæremoniis, ad exteros fugere, judicantes ubivis etiam apud Barbaros se vivere posse commodius. Et qvid multis verbis opus est? Bellum contra Romanos suscipere solus Florus nos compulit, malens semel universos qvam paulatim perdere. Itaqve secundo anno postqvam is venit procurator in provinciam, duodecimo vero Neronis imperii, bellum id cœptum est: qvo tempore qvanta vel coacti fecimus, vel perpessi sustinuimus, exacte cognoscere poterunt, qvi dignabuntur legere libros a nobis conscriptos de bello Judaico. atq; hic dicendi finem faciam de antiqvitatibus, qvas belli argumentum sequitur. Præsentis autem operis textus continet totum illud tempus inter primam creationem hominis & annum Neronis principis duodecimum: quæque per tot secula Judæis, vel in Ægypto obvenerunt, vel in Palæstina cæteraq; Syria, tum qvas clades ab Assyriis & Babyloniis accepimus, qvove modo tractati simus a Persis & Macedonibus, & postremo a Romano populo. his enim omnibus accurate descriptis, etiam pontificum successiones recensuimus, continuatas per annorum duo millia. pari diligentia regum qvoqve res ordine tradidimus, & status reipublicæ monarcharumqve potentiam, per omnia secuti autoritatem sacrorum voluminum, ita ut a principio sumus polliciti. ausimqve addere qvod nemo alius scriptor Judæus, externusve potuisset hoc argumentum tanta fide Græcis hominibus prodere. ego enim tribulium meorum confessione disciplinas egregie calleo,

Ὡς δὲ ἐχελαΐδ ὁ παῖδὸς αὐτὸς, μὴ ὢν τῶν τότων πολλῶν, ἀφισκρατία μὲν ἦν ἡ πολιτεία, τῶν ὄντων δὲ ἔθνος οἱ δ' ἱερεῖς πιστευτ. ἐπὶ μὲν οὖν τ δ' ἱερέων ἱκανὰ ταῦτα.

Κεφάλαιον ϑ'.

Ὡς Φλῶρος ὁ ἀλβίνε διάδοχος πολλὰ διέθηκε τὲς ἰουδαίες κακὰ, ὡς ἀναγκάσαι αὐτὲς ἐφ' ὅπλα χωρῆσαι.

Γίνεται δὲ Φλῶρος ὁ μεμφθεὶς ἀλβίνε διάδοχος τῶν νέρωνος πολλὰν ἐνέπλησε κακῶν ἰουδαίες, κλαζομένιος ὢν μὲν τὸ γένος ἦν ἐπήγετο δὲ κλεοπάτραν γυναῖκα, δι' ἣν φίλην οὖσαν ποππαίας τῆς νέρωνος γνωρίζεις, καὶ πονηρὸν μηδὲν αὐτὴ διαφέρουσαν τῆς ἀρχῆς ἐπέτυχεν. οὕτω δὲ τὴν ἐξουσίαν ἐχρήσατο κακὸς, καὶ βίαιος, ὡς τ διὰ τέλε τῶν κακῶν, ἀλβῖνον ἐπήνουν ὡς δι' ἐκείνε ἰουδαῖοι. ἐκεῖνος δὲ ἐπεκέκρυπτο τὸν πονηρίαν· καὶ δ μὴ πανταπάσι κατάφωρος εἶναι ἐσπούδαζε. γίνεται δὲ Φλῶρος καθάπερ εἰς ἐπίδειξιν πονηρίας πεμφθεὶς, τὰς εἰς τὰ ἔθνη ἡμῶν ὠμότητας ἐπεμβάλε· μήτε ἁρπαγῆς ὑβρίσμασι μηδένα τρόπον, μήτε ἀδίκε κολάσεως. ἦν γὰρ ἄπεικτος πρὸς ἔλεον, πάντως δὲ κέρδεσ ἄπληστος, ὥστε μηδὲ τὰ τυχόντα τῶν ἐλαχίστων διέφερεν, ἀλλὰ καὶ λῃστῶν συνεωνήσατο. ἀδεῶς γὰρ οἱ πολλοὶ ἔτο ἔπραττον, ἐξέσεσθαι παρ' ἐκείνε τὴν σωτηρίαν ὅτι τοῖς μέρεσιν ἔχων πιπτόντες. ἐ δ' τ μέτριον σὺν λύ, ἀλλ' οἱ δυσὶ χῆς ἰουδαῖοι, μὴ δυνάμενοι τὰς πρὸ τ λῃστῶν γινομένας ἁρπαγὰς φέρειν, καταλείποντ τὰ ἰδίων ἕκαστοι ἤθη φεύγειν ἅπαντες, ὡς κρεῖττον ὁπωσδήποτε πρὸς τοὺς ἀλλοφύλους καταφυγόντες. καὶ τί δεῖ πολλὰ λέγειν; τὸν μὲν πρὸς ῥωμαίους πόλεμον ὁ καταναγκάσας ἡμᾶς ἄρασθαι, Φλῶρος λύ, κρεῖττον ἠγούμενος ἅθρόως, ἢ κατ' ὀλίγον ἀπολέσθαι. καὶ δὴ τὴν ἀρχὴν ἐλάβετο ὁ πόλεμος, δεκάτῳ μὲν ἔτει τῆς θεοπροπὴς Φλώρε, δωδεκάτῳ δὲ τ νέρωνος ἀρχῆς. ἀλλ' ὅσα μὲν ὁρᾶν ἠναγκάσθημεν, ἢ παθεῖν ἐπεμείναμεν, ἀκριβῶς γνῶναι πάρεστι τοῖς βυλομένοις ἐντυχεῖν τοῖς ὑπ' ἐμοῦ περὶ τ πολέμου βιβλοις γεγραμμένοις. παύσομαι δὲ ἐπιλαβόμενος μόνων τ ἀρχαιολογίας μέν λύ τὸν πόλεμον ἠξάμην γράφειν. περιεχούσῃ δὲ αὐτῇ, τὴν ἀπὸ πρώτης ἡμέρας ἀνθρώπε μέχρι ἐτῶν δωδεκάτε τ νέρωνος ἡγεμονίας, τ ἡμῶν συμβεβηκότων τοῖς ἰουδαίοις κατὰ τ αἴγυπτον, τ συρίαν, καὶ παλαιστίνην, ὅσα τε πεπόνθαμεν ὑπὸ ἀσυρίων τε, καὶ βαβυλωνίων, πάντα τε πεπονθόσι καὶ μακεδόσι διεπεπόνηκασιν ἡμᾶς, καὶ μετ' ἐκείνες ῥωμαίοις. πάντα γὰρ οἱ μοι, μὴ ἀκριβείας σωτηρίαν, πρῆσαι δ' ἐπιπόνημα, καὶ τὴν τῶν ἀρχιερέων ἀναγραφὴν, τῶν ἐπὶ δισχιλίοις ἔτεσι γνωρισμένων. ἀπαλανθὴ δ' πεποίημαι, καὶ τὴν τῶν βασιλέων διαδοχὴν, τὰς πράξεις αὐτῶν καὶ τὰς πολιτείας ἀπαγγέλλων, μοναρχίαν δὲ γασίας, ὡς αἱ ἱεραὶ βίβλοι τῶν πάντων ἔχουσι τὴν ἀναγραφήν. ἔτ γὰρ πόσῳ ἐν δεκάτῃ ἐπηγγειλάμην τῆς ἱστορίας. λέγω δὲ περὶ τῶν προτεθέντων σωτηρίαν, ὅτι μηδεὶς ἂν ἕτερ ἠδυνήθη ἑλληνας, μήτε ἰουδαῖ, μήτε ἀλλόφυλ, τὴν πραγματείαν ταύτην οὕτως ἀκριβῶς εἰς ἕλληνας ἐξενεγκεῖν. ἐγὼ γὰρ ὁμολογουμένων τ ἐμοεθνῶν πλεῖσον αὐτῶν τὴν ὑπερχώριον παιδείαν διαφέρειν,

ἢ τ ἑλλαικῶν ᾗ γραμμάτων ἐπαύδασα μεταχεῖν, A
τὸ γραμματικὸν ἐμπειρίαν ἀναλαβών, τλὶ δὲ
ἐτλὸ προφορὰν ἀκριβείαν, πάτριθ· σκώλυσε
συήθεια. παρ' ἡμῖν γὰρ οὐκ εἰσίνυς ὑποδέχον ᾗ τὰς
ἄλλων ἐθνῶν ἀμέλεκτον σκμαθόντας, ἀλλὰ τὸ κοινὸν
αὐ νομίζειν τὸ ἐπιτήδευμα, ἔτ' ἐστὶ μόνον, οὐκ ἐλεύθε-
ιν τοῖς τυχοῦσιν, ἀλλὰ καὶ τ οἰκετῶν ἥλεσιν, μόνοις
τοφίαν μαρτυροῦσι, τοῖς τὰ νόμιμα σαφῶς ἐπισα-
ίνοις, καὶ τλὸ ἱερῶν γραμμάτων δυνάμιν ἑρμηνεύ-
ῃ δυναμένοις. ἀλλ' ἔτ' πολλῶν πονησάντων τοῦ B
ὸ ἄσκησιν ταύτλο, μόλις τινὲς δύο, ἢ τρεῖς, κατώρ-
ωσαν καὶ τῶν πόνων τλὸ ἐπικαμπίαν εὐδὺς ἔλαβεν.
ως ᾗ οὐκ ἂν ἐπίφθονον ἦροιτο, τοῦ καὶ ἥλιξ τὺμοῦ,
ὰ τοῦ τῶν κ' τὸν βίον πεπράξεων βεβαίαν διεξελθεῖν,
ις ἔχω ζῶντας, ἢ τοὺς ἐλέγξοντας, ἢ τοὺς μαρτυρήσον-
ις. ἐπὶ τούτοις ᾗ καταπαύσω τλὸ ἀρχαιολογίαν,
βλοις μὲν ὀκτὼ τοῦ εἰλημμένον, ἓξ ᾗ μυριάσι στίχων.
ὰν τὸ θεῖον ἐπιτρέπῃ κ' τοῦ εὐδρομεῖν, ὑπομνήσω C
ἄλιν, ἔ τε πολέμων, καὶ τ συμβεβηκότων ἡμῖν, μέχρι
ις νῦν ὑνεστώσης ἡμέρας, ἥ τις ἐστὶ τρισκαιδεκάτ μὲν
ους τῆς δομετιανοῦ ἡγεμονί θ· ἀρχῆς, ἐμοὶ ᾗ ἀπὸ γενέ-
ως πεντηκοστὸν καὶ ἕκτον. ὑπεμνημάτι ᾗ συγγράψας,
ᾗ τὰς ἡμετέρας δόξας τῶν ἰουδαίων, ἐν τετραρσὶ βίβ-
λοις τοῦ θεοῦ, καὶ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, καὶ τῶν νό-
ων ἀμφὶ κατ' αὐτοὺς τὰ μὲν ἔξεστιν ἡμῖν ποιεῖν, τὰ δὲ
ἐκώλυται.

Græcanicæ qvoqve literaturæ non ſine profectu dedi operam, qvamvis exquiſitam pronuntiandi rationem aſſeqvi per patriam conſvetudinem non licuit. noſtri enim homines non ſuſpiciunt eos, qui multas perdidicerunt linguas, quod ſtudium profanum apud eos habetur & ſervis commune cum ingenuis. ſolos autem ſapientes ſuo ſuffragio pronuntiant, qui legis & ſacrarum literarum tantam aſſecuti ſunt peritiam, ut eas etiam interpretari valeant. qua in re cum multi collocarint operam, vix uni ſucceſſit atqve alteri, quibus mox dignum præmium contigit. Fortaſſis autem nulla invidia prohibet etiam de meo genere, geſtisqve per totam vitam rebus pauca exponere, dum adhuc ſuperſunt, qui vel atteſtari poſſunt, vel coarguere: atqve ita concludetur harum antiquitatum tractatio comprehenſa viginti voluminibus, verſuum vero ſexaginta millibus. Quod ſi Deus conceſſerit, compendio rurſum referam belli caſus, & quæ nobis in præſentem usqve diem evenerunt, quæ incidit in decimumtertium annum principatus Domitiani Cæſaris, ætatis vero meæ ſextum & quinquageſimum. Promiſi etiam ſcripturum me quatuor libros de Judæorum opinionibus, quas de Deo habent ejusq; eſſentia, & de legibus, qua re per eas liceat nobis facere alia, alia non liceat.